¶ Mulieres personaliter ad iudicium (quacunque causa in iure non expressa) inuite trahendæ non sunt, sed si necessarium sit ipsarum testimonium in causa, iudex expensis producentis interdum ibit, interdum mittet, & iudex fraudulenter vadens, excommunicatus est. Mulieres religiosæ etiam volentes extra monasterium suũ ex aliqua causa personaliter ad iudicium trahi non possunt, quod contra prædicta fit, est irritum. Ioan. And.

c ¶ Dicenda.] scilicet ad præstandum iuramentũ de veritate: 2 quod solum olim præstabatur in spiritualibus, hodie secus. 3. de iur. cal. ca. 1. in fin. & differt in eo à iuramento calumniæ, quia per illud respondetur de eo quod credit & æstimat. C. de iureiu. pp calum. dan. l. §. fin autem. & per illud iuramentum de veritate respondetur, vt littera sonat. 3. de elec. dudum 2.

[Glo. seq. recitetur per quæstionem.]

d ¶ Iuramento calumniæ.] quod principales personæ præstare debent. C iureiu. pp calum. dan. auth. principales. sup. de iura. calum. in pertractandis, qđ verum est, nisi procurator habeat ad hoc speciale mandatum 3. de iura. calum. c. vlt. in quo casu dicam q̃ delegatus principalem ad iurandum compellere non poterit, cum ibi tunc non sit iuris necessitas, de qua sequitur: nisi forte principalis iustior sit quam procurator, & natura causæ hoc requirat, vel scit melius veritatem, vt C. de procu. l. vlt. Et facit ad hoc supra de procur. si quem in fi. eo lib. Io. And.

e ¶ Exegerit.] quasi 3 coegerit. Et tractat hic Io. Mo. quomodo exigere ponitur pro cõplere, pro petere, pro cogere, pro diuidere, pro expellere, ponens versum.

Exigo perficio, peto, diuido, cogo, repello.

MVlieres.] primo ponitur prohibitio inulieribus in genere: secũdo: ibi, 'sed cum prouisio bimembris circa ipsarũ testimonia, cũ certa prohibitione & pœna: Tertio prohibitio circa religiosas: ibi, Cæterum. Quarto decernit. in fin.

CASVS. Tu & ego litigabamus coram aliquo iudice, fuit taliter p̃cessũ, q̃ lis fuit ꝛtestata: volo probare intentionẽ meã per testes, & dico q̃ tale monium aliquarum mulierum est mihi necessariũ, & peto q̃ ipsę mulieres citentur vt cõpareant coram iudice p̃sonaliter ꝛbiturę testimonium veritatis, vtrũ iudex poterit cõpellere mulieres, vt coram se personaliter compareant, & se ex-

Mulieres personaliter ad iudicium (quacunque causa in iure non expressa) inuite trahendæ non sunt, sed si necessarium sit ipsarum testimonium in causa, iudex expensis producentis interdum ibit, interdum mittet, & iudex fraudulenter vadens, excommunicatus est. Mulieres religiosæ etiam volentes extra monasterium suũ ex aliqua causa personaliter ad iudicium trahi non possunt, quod contra prædicta fit, est irritum. Ioan. And.

CAP. II.

MVlieres † [f] (quas vagari non conuenit, hibeant in publico pro ferendo testimonio in aliqua causa? Rñdet q̃ non: nam non possunt exire domum suam vt se immisceant cœtibus virorũ. Quid ergo fiet de celabitur veritas? Rñdet q̃ iudex ibit ad ipsarũ domũ & ab eis recipiet iuramentum, & in domibus ipsarum illas examinabit vocata parte & citata. Sed ponamus q̃ iudex est grauis persona: quia est constitutus in dignitate, & non est decens, vt iudex accedat ad domũ illarũ mulierum bassæ conditionis? Rñdet q̃ nõ: iudex vices suas committet alicui commissario ad illas mulieres examinandas. Et ista sunt vera, nisi mulieres istæ vellent venire ad iudicium, & renunciare huic beneficio: nam istud capitulum intelligitur q̃ non possint compelli, vt veniant ad iudicium: fallit in religiosis & Monialibus, quæ etiam si vellent venire ad iudicium, & renunciare huic beneficio, non sunt admittendæ. Non fingatur.] vnde si est talis causa, in qua debent produci testes & examinari: debet mittere commissarios, & non debet ire personaliter: fingere do q̃ eius præsentia requiritur, & si in fraudẽ facit, incidit in excõicationem: puta quia iudex appetit amplexus mulieris, & fingit q̃ testimonium mulieris est necessarium in causa, & facit cum parte vt pars nominet aliquã mulierem inter suos testes, vt possit habere accessum ad illã mulierẽ. Religiosæ.] vnde religiosæ accipiuntur specialiter pro illis, quæ fecerunt professionẽ, non sicut in l. prima. C. de Summa Trinitate, & fide catholica ibi, in tali volumus religione vel ri. & 3. de consti. ecclesia. vbi dr, q̃ laici etiam religiosi non habent potestatem disponendi in rebus ecclesiasticis. Nota primo q̃ vagatio est prohibita mulieribus & similiter permissio earum in congregatione virorum. Nota secundo, q̃ mulieres non possunt trahi ad iudicium inuitæ personaliter, & sic videtur secundo contrario de aliis. de quo sup proxi. c. Domi.

[prima glosa summat.]

f ¶ Mulieres.] mulieres p̃sonaliter ad iudicia (quacũq; cã in iure nõ expressa) inuite trahendę non sunt, sed si necessariũ sit ipsarũ testimoniũ cã iudex expensis producentis interdum ibit, interdũ mittet, & iudex fraudulenter videns, excõicatus est. Mulieres religiosæ etiã volentes extra monasterium suum ex aliqua causa personaliter ad iudiciũ trahi non possunt, qđ ꝛfacta fit, est irritũ. Ista decretalis Bonifacii extrauagantis erat, qa edita ante ꝛpillationẽ huius Sexti libri. Io. a-

[Glossa

[Glossæ oẽs sequentes recitantur in textu. Io. And.]

a ¶ Immisceri.] periculosa est. n. sextum commissio. 18. q. 1. diffinimus.

ADDITIO. Archidiaconus alleg. C. de arbit. l. vlt. Io. Andr.

b ¶ Litterarum.] generalium intelligas: pura quib. causa cõmittitur: si. n. specialiter expressum esset in litteris, quod mulier trahi posset, secus. ad hoc c. proxi.

c ¶ Legatorum.] vel delegatorum multo magis. ad hoc sup. de rescri. statutum.

d ¶ Alia.] puta ordinaria, vel delegata ab eo.

e ¶ Inuitas.] volentes ergo pñt & hoc differunt, religiosæ, vt inf. sequitur.

ADDITIO. Idem Ioannes Mon. & Archidiaconus.

f ¶ Nõ exprimitur.] sup. c. proxi.

g ¶ Prohibemus.] no ta meliorem condõnem mulieri quàm marium: ad idẽ sup. de sent. excõ. mulieres, & cap. ea nosci-tur. 5. de pig. ex litteris. Interdũ est deterior, q̃ dic vt no. sup. de pe. & remiss. noua quæ dam. ad hoc ff. de regu. iur. l. 2. Interdũ par vtriusque causa, & de his no. in Spec. de proc. §. 1.

h ¶ Necessariũ.] qa nõ sunt alii qui veritatem sciant, vel nõ ita bene sciunt. 14. q. 2. quamquam.

i ¶ Producentis.] 4. q. 3. si testes. §. liberi. nerificatio veteris statuti in fi. in gl. a producente, & C. de testib. quotiens. ita eo. lib. de rescri. statutum in fi. in gl. a producente, & C. de testib. quotiens. niam, sicut ergo producẽs tenetur expensas ministrare testi producto: ita & tabellioni vel iudici, qui ad ea vadit. ut hic vides.

k ¶ Idoneam.) presbyterum, vel alium virum honestum coram quo iuret: & ibi etiam erit tabellio: & cirtabitur pars aduersa, ut uadat visura eas iurare, ut supra de testi. c. 2.

ADDITIO. Dicit Archid. quòd faceret illum presbyterum vel virum honestum iurare, q̃ suum officiũ fideliter adimpleret, vt sic maior & prælatus illud de præscri. ad audiẽ liberetur, alleg. de præsum. illud de præscri. ad audiẽ gam. 1. quæst. 7. sanctimus. Aliquando tamen talis persona nuncius appellatur. supra de testib. cog. cap. 1. aliquando executor vel auditor. sup. de offic. de leg. super quæstionem.

ADDITIO. Vade dicebat Ioan. Mona. quòd melius diceret, personas. alleg. supra de probat. quoniam contra Ioan. And.

l ¶ Iure prohibente.) ut in criminali criminaliter in ventatã, ut in auth. de testi § & quoniam. & §. hęc om-

nec uirorum cœtibus immisceri) [a] auctoritate litterarum [b] sedis Apostolicæ, vel legatorũ [c] ipsius, aut alia [d] quacunque, ad iudicium personaliter euocari: vel trahi inuitas [e] cã ferrendi testimonium, aut alia qualibet (quæ in iure non exprimitur) [f] prohibemus. [g] Sed cũ necessarium [h] fuerit testimonium earundem, iudex (in expensis partis producentis [i] easdem) tabellionem, aut aliam personam idoneam, [k] ad eas transmittat: uel si forte talis casus occurrerit, quo iure prohibente, [l] receptio testiũ alteri committi non possit: iudex † tunc propter hoc personaliter ad illas accedat: [m] † aut (si talis sit persona [n] iudicantis cõditio, quòd id per ipsum non deceat fieri, vel non possit) [o] mittat P ad eas: † prouiso quòd casus huiusmodi (videlicet vt iudex uadat personaliter) non fingatur: q nec fraus interueniat in hac parte: Alioquin actor

nia, & C. de fi. instr. auth. apud eloquentissimum.

ADDITIO. Quod dicit hic glo. in criminali criminaliter intentata intellige. vt no. de verb. sig. forus. ad fi. & 11. q. 3. ex eo. Ioan. And.

m ¶ Accedat.] expensis producentis, vt no 3. non. n, in hoc casu credo locum habere decre 3, eo. li. de rescript statutum. §. insuper.

n ¶ Personæ.) puta eps vel superior propter reuerentiam ipsius pontificalis officij ad mulierculam eos ire non decet: ad hoc sup. de offi. ord. c. 1. eod. lib.

ADDITIO. Vel aliàs religiosius, & magnæ famæ. Arch.

o ¶ Non possit.) puta ratione infirmitatis, vel forte loci in quo morat mulier, vel alia simili.

† al. accesserit.

p ¶ Mittat.) tabellionem vel personã idoneam, vt dictum est sup. Io. And.

q ¶ Non fingatur.) vt iudex posset dominam visitare, faciebat eam nominari in testem.

r ¶ Incurrat.) nõ reseruat absolutionẽ: ergo aliis cõcedit. de sent. excom. nuper.

s ¶ Moriari.) vt infra de ita. regu. c. vno.

t ¶ Causa.) vnde nec seruare tenentur de cret. Nicolai, quo ad personalẽ cõparitionem, ut sup. eo. li. de electio. indemnitatib. § sed cum eas.

u ¶ Earundem.) nota q̃ non potest quis renunciare iuri suo: ad idẽ sup. de foro ꝑpetenti si diligẽti. & quod ibi no. de sent. excomm. contingit. multos tales casus quære per Ac cursium. C. de pact. si quis in conscriben & fi. de pactis l. pactũ inter hæredes, & per Gof. de reg. ad Apostolicam. Sæpe enim procurarent Moniales se ad iudicium euocari, ut clausurum exirent. ad idem sup. de sen. excom relatum.

SI annũ.) prima pars tractat de minore: Secunda de fil. ofamilias: ibi, in huiusmodi. Prima iterũ sub diuiditur: quia primo tractat de minore 25. qui est maior 14. secundo ibi, Si uero minore 14. qui est minor uel maior septennio. Io. And.

¶ Pro intellectu capituli præsupponendum est illud q̃ habetur C. qui leg. perso. standi in iudi. habeãt uel non, in l. 1. & 2. uidelicet quòd minor 25. ann. non habet personam idoneam, in qua possit fundari & subsistere iudicium: sed si habet curatorem generalem, de bet ingredi iudicium cum auctoritate sui curatoris, si non habet curatorem generalem, debet ei dari curator auctoritate iudicis.

CASVS. Quidam Titius contraxit matrimonium cũ Berta: contracto matrimonio per uerba de præsenti,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Berta non vult sibi adhærere tanquam marito: certũ est q̃ põt agere contra ipsam, & petere iud cem, vt iudex compellat illam Bertam ad sibi adhærendum tãquam marito; Sed ponamus quòd Titius erat minor 25.ann. vtrum posset esse in iudicio in ista causa spirituali sine auctoritate curatoris? Respondet Romanus Pontifex, cũ dicit in fine: aut iste minor habet 14. annum completum, ita q̃ est pubes: & in isto casu põt esse in iudicio sine auctoritate tutoris, & agere per se sine auctoritate curatoris: & põt cõstituere suũ procuratorem absq; curatore. Si aũt non dum compleuit annum 14. non põt agere sine auctoritate curatoris: & si velit constituere procuratorem, dẽt continuere cum auctoritate iudicis, coram quo vẽtilatur causa, siue sit iudex ordinarius, siue delegatus. Idem dicendum est in causis dependentibus a causis spiritualibus: verbi gratia Titius minor 25. annis contraxit matrimonium cum Berta: pater Bertæ promisit ei centum in dotem: certum est quòd iste Titius minor 25.ann. dummodo sit pubes, potest sine auctoritate curatoris petere istam Bertam in vxorẽ; Sed vtrum possit petere dotẽ sibi promissam sine auctoritate curatoris, licet sit minor? Rndet q̃ sic. sed ponamus quod aliquis qui vult tractare cãm spirituali, est filiusfamilias qui non potest esse in iudicio sine auctoritate patris, vtrũ glossa magna. Instit. de pat. pote ponamus quod filiusfamilias contraxit cum Berta: pater Bertæ non vult dotem soluere, vtrũ possit iste filiusfamilias tractare causam sine auctoritate patris? Vel filiusfamilias beneficiatus vult agere in causis beneficij sui, vtrũ possit sine auctoritate patris? Respõdet Romanus pontifex, quod sicnam in causis istis spiritualibus non curatur de auctoritate patris: Et sic filiusfamilias in causis spiritualibus potest agere sine auctoritate patris. Infante.] qui non habet potestatem agendi, nec constituendi procuratorem: quia non intelligit illa ætas quid videat. l. prima. C. de falsa mone. Nota primo ex isto capitulo, quòd minor vigintiquinque ann. regulariter non potest esse in iudicio per se, nec constituere procuratorem absque auctoritate curatoris sui. vt l. 1. & 2. allegatis. Nota, quòd quascunque causas spirituales vel descendentes a spiritualibus minor 25. ann. sine auctoritate curatoris potest tractare: & censetur quantumad illas causas maior. Not quòd idem est iudicium de causis spiritualibus & descendentibus ab eisdem: sicut dicimus quòd de causis spiritualib. & causis annexis spiritualibus, idem est iudicium in cap. quanto. de iudi. in ant. vt ius patronatus non est merũ ius spirituale: sed est annexum iuri spirituali, puta institutioni, vt h.e dicitur. Nota quòd impubes non potest causas spirituales tractare per se, nec in eis constituere procuratorem absque auctoritate sui curatoris. potest poni exemplum in beneficiis dummodo sint præbendæ: vel ex dispensatione Apostolica: quia in pupillari ætate posset obtinere beneficium ex dispensatione Apostolica: sed tunc debet habere curatorem ad illas lites, vel si velit constituere procuratorẽ, hoc debet esse auctoritate iudicis. Nota quòd iudex delegatus potest dare curatorem minori 25. ann. ad lites ventilandas coram ipso: sed non ad causas, quæ non uentilantur coram se, sed ordinarius potest dare curatorem ad pẽs causas tam coram se mouendas, quã alibi. Not. unum casum in quo filiusfa. potest esse in iudicio sine auctoritate patris, quòd est contra l. non solum. C. de bo. quæ lib. puta in causis spiritualibus põt

† Nota ubicunq; minor legitime põt interesse iudiciis; ibi põt & sti tuere pro curatorẽ. c. ex parte. de rest. spol. si tñ lædat restitueret. gl. in d.c. ex parte & ibi. C. si de momen. pos. Fon.

Minor p se põt causas spũales aut ab illis depẽdentes tractare.

num [a] quartumdecimũ [b] tuæ peregisti ætatis: in beneficialibus, & alijs causis spiritualibus, [c] necnon & dependentibus [d] ab eisdem, ac si maior [e] 25. annis existeres: ad agendum & defendendum, per te vel per procuratorem † (quem ad hoc constituendum decreueris) admitti debebis. [f] ¶ Si vero infra quartumdecimum annum existas, per te agere, aut defendere non poteris [g] super ipsis: sed vel per tuum episcopum, vel per officialem eiusdem, h minor 14. per se non agit, sed per procuratorem, vel per curatorem datum auctoritate ordinarii ecclesiastici iudicis, & ẽt delegati dati ad causas illas. Filiusfamilias sine patris assensu agit causam spiritualem: hoc dicto. Emanuit hæc decretalis ad declarationem eorum, quæ not. Ber. sup. de resti spoliat. ex parte, & de ætat. & quali ex ratione. Goffr. Iano. & Hostiensis eo. tit. inde corum & sup. de procur. accedens.

ADDITIO Et Io. 15. q. 3 in certis. & Accursius ff. de minor. l. aic prætor. in prine & principium corrigit quod Gul. in spec. de stat mona. ue. § 3. Io. And.

b ¶ Quartumdecimũ.] in mare hoc intellige, in matriere 17. & sic intellige pdictam decre. de restit spoliata ex parte. & probatur. s. eod. li. de elect. indemnitatis. & responso sup. de despon. impub. continebatur Io. Ande ¶ Spiritualibus.] puta matrimonio & similibus.

d ¶ Dependẽtib.] ut dote, q̃ dependet a matrimonio de do. inter uirũ & uxo. & de dote post diuor. resti. c. 2. e ¶ ac si maior.] sine curatore sicut maior.

[Glo. seq. ponit quatuor opi.]

f ¶ Debebis.] in matrimonio hoc erat expressum in prædicta decret. ex parte. [per quam patet in q. 10. de Deo, de qua dicã infra de sen. ex. c. licet. in nil. glo. in suo tempore non ponderandam ætatem 25. ann. defendente causam matrimonialem.] Sed quia quidam dicebant id speciale in carnali matrimonio: ideo ego nauit hæc lata con titutio. Sed quod idem esset in spirituali, probatur per dec. de elec didum. 1 & de restpostulati. ad hoc facit quia huius uoluminis compilatores. 1 de tutelis & curis non posuerunt tanquã de materia nobis non multum necessaria: & aduertunt quia quod hic dicitur, quidam tenebant in ciuilibus. Inn. dicebat, q̃ debebat dari curator ẽm quod in sen. seq. de minore 14. dr. Host. autẽ suo capite & quadam similitudine distinguebat inter maiores 7. ann. ut habeat locum prima opi. quia talis prodire põt in publicum. 3. q. 7. c. 1. §. tria. ad hoc s. eo. lib. de proc. qui generaliter in fi. uel 19. secundum ea quæ no. de offi. deleg. cum vicesimum, & minores 17. ut tunc habeat locum opi. Inno. & hanc uiam mediam dicebat tenere dam. Arg. de offi. deleg. quærenti. hæc no. de ætat. & qualitate in decorum, & summa eiusdem tit. § ætas. sed tenebatur hæc opinio, ut hic uides Ioan. And.

g ¶ Non poteris.] hoc tenet Ber. de æta. & qualitate in glo. ultima.

(Glo. seq. reci. per obiectionem.)

h ¶ Eiusdem.) 2 non. n. sufficit: immo nec requiritur patris auctoritas, non enim de patrimonio habetur tractamus, in quibus id locum habet C. de bo. quæ lib. cum oportet. & l. cum nõ solum, & inf. in fi. c. nec imperatoris uel alterius iudicis sæcularis, cum spiritualis & ecclesiastica sit causa. 96. dist. bene quidem. sup. de iudi. at si. & de arbi. contingit. argum. ff. ad Treb. le a quo. §. fin. & l. seq.

a ¶ Ad

filiusfamilias esse in iudicio siue auctoritate patris: nam ista censentur peculium castrense, vel quasi. Nota vlterius illud ad quod allegatur iste tex. quòd clericus & sacerdos & beneficiatus non liberatur a patria potestate: nam nos non legimus quòd clericatus sit modus tollendi patriam potestatem: legimus tamen de dignitate episcopali. in Auth. sed episcopalis dignitas. C. de epis. & cle.

[prima glossa summat. & dicit quid declaret.]

a ¶ Si annum.] maior 14. annis per se & per procuratorem põt agere & defendere causam spiritualẽ, vel

a ¶ Ad litis.] ad hoc. C. de in litem dan. tut. vel cura. per totum. C. de cura. fu. l. fi. in prin.

b ¶ Huiusmodi.] scilicet spirituales, quasi de tẽporalibus non dependentibus se intromittere non debeat. ærg q̃ prox. respõso, nisi forte ratione personæ: puta si clericus esset.

[Glo. seq. q̃rit obii ciendo, & soluit.]

c ¶ Maior infante.] id est septennio. s. de despõ. impu. litteras. & ca. accessit. minor

† Notat Pe. de An. quod simpliciter clericat non libe rat a patria potestate. vide Host. eap. inde quã li berũ de ætate & qual. ex ratione. Goffr. Ioan. & Hostiensis eo. tit. inde quo die pũti vt pũti nõ possit, & ad hoc adueni na adueni tia & acq sita post fra. Bar. cons. 65. q̃ filiusfacerdo tis nota rius. post et int ro fimonio patri ad scribere. Fonta.

em ætas ignorat qd videat. C. de fal. mo. l. 1. in fi. Sed dices q̃ causam spiritualem potest tractare minor infante: matrimoniam. n. vel spontaliã, tractare nõ põt, vt in prædictis iurib. saluo eo quod habe beneficii ecclesiastici habere non põt, vt sup. de põb. super inordinata. qualis erit hæc causa? Forte dispensatione papæ adeptus est beneficii de quo agit vel defendit, vel for repetuntur vsuræ 1. vel dẽ natus de illegitimo matrimonio. ordine cognitio. tuã vel his similia. d ¶ Alterius.] Jeẽpi scilicet velofficialis.

ADDITIO. Vel curatoris sic deputati, secundum Archidiaconum.

e ¶ Ab eo.] de legato ordinarii non dicit, quasi ordinarius hoc delegare nõ possit. ad hoc. ff. de off. procon sul. l. nec quicquam. §. vbi decreto. & super hoc vide sup. eod lib de offic vicarii. licet.

ADDITIO. Nec etiam dicit, legati, ẽm Archidiaconum: non enim emanat a sede, quod emanat à delegato, allegat de fi. presbyte. dilectus. Graue vr hoc dicere. q̃ delegatus legati non potest, quod possit subde legatus delegati, procederet autem eius dictũ, si intellexisset q̃ delegatus legati id non subdeleget. Io. An.

f ¶ Curatorem.] forte generaliter, vel specialiter ab ordinario datum.

g procuratorẽ.] cũ est maior septẽnio, vt sup. ver. px.

h ¶ Ventilandæ.] delegata. n. eis causa, & oĩa delegata videntur, sine quibus causa, &c. de offic. dele præterea. ADDITIO. Et c. prudentia. §. sexta. ad causam vero pertinet, q̃ psona legitima sit in causa C. qui da tu. & curato. l. in vniuersis. ergo possunt per quod peruenitur ad illud. ff. de procuratorib. l. ad legatum. Ioã And.

i ¶ Huiusmodi.] ſ spiritualibus, & dependentibus.

[Glo. seq. declarat tex & ponit 7. casus exceptos.]

k ¶ Regulariter.] & hoc habet locum etiam in maiore. C. de bonis quæ liberis, cũ oportet. & l cũ non solum. Et est hoc verum suo nomine, secus si sit alterius procurator sup. eo. lib. de procurat. qui generaliter. secundum dixit, regulariter, quia causaliter p̃ræsicut in castrẽsi peculio, in quo ẽt contra partem agit ff. de iudiciis, lis nulla. Item cum impetrat veniam ætatis: dũmodo sit maior viginti annis. C. de his qui veniam ætatis impetrauerunt l. secunda. Et in mometanea possessione. C.

N. P.

tibi curator dabitur ad lites [a] huiusmodi [b] exercendas, aut tu ipse (si maior infante [c] fueris) cum auctoritate alterius [d] eorundem procuratorem ad eas poteris deputare. Delegatus etiam Apostolicæ sedis, & subdelegatus ab eo, [e] tibi (si non habeas) curatorem [f] dare valeant, vel auctoritatem constituẽdi procuratorem [g] præstare ad illas causas, vel lites duntaxat, quæ coram ipsis fuerint ventilandæ. [h] ¶ In huiusmodi [i] quoque litibus siue causis, quamquam in potestate patris existas, † nec aliàs absque ipsius assensu, in iudicio regulariter [k] esse possis: eius (cum de his se intromittere non habeat [l]) nequaquam requiri debebit assensus.

TITVLVS II.

De foro competen.

¶ Innocentius quartus †

¶ Archiepiscopus omissa appellationis articulo, vel per viam querelæ, de causa subditorum, suffraganeis etiam ipsis consentientibus, non cognoscit. hoc dicit vsque ad §. neque.

CAP. I.

[m] Romana ecclesia, & infra. ¶ Nec appellatiõis articulo præ

† In quodam manuscripto tribuit Inn. iij.

¶ Dictũ fuit titulo prox de iudiciis: verum quia multotiẽs accidit, quòd vocati ad iudicium excipiunt de incõpetentia fori, & posset aliquis dubitare quod dicatur forum competens, & quid incompetentia: ideo annectitur rubrica ista de foro competenti.

Cõtinuatio domini Heliæ.

[m] Romana.] Hæc solemnis decret habet vndecim dicta circa forum competens vel incompetens secundum Host. Boatinum & Ioã. Mona. primo enim ponit duo dicta: ecũdo: ibi, Neque. tria. Tertio: ibi, Nec etiam. duo. Quarto: ibi, Contrahens. v num. Quinto: ibi, Nec clericos, ponit alia tria.

¶ Pro intellectu huius c. habemus aliqua præsuppone re: & primo illud quod dr in c. pastoralis. de offi. ordi. in an q̃ regulariter archiepiscopus non est competẽs iudex inter subditos suorum suffraganeorũ in prima instantia. Item præsupponendum est, q̃ qñ appellatur ab eõ ad archiepm, si appellatio fuerit legitima cã deuoluitur ad archiepm, & archiepus pt retinere cognitionẽ causæ principalis, si dictũ fuerit bñ appellatũ, & male iudicatum. c. vt debitus. de appellat. in antiq.

Casus. §. Neque.

CASVS. Tu & ego litigabamus coram eõ Pictau. qui cõtra te tulit al quam interlocutoriã, à qua appellauisti ad metropolitanũ, videlicet ad archiepm Burdegalen. fui citatus ad procedendum in cã appellationis, in termino mihi assignato comparui, tu & ego cõuenimus mutuo consensu, q̃ archiepus non cognosceret de articulo appellationis, sed tantum de principali causa, an archiepiscopus possit cognoscere de causa principali omittendo articulum appellationis? Respõdet Romanus Pontifex, q̃ non, quia partes possent adhibere fraudem, vt priuarent primum iudicem sua iurisdictione. Sed ponamus, quòd in aliqua causa quæ vertebatur inter te & me, & coram episcopo Pictauen. fuit ad archiepiscopum Burdegalen. appellatum, ar-

Universidad de Deusto
Biblioteca

chiepis est contentus causam appellationis committere, nō est dubium ꝙ pōt, dummodo faciat in diœcesi illius ep̄t à quo est appellatum: Sed quid, delegatus non vult acceptare delegationē: an possit compelli? Rndet ꝙ nō. Sed ponamus ꝙ archiepis cognoscit inter p̄sentes in prima instātia, altera partium vult ꝓducere aliquos testes, qui sunt de isto epātu Pictauen. vtrū poterit illos facere cōueniri corā se? Rndet ꝙ non: Qualiter ergo ꝓuidebitur partiē Rndet ꝙ archiepis poterit vices suas cō mittere alicui ꝓmissario in diœcesi Pictauen. & poterit archiepiscopus ep̄m Pictauen. requirere vt cōpellat commissariū ad suscipiendum delegationem, & testes ad ferendū testimonium veritatis corā ipso cōmissario. Sed quid, habuimus in principio huius capituli, ꝙ archiepis non habet iurisdictionem in subditos suorum suff aganeorum: sed nunquid ad minus habebit in officialem & alios officiarios suorum suffraganeorum: puta archipresbyteros, decanos, & alios? Rndet Romanus Pontifex, ꝙ non, nisi sit ȝria consuetudo Et ponamus ꝙ tu & ego, qui sumus de ista diœcesi litigabamus in curia archi ꝓpi Burdegalensis: accepimus in causa nostra peroranda procuratores & aduocatos, & conuenimus cum aduocatis & procuratoribus de certo salario pro conductione causæ in ciuitate Burdegalen istē aduocatus meus conuenit me pro suo salario, vtrū teneat cōparere? Rndet ꝙ: nam pro salariis non possum in dicta curia archiepiscopi in prima instantia conueniri. l. hæres absens. ff de iudiciis. vbi dicitur, ꝙ si quis tanquam viator contrahat in alio quo loco, licet ratione contractus sortiatur forum, tñ non poterit conueniri in illo loco, quia esset absurdum ꝙ quilibet viator posset conueniri in omnibus locis, in quibus contraxit, vt dicta l. hæres absens allegmodo ibi erant ibi tanquam viatores. Nota primo, quòd iudex qui non pōt aditi nisi per viā appellationis, nō potest de causa principali cognoscere: nisi prius discutiat de viribus appellationis, etiā si partes consentiāt, & sic patet quòd iudex ꝙ habet iurisdictionē limitatā ad certum casum, primo debet cognoscere an sit in casu quo iurisdictionem habeat. Ad hoc ȝ. de elec. ꝓuida. Nota secundo ex §. neque. quòd quis non potest cōpellere vt recipiatur eius delegatio, nisi illum quem vult cōpellere vt recipiatur eius delegatio, habeat ratione illius iurisdictionis subiectū. Nota tertio ex §. nec etiam, quòd quis non potest ꝓueniri in loco ȝctus qñ fuit factus per aliquem viatorem de quo in glossa.

† al. officialem.

Casus. §. Nec etiā.

Iudex appellationis de principali nō cognoscit ante appellatiōis discussionem.

[Glos. seq. determinat textum, ponit contrarium.]

a ¶ Prætermisso] licet per appellationem ad archiepiscopum causa deuoluatur, ꝙ de ea cognoscere possit tñ de principali qōne cognoscere non pt, nisi prius, de appellatione cognoscat, etiam partibus consentientibus, sine voluntate suffraganei, quia in hoc casu per inde esset, ac si sine voluntate suffraganei per simplicē querelam cognosceret, quod non potest facere. eo. lib. de offic. ordi. cap. 1. & sic fraus fieret illi constitutioni. Et hoc intellige, cum appellatur ante sententiam: nam quando appellatur à sententia, iudex appellationis ita tim de principali cognoscat, 1 de hoc sup. de appell. vt debitus, in glos. penul. & per hoc probatur opi. Hostien. qui not. ꝛ. eo. lib. de app. cordi. ꝙ illa decre. locum habet specialiter in Papa, in archiepiscopo enim locū non habet, vt hic vides, sic etiam soluitur contrarium illius decret. ad istam. Satis tamen videtur. secundum Hostien. Pet. de Sam. & Archid. ꝙ in quolibet inferiori à Papa locum etiam habeat decret. illa, qui per simplicem querelam possit adiri: 2 & sic posset intelligi opinio Inno. vt ibi dicam.

termisso [a] nec aliàs etiam (cum minime appellatum extiterit [b]) Remen. archiepiscopus, vel eius officialis, † de causis clericorum [a] tanquam iudices [c] (licet in ipsos ijdem clerici de facto [f] consentiant) absque diœcesanorum suorum voluntate cognoscant.

Archiepiscopus subditos suffraganei non potest compellere causas delegatas ab eo suscipere, suas sententias, & præcepta exequi, vel testimonia in causis ad eos deuolutis ferre: nisi consuetudo aliud disponat. hoc dicit. Dominicus.

¶ Neque suffraganeorum Remensis ecclesiæ subditos ipsorum delegationem suscipere: ꝙ vel sententias & præcepta [h] exequi: aut in causis per appellationem deuolutis ad eos testimonium (nisi aliud in his tribus de consuetudine [i] obtineat) perhibere compellant.

a Adu. carus tñ li cite uēdit parti. num. 11. q. 3. nō lic. sect. infra. Io. And.

Intelli. hoc, et

Intelli. hoc ꝙ in fine ponit duas opi. reprobatas.]

Casus. §. Contrahē tes.

a ¶ Officiales.] licet. n. in ep̄m iurisdōnem hēat, non tamen in officialem, vt inf. in fi. c. dicitur.

b ¶ Salarijs.] taxata erant olim ista salaria per decr. de postu. properandum, quam hodie non habemus Et de istis salarijs habes C. de suffra. l. vna. C. de mand. salarium, & qua actione petantur. C. mandat. l. 3. in vltima glo. ff. eod. l. salarium. ADDITIO Et de his vide satis in Spec. de sala. E. 2. & 3. [Glosſ. seq obiicit & soluit.]

c ¶ procuratorū.] ꝛ procuratoris officiū dēt. esse gratuitū 1 & si aliqd recipiat, ꝛ borōs mores facit: & redemptor litis esse censetur. C. de pro cura. item. C. mand. si licitum. ff. mand. si vero non remunerādi. §. vlt Sed leges illæ loquūtur qñ paciscit, vt habeat certam partem eius de quo est quæstio, ꝙ illiciti sit. [De hoc. 3. o. 7. cap. ii. fantes §. tria ver. at̄ctur plenius. ff. de pactis l. sumptus. Io. And.] Hic de salario loquitur, quod datur pro remuneratione laboris, quod licitū est, vt hic & ff. mandat. l. salarium.

ADDITIO. Datur. ſ. sine pacto: aliàs non est mandatum: sed locatio ff. mandat. l. 2. in fi. Ioan. And.

[Glo. seq signat contrarium & soluit.]

d ¶ in causis.] licet. n. iurisdictionem habeant in causis, non tamen in personas, ratione salariorum ipsorū, cum alia sit causa. A g. contra. C. de iudiciis, properandum. §. illo procul dubio, vbi dicitur ꝙ propter salarium aduocatorum omnino debet causæ fieri dilatio: sed illud in ordinario loquitur.

ADDIT. O. Dicit Hostiensis & Archidiaconus post eū, quòd ista lex concordat: quia non intromittit se archiepiscopus de causis salariorum: & sic propter illas non protelabitur: mandabit autem ordinario ut illas expediat. Ioan. And.

[Gl. seq. signat contrarium quod tripliciter soluit.]

e ¶ Respondere.] nota ergo quòd ratione contractus non fortitur quis forum. Contra sup. eo. c. vlt cum suis conor Sol. hic de contractu loquitur inito in ciuitate suffraganei: puta cum Bonon. qui appellauerat, secum duxit aduocatum Rauennam: & sic contractus Rauennæ initus non fuerat. Vel dic quòd locū habet qū ibi non inuenitur Vel dic verius, quod de contractu loquitur, quē quis celebrat ut viator, vt tunc ibi conueniri non possit: durum enim esset, ut quocunque loco nauiget, vel delatus sit, respondere teneatur. 2 ff. de iudic l. hæres absens §. nam ubi sic venit, & hæc uera, nisi se ibi promiserint soluturos: tunc n. suscipere compellerentur 3 iudicium: cum ibi & ubi domicilium habent, valeant conueniri ff. de iudiciis. l. hæres absens. §. item sciendum. supra eod dilecti ibi enim ȝrisse uidetur, ubi se soluere obligauit 4 ff. de actionibus & obligationibus, l. contraxisse, & contractum non utique eo loco intelligitur quo negotiū gestum est, sed quo pecunia est soluenda. ff. de rebus auct. iud. possi. l. quarta. Et hic reprobari uidentur duæ opiniones doctorum legum: quorum quidam dixerunt, quòd ratione contractus viator respondere compellitur, si conueniatur priusquam inde discedat. Alij directe dixerunt contra, scilicet, quod conueniri non posset priusquam inde discedat: sed poterit si illuc postea reuertatur. Hæ opiniones hic tolluntur: cum dicitur indistincte quòd respondere non cogitur. Nec obstat. ff. de iudiciis. l. secunda. §. omnes. & §. plane. vbi probari videntur istæ opiniones: quia in Roma speciale est, ꝙ ibi dicitur, quæ communis est omnium patria ff. ad municipalem l. Roma. & §. eo. cap. vlt.

CONTRAHENTES. Sciendum est qñ dicatur quis forū fortiri rōne contractus: nā rōne solius contractus quis non fortitur forum: sed requiritur ꝙ interueniat aliud, videlicet ꝙ tempore ȝctus habeat domicilium in loco, in quo contrahit, & tunc demum fortitur forū duplici rōne, s. rōne ȝctus & rōne domicilii: do, nec mutauerit domicilium: sed mutato domicilio, quod potest: tunc fortitur forum rationē solius contractus, & non ratione domicilii, uel etiam fortitur forum rōne contractus, licet contrahens non habeat domicilium in loco contractus: puta si in uno loco exercet negotiationem, & residet in alio loco, ut si esset aliquis uxoratus, qui resideret cum uxore sua Turonis, & haberet suos facto res in hac ciuitate, cum quibus resideret pro certa parte anni; tunc in hac ciuitate ratione solius contractus fortitur forum; Secus in uiatore ut dixi: quia ratione solius contractus non fortitur forum; sed requiritur ꝙ habeat domicilium in loco. Ex quibus præmissis cōcluditur, quòd ratione solius cōtractus quis non fortitur forum; sed ultra requiritur quod ipse habeat domicilium in loco ꝛactus, uel faciat residentiam operando mercantias; unde quamdiu ipse habet domicilium, potest conueniri in illo loco, uel quādiu faciat residentiam; sed mutato domicilio, non pōt amplius conueniri; quia remanet tantummodo solus contractus. l. iuris oidinem. C. de iurisdictione. iu. & foro compe. hoc præsupposito, casus in hoc §. si valet figurari; Ponamus, cum haberē domicilium in diœcesi Burdegalen. contraxi in ipsa diœcesi; & remansi tibi obligatus ex aliquo contractu: ante quam me cōuenires, mutaui domicilium, & me transtuli ad istam uillam; hoc facto, tu qui es de diœcesi Burdegalen. uis me conuenire coram archiepiscopo Burdegalen. utrū possit archiepiscopus me citare? Respondet Romanus Pontifex; aut possum inueniri & apprehendi intra limites suę diœcesis, & tunc auctoritate sua poterit me citare, & ista citatio sua me arctabit; aut non possum inueniri. intra diœcesim, sed vult me citare in alia diœcesi; & tunc iple poterit me citare, ex quo sum de sua iurisdictione ratione contractus; tamen sua citatio non habebit effectum arctatiuum meæ personæ, nec poterit me tanquam contumacem excōicare, sed tamen poterit me reputare contumacem quantum ad effectum missionis ex primo decreto; quia si non cōparuero, dabit defectum contra me; & si habeam bona in sua diœcesi particulari, faciet missionem in illa bona; si autem non habeam bona, declarabit missionem

præsuppōsito ꝙ intellectu §. contrahentes.

Casus §. Contrahē tes.

a ¶ Archiepiscopus contra officiales, vel prælatos suffraganeorū (consuetudine aliud non disponente) & contra subditos ipsorum, pro salarijs aduocatorum, & procuratorum causarum fori archiepiscopi, index competens non est hoc dicit.

¶ Nec etiam suffraganeorum ipsorum officiales, [a] aut archidiaconos, archipresbyteros, & alios inferiores prælatos, suffraganeis eisdem subiectos (dummodo aliud eis contraria consuetudo non tribuat) nec subditos suffraganeorum ipsorum, super salarijs [b] aduocatorū, & procuratorum: [c] in causis [d] (quæ in Remensi ventilantur curia) cogant querelantibus in sua præsentia respondere.

¶ Archiepiscopus non compellit inuitos contrahentes aliarū diœcesium in sua propria corā se respondere: nisi ibi inueniantur: Sed si citari nolunt cōparere: uel malitiose se occultāt, ne citentur, in bonis ipsorum suæ diœcesis poterit missionem facere, vel in alia decernere per ordinarios faciendam. hoc dicit.

¶ CONTRAHEN-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Casus §. Nec Cleri cum.

sionem esse faciendam, & mandabit eṗo pictauen. in cuius eṗatu sunt mea bona, vt mittat meã partem aduersam q̃ obtinuit defectum ℨ me, in possessionẽ bonorũ meorum. Or sanctissime Pater, nunquid archiepiscopus Burdegalen. poterit suos tabelliones mittere ad diœcesim suorum suffraganeorum pro recipiẽdis ℨctibus? & forte pro recipiendis submissione partium in iurisdictionis ipsius archiepi? Rñdet q̃ nõ: & si de facto mittat suos tabelliones pro recipiẽdis ℨctibus in diœcesim suorũ suffraganeorum, gesta per tabelliones non valent. Sed ponamus q̃ archiepiscopus Burdeg. fecit citari officialẽ pictauen. Rñdet q̃ nõ ꝓt, quia in ipsum nullam hẽt iurisdictionẽ. Nota primo ex isto § Thenten. decisam esse quæstionem, q̃ formauit gl. in Auth. quia in pro uincia C. vbi de crimi. agi opor. quia si delinquẽs in aliquo loco fugat in alium, iudex delicti poterit eũ sequi: & petere, vt iudex in cuius territorium accessit, eũ capiat & mittat ad ipsum iudicem in cuius territorio deliquit: Sed in ℨctib. est aliud: quia pot cogere ad litigandũ corã se, si inueniat ad locũ ℨctus: aliàs nõ: & sic in ℨctib. nõ fit remissio: sed secus fit in delictis: in quibus fit remissio ad locũ delicti. Nota quod iudex extra suũ territorium nõ pot citare realiter. pro quo sciendum est, q̃ citatio realis est captio personæ, quæ nõ debet fieri extra territorium iudicis, sed dẽt requiri iudex loci in quo inuenitur, vt iudex illum capiat & tradat apparitoribus vinctum. Nota q̃ sicut iudex non pot facere citationem realem extra territorium, sic ẽt non pot facere citationem ad hoc vt possit iudex ꝓtractus excommunicari: quia excõicatio est pœna afflictiua personæ. Nota q̃ iudex potest facere citationem uerbalẽ extra suum territorium, quo ad effectum constituendi reum in contumacia quantum ad faciẽdum missionem realem ex primo decreto. Et nõ intelligatur de p̃cepto de citando; quod appellatur interlocutoria sñia iudicis: nam extra territorium non posset iudex facere illud p̃ceptum, sed intelligitur de actu citationis: ideo si episcopus pictauen. mandet, vt citetur talis & in citatione dicatur, datum Turonis citatio nõ valet. No. q̃ requisitio quæ fit, vt talis citetur, appellatur iuris subsidium, vt vulgariter appellatur, rogamus; & si iudex vellet excõicationem ferre in aliquem, qui non est suæ iurisdictionis dẽt facere illam requisitionem, sed quantum ad faciendum missionem ex primo decreto dicunt doctores, quod illud iuris subsidium non est necessarium.

† al. faciant.

† No. idẽ q̃ nor. hic in 4. notabili, & ꝓbat̃ p c. extuæ. de cler. non resi. Item nõ est necesse territorium, de quo te cito, esse meum, patet in arbitrio citan te qui nul lũ hẽt territorium. l. sed ĩterpellatus. §. 1. ff. de ar. nec ob. isti ca. cle. pastoralis quia ibi unum do minũ aliud non recognoscit. Font.

Remissio fit in delictis, sed non in cõtractib.

a ¶ Contrahentes.] dicit hic Bart. Brixien. gl. posita 3. eod. c. vlt. super verb. ℨctus. intelligẽdã sm q̃ dr̃in isto §. intellige istum. § in ℨctu. quẽ quis celebrat tãquam domicilium habens, vt cum ibi pergula habeat vel armariũ, alijs ℨ diceret sup. proxi. §. b ¶ aliarum.) de p uincia, vel extra pro uinciam.

c ¶ Inuitos.] dicebant. n. quidam, q̃ remitti debebant sicut in criminibus: cũ in hoc participent. r in 1 authen. vt oẽs obediant iudi. colla. 5. in 2. col. In delictis aũt id seruaẽ. in Auth. nt nulli iudic. §. si quis vero: & §. seq. coll. 8. [Et in clem. pastoralis. de re iudic. post medium. ver q̃ si punitio, ubi de hoc in gloss. sed nunquid.] Alij dicebãt, q̃ si abesset latitandi animo, vbi reperiebatur, tenebat remitter. alias debent poni fideiussores bona. [De hoc ff. de iudi. heres absens. §. j.] expeditum est, vt hic vides. d ¶ Eorum.) archiepi, vel officialis. e ¶ Noscũtur.) ꝓtrahentes: Dicebant quidã, q̃ nullo casu iudex hoc decernere poterat: quorũ hic reprobatur opi. & de hoc per Host. in sum. eo tit. §. 2. item rõne cõtractus. f ¶ Ipsorum. Iur. bi. episcopi, & officialis. g ¶ Facier. Iad idem sup. eo. post. lasti.

h ¶ Pro ineundis] ideſt faciendis, vel incipiendis.

i ¶ Recognoscendis.] tangit consuetudinem Franciæ, vbi fiunt tales recognitiones, & concor. ad hoc c. de iure patro. relatum

k ¶ Huiusmodi.] quia scilicet inierunt uel recognouerunt contractum coram illis.

ADDITIO. Nam si extra diœcesim etiam coram ipsis archiepis fierent contractus, nõ sortiuntur contrahentes ipsorum foriũ, & quocunque fiant in sua diœcesi, sortiuntur forum ipsorum. Inno. Ioan. And

l ¶ Officiales.) licet nidem sit consistorium epi. & officialis sui, vt j. de app. Romana in prin. non tñ iurisdictionem habet in officialem epi, ut sup. eo. §. 2. & 3.

ADDITIO. Quod intelligas q̃n peccat extra officialatum, ut sup. eo. lib. de offi. uica. c. 1. in 3. pl. Io. And.

Sæculares.) Diuidi non potest; quia clauditur uno contextu. Dominicus.

CASVS. Titius prætendebat me clericũ suũ debitorẽ in aliqua pecuniæ summa, & habebat schedulã signo meo manuali signatam, fecit me conueniri coram iudice sęculari recognituru. uel negaturum signum meum manuale appositum in tali schedula, & ꝓtenta in eadem, ꝓparui, confessus sum signum meum manuale, & contenta in schedula: iudex fecit mihi ꝓceptum de soluendo. j. certum tps, & mandauit cuidam executori, vt ad hoc me cõpelleret: an valeat tale ꝓceptum? Rñdet q̃ non: quia iudex sæcularis non pot ad hoc me compellere. sed inud pertinet ad forum ecclesiasticum: & si super hoc sit cõsuetudo, illa potius est corrupte. [q̃ mereaf dici cõsuetudo: nã statuta laicorũ nõ astringũt personas vel res ecclesiasticas. c. ecclesia Sanctę Mariæ. de constit. in antiq. Nota argumen. q̃ debitum probatũ per literas committentis, vel initim publicũ statim meretur exe-

† Dicit Petr. de Ancha. q̃ cutionem. Dñicus. iuris laici (prima glo. ponit factis hu summam, & vnde iusmodi a ¶ Seculares iudi- ꝓbationi ces. iudex sęcularis bus sine q̃ vult clericũ cõpel- sñia ꝓpel lere ad debita ẽt li- lebãt cle- quida soluenda, per ricos per ecclesiasticũ iudicẽ fua statu- desidere cõpellatur. tai unde Fuit tracta define d. net. q̃ si- ctetalis extrauagan- ut sñia tis, q̃ incipiebat, qa- nõ subdi- non contingit. ditum: ita Mona. alleg. extrau. q̃ lit graue, q̃ non vi di: sed veritas est q̃ ille ver. qa vero erat pars decret. quia nõ nulli. j. de immun. ecclę. vt ibi dixi in prin. Ista fuit 7. & vlt. prouisio, quã ibi fecerat Alex. quartus. Io. And.

b ¶ Nulla.] obſq̃uẽdi eñ est eis necessitas nõ auctoritas imperandi. 69. dist. c. 1. §. cumque lecta. de consec. eccl. & reb. eccle. non alie. cum laicis cum si.

c ¶ Ecclesiasticas.] etiam si or dinem clericalem non habeant, ut religiosi & conuersi. 1 12. q. 1. duo sunt. ADDITIO. De clericis ꝓpugatis secus: dummõ nõ fiat distinctio in pſona. j. de cleric. coniuga. c. vno. Io. And.

d ¶ Etc.) secularibus iudicibus.

e ¶ Eatum.) personarum ecclesiasticarum.

f ¶ Damnabili.) quia hoc est contra ecclesiasticam li

g ¶ Cõpellãt) de facto. (Forte captis pignoribus. vel satisfactis ipsorũ bonis. Si distringerẽt personaliter locus eẽt pœnæ. c. si quis suadẽte 17. q. 4.) Et est hoc ℨ bonon. q̃ habet statutũ, q̃ dis ℨctus cum rectore ecclesiæ valeat, & ꝓ potestas teneatur illud executioni mandare.

ADDITIO. Bononiensia statutũ illud habeãt tpe huius Dño Host. sublatum fuit per ciues regimen ciuitatis

h ¶ Compescendos.) concor. j. de iureiur. c. licet de

CVM C. laicus.) illud c. potest diuidi in tres partes, licet Io. And nõ diuidat: In prima ponit cõstitutio: In secunda responsio: ibi, Ipsum. In tertia iudicium: ita Mona. alleg. extrau. q̃ lit graue, q̃ non vidi: sed veritas est q̃ ille ver. qa vero erat pars decret. quia nõ nulli. j. de immun. ecclę. vt ibi dixi in prin. Ista fuit 7. & vlt. prouisio, quã ibi fecerat Alex. quartus. Io. And.

b ¶ Nulla.] obſq̃uẽdi eñ est eis necessitas nõ auctoritas imperandi. 69. dist. c. 1. §. cumque lecta. de consec. eccl. & reb. eccle. non alie. cum laicis cum si.

c ¶ Ecclesiasticas.] etiam si or dinem clericalem non habeant, ut religiosi & conuersi. 1 12. q. 1. duo sunt. ADDITIO. De clericis ꝓpugatis secus: dummõ nõ fiat distinctio in pſona. j. de cleric. coniuga. c. vno. Io. And.

d ¶ Etc.) secularibus iudicibus.

e ¶ Eatum.) personarum ecclesiasticarum.

f ¶ Damnabili.) quia hoc est contra ecclesiasticam li

g ¶ Cõpellãt) de facto. (Forte captis pignoribus. vel satisfactis ipsorũ bonis. Si distringerẽt personaliter locus eẽt pœnæ. c. si quis suadẽte 17. q. 4.) Et est hoc ℨ bonon. q̃ habet statutũ, q̃ dis ℨctus cum rectore ecclesiæ valeat, & ꝓ potestas teneatur illud executioni mandare.

ADDITIO. Bononiensia statutũ illud habeãt tpe huius Dño Host. sublatum fuit per ciues regimen ciuitatis

h ¶ Compescendos.) concor. j. de iureiur. c. licet de

dices, a quibuslicet ipsis nulla b competat iurisdictio in hac parte) personas ecclesiasticas c ad soluendum debita (super quibus coram eis, d contra ipsas earum, e exhibentur litteræ, vel probationes aliẹ inducunt) damnabili f præsumptione cõpellunt; g † à temeritate hmõi per locorum ordinarios, censura ecclesiastica decernimus compescendos. h

¶ Idem.

Rotione iuramenti laicus (vt illud seruet) coram iudice ecclesiastico conuenitur.

CAP. III.

CVM C. i laicus (pro quo soluisti k certã pecuniæ quantitatem, in qua pro eo te fideiussorio nomine obligaueras l) te tibi solueret: certum est ꝙ habeo ℨ debitorem actionẽ mandati & condictionem certi ex stipulatu, volo eũ conuenire, vt me seruet indemnem: vñ fecit eum conuenire coram iudice ecclesiastico: ipse citatus in termino cõparuit: & excipiendo proposuit, ꝙ erat male cõuentus & petebat remitti ad suum iudicẽ vna cum expẽsis. Dicebã ego, ꝙ in isto ℨctu interuenerat iurm: & rõne iuramenti ipse laicus effectus fuit de iurisdlõne ecclesiastica; & sic bñ fuit cõuẽtus. & nõ remittẽdus ad iudicẽ laicũ, nunqd bñ dico? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ sic. Nota quod principalis persona dẽt seruare indẽnẽ fideiussorem suum, vt hic, & de fideiuss. c. 2. &. 3.

† Nõ ergo pot capere personas aut res earũ Do. petr. de Anch. phi. Fon.

[prima glo. summat, & dicit vnde sit sumpta.

i ¶ Cũ C.) rõne iurĩ laicus, ut illud seruet, corã iudice ecclesiastico ꝓuenitur. tracta fuit hæc decretalis de extrauagãti Clemẽtis, q̃ incipiebat: sua nobis nobilis uir Heric. eo. tit.

k ¶ Soluisti.) an fideiussor q̃ soluit vsuras illas a debitore repetat? Dic ut no. ℨ. de fideiuss. c. 3. (Plenus in quęstione quam disputaui, uide super regula, damnum. j. de re. iu. Io. And.) Et ante solutionem agit fideiussor ℨ debitorẽ, vt ipsum a fideiussione absoluat in casibus ℨ. de fideiuss. c. ult. & c constituti.

l ¶ Obligaueras.) olim erat in optione creditoris, quẽ vellet conuenire debitorem uel fideiussorem: hodie non: quod die, ut ℨ. de fideiuss. c. 2. in 1. glo.

m ¶ Indẽnẽ.) & sic sentiebat dãnũ uñ ꝑmiũ merabat: q̃ esse non debet ℨ. de fideiussorib. c. 2. ubi de hoc.

n ¶ Iuramenti.) 21. q. 1. c. ult. ℨ. de iud. n luit uer. postremo. de electio. uenerabilem, & idem in aliis criminibus ecclesiastis, quæ no. ℨ. eo. tit. cum sit.

ADDITIO. Facit quod no. dẽ purga. cano. ca. nos inter. Io. And.

o ¶ Prædmissa.) quæ semper censuram hẽt præcedere. 12. q. 2. indigne in glo. 2. 23. q. 3. de illicita. de sent excõ. sacro.

p ¶ Tenetur.) ex tribus tenebatur, ex iure cõi, ex pacto, & vinculo iurĩs; ex ultimo coram ecclesia conuenitur, ut hic uides.

ADDITIO. Adiectio igitur iurĩ mutat formã, sicut & q̃nque nalidet ℨctum ℨ eod. lib. de pac. quamuis j. de iureiur. licet. q̃nque nil operarut j. de reg. iur. non est, ſm Io. Mo. & Arch. qui ambo. sic ad litteram loquũtur: & facit quod post Host. scripsi. de ord. cog. tuam, super ult. gl. Io. And.

TITVLVS III.

De litis contestatione.

¶ Innocentius quartus concilio Lugdunensi.

¶ *Peremptoria litis contestationem non impedit: nisi sit de re semel finita. Ioan. And.*

DE LITIS CONTESTATIONE.

¶ Dictũ fuit sup. eo. tit. proxi. de fõ. comp. Et quia post dispensationem & sñam interlocutoriam, an iudex sit competens, compellitur reus libello actoris rñdere, & litem contestari: ideo post rubricam de foro competenti ponitur ista rubrica de litis contestatione.

Cõtinuatio domini. Heliæ.

Exce-

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXCEPTIONIS.] Ponit regulam, in cuius ventre exceptionem inserit: ibi, Nisi quam regulam exagerat ibi, Licet, ſm Ioan. Mon. & incipit constructum ; ibi, Obiectus. Io. And.

¶ Exceptio peremptoria regulariter nō pōt opponi ad impediendum litis cōtestationem: sed demum opponit admerita causæ: fallit in exceptione transactionis, rei iudicatæ, litis finitæ. h.d.

CAP. I.

EXceptionis[a] peremptoriæ, [b] seu defensionis [c] cuiusCASVS. Titiū meū debitorem feci conueniri coram suo iudice cōpetente, qui in termino assignato comparuit: comparitione facta obtulit ei libellum, cui petij rñderi: ipse accepit terminum ad respondendum libello: die aduenientе ipse excipiendo proposuit, q̄ non tenebatur libello meo respondere, eo q̄ feceram sibi pactum de non petēdo: vel mihi soluerat, vel oppositi aliū aliam exceptionem peremptoriam in vim dilatorię, qua exceptione peremptoria probata ipse veniret absoluēdus. Dico q̄ ipse respondeat libello, hoc est, cōtesteatur contenta in libello vel neget: & ſi cōtesteatur proponat exceptionem, quam voluerit: quærit an bene dicā: ita q̄ sit compellendus directe rñdere libello meo contiendo vel negando? Rñdet Romanus pontifex, q̄ sic nam istæ exceptiones peremptoriæ opponuntur solum ad merita causę, & non ad impediendum litis cōtestationem. Sed quid sanctissime Pater, an istud sit verum indistincte: Rñdet q̄ non ; sed fallit in exceptionib. transactionis, rei iudicatę, & litis finitę: Nam istæ tres exceptiones opponuntur ad impediendū litis cōtestationem, vt illis positis nō requiritur litis contestatio, id est nec responsio affirmatiua, nec negatiua ad libellum oblatū, vel ad actionem intentatam, q̄ tales tres exceptiones merita causæ non respiciunt: sed & actionē elidūt, & agentē a limine iudicij repellūt: q̄ per præsentem textum innuitur: & per textum cap. proxi. & sequē. Nota, quod exceptio peremptoria rīt non potest opponi ante litem contestatam, fallit in casibus hic expressis Dominicus

(Glossa prima summat.)

Exceptio peremptoria q̄ est.

a ¶ Exceptionis.) peremptoria litis contestationem non impedit: nisi de re semel finita.

b Peremptoriæ.] de peremptorijs & dilatorijs dic vt no. sup. de exce. c. exceptionem. in 1. glo. Et est peremptoria quę intentionē agentis perimit, vt pactū de petuo non petendo & exceptio doli mali, & iusm de non agendo vel accusando. ff. de exce. l. 1. & 3. de accus. veniens. Io. And.

[Glo. seq. ponit differentiam inter exceptionem, & defensionem.]

ne, ergo portio illi matri debetur, non substituto.
K ¶ Non possit.) C. ad Tertul. l. matri, & l. ult. & Auth.
in testamento, ibi posita. Sed illud locū habet, ubi fi-
lius testatur uel decedit ab intestatos hic ita filius nō
succedebant pauperes ex testamento suo, sed potius
ex paterno, ut sequitur.
ADDITIO. Quod dictum est filium non posse pti-
uare matrem portione iure naturæ debitaquerum est
nisi ex causa, ut in præalleg. Authen. & habentur hæ
causæ in Authen. ut cum, de appel. §. & hæc quidem.
coll. 8. Ioan. And.
l ¶ Potest.) Est expressum. ff. de inoffi. test. l. Papinia-
nus. §. 1. ubi dicitur, ꝙ mater non impugnat testamen
tum, quod pater filio fecit, querela inofficiosi.
m ¶ Censendū.) ut in prędicta l. Papinianus, & Insti.
de pup. subst. §. hoeris. ff. de vulga. & pup. substit. l. qui
plures liberos. in fi.

REligiosus.) Sunt duæ partes, secundas ibi, Sane. Prima ponit dictum, cuius rationem reddit ibi, Cum uelle. Secūd. uero uno themate casum distinguit, trimembrem, & rationem reddit ibi, Ne uoluntatem, & casum excipit ibi, Nisi. Ioan. And.

CASVS. Titius ueniens ad mortem, suum vltimum condidit elogium, & plura legata dimisit, ad melius implendū suam uoluntatē deputauit executores suos, aliquos religiosos, nunq̄ religiosi possunt suscipere hmōi onus, & exequi testamentum siue ultimam uo-
luntatem defuncti? Rādet ꝙ non; quia religiosus po-
tēt uelle neque nolle; sed uoluntas sua est posita in
ptāte sui superioris. Sed ponamus ꝙ testator deputa-
uit simpliciter plures executores, unus moritur uel
se absentat, utrum unus sine altero possit exequi uolū
tatem testatoris? Rādet Romanus potifex, ne differa-
tur uoluntas testatoris, unus solus poterit uoluntatē defun-

defuncti exequi: quod verū est: nisi alias constaret de
mēte testatoris; puta qa voluit ꝙ alter executor sine
altero nō procederet. Nota primo, ꝙ executor vltimæ
voluntatis dr̄ hīe officium. No. secūdo, ꝙ vbi in actu
requiritur licentia superioris, illa debet actum præce-
dere. Ad hoc de regu.
licet, & cle. fi. de elec.
Dom.
(Prima gloss. dicit
quid declaret.)
a ¶ Religiosus.) Ema
nauit ad declaratio-
nē decreta. §. eod. tua.
& eorum, quæ plene
no. Guil. in Specu. de
instru. ed. t. § nunc ve
ro. versic. sæpe etiam
quæritur.
ADDITIO. Alias
est ver. sub §. compen
do fe. Io And.
[Gl. seq. primo soluit
dubium: secūdo quæ
rit, arg. consuetudi-
nem inducit.]
a ¶ Religiosus.) intel
ligā indiuiduū, siue
monachus, vel tris
conicus, mendi-
cans, vel non. 1 Et
de claustralib. intelli-
go, in quib. sequens
raro locum habet.
sed quid de minore
xxv. annis, vel de mu
liere: nam quid pñt
& quia maior 17. an-
nis potest procurare ne
gotia, vt. §. eo. lib. de procu. qui generaliter. in fine.
Videtur quod possit esse executor. Contra quia non
habet personam standi in iudicio. C. de procu. exigen-
di. Ad hoc supra de æta. & qual. c. indecorum. C. de
ligiti. tu. l. vlt. Item de fœmina. ff. de procu. l. neque
fœmina. C. eo. tit. de procur. l. alienam. ff. de reg. iur. l. 2.
3. 9. 7 c. 1. § tria. Quicquid sit de iure, consuetudo opti
ma interpres legum habet, quod tales exequi possint.
ADDITIO. Et sup. de arbi. dilecti. & de his Spec. præ-
alleg. § circa finem. versi. quid de minore. & versi. seq.
Io. And.
b ¶ Ab aliquo.) clerico, uel laico.
c ¶ Non habeat.) supra eo. lib de elect. quorundam.
& c. si religiosus. 12. q. 1. non dicatis. infi. titu. proxi.
cap. vlt.
ADDITIO. Allegat Arch. 2. q. 7. nullus 2. & 23. q. 2. c. 1.
Io. And.
d ¶ Officium) hodie rōnem huius officij ordinarius
loci exigit a religiosis etiam exemptis: & si circa id de
liquerint, illos punit, vt in cle. eo. tit. religiosus.
(Glo. seq. rationem reddit, per quam solui contra-
rium. & alleg. pro.)
e ¶ Obtenta.) ergo tunc pōt: 2 misericordię n. est ta
le officium. 86 dist. non satis. Sed videbatur ȝ per cap.
16 q. 1. monachi de postu. c. 1. vbi dr̄ duo requir tur, ſ.
quod exposcat vtilitas monasterij, & quod abbas im-
petret: pro ista parte faciebat decreta. tua. sup eo. tit. &
decre. ubi quidam frater prędicator fuit executor: hoc
expeditum est.
f ¶ (sane.) hoc tractabat idem Guliel. in eo. §. ver. sed
alter. cum ver. sequen. & ver. quid si sint plures. Io.
And.
g ¶ Simpliciter.) sine clausula, ut ipsi, uel eorū alter;

fus a † executor ab aliquo
b in sua voluntate vltima
deputatus, non potest (cū
velle vel nolle non ha-
beat c) huiusmodi offi-
cium d suscipere, vel exe-
qui: nisi a superiore suo
petita super hoc licentia
& obtenta. e

¶ Pluribus executorib. datis, vno mortuo vel in remotis existente, vel exequi nolente, vnus officium executionis exercebit, ne impediatur testatoris voluntas: nisi aliud per testatorem disponeretur. h. d secundum Zen.

¶ Sane f plurib. a testa-
tore simpliciter g execu-
toribus deputatis, vno eo-
rum mortuo, h vel in
remotis i agente, aut id
exequi forte nolente; Ne
voluntatem testatoris im-
pediri, vel nimium differ
ri contingat; k poterit a-
lius (nisi testator aliud ex-
presserit l) officium exe-
cutionis iniunctæ libere
adimplere. m

TITVLVS XII.

De sepulturis.

Bonifacius octauus.

¶ Hic prohibetur pactum de sepultura eligenda. Non obstante pacto de sepultura eligenda, vel electa non mutanda, sepeliendus est quis vbi alias erat de iure sepeliendus: & alias sepultus cum omnib. sepulturę obuentibus restituēdus est alias pena incurritur hic contenta. h. d. secūdum Zen.

& si non omnes: 3 alias non esset quæstio.
(Glo. seq. recipet quæstionem, quam soluit: & duas
opinio. subdit.
h ¶ Mortuo) no. 4 ex littera, ꝙ mortuo executore,
eius officium non transit in hīdem. (Et de hoc in pal
leg §. circa fi. ver. in
super.) Vī. n. industria
& amicitia eī electa.
Ad hoc §. de offi. de
le. c. ult. ff. ꝓ foc. l. a-
ctiōe. § mortē. ff. mā.
l. mandatum. in fi. &
ff. de tut. l. antepen. in
fi. ubi idem. no.) Qui
dam dicebant tale
offm transire in hæ-
redem executoris per
l. 2. ff. de alimē. & cib.
leg. l. cum unus. & l. a
filio in prin. & l. ali-
menta. in prin. (Vide
quod ibi not. quod
non transeat officiū,
licet ibi trāseat onus
non personale.) Alii
distinguebant, an res
esset integra, vel non
sicut supra de elec. in
causis. C. mand. l. mā
datum. Quod autem
dixi nō transire in hæ
redem, uerum est, nisi
testator expresserit, si
cut & de cōpromis.
so dicimus sup. de ar-
bi. c. ult. quid autem
tunc fiet dixi inf. gl.
ut quia. Io. And.
i ¶ In remotis.) Si er
go non multū distat, uocabitur: & si in termino assi-
gnato non uenerit, procedet socius sine illo: si aūt re-
motus est, 5 nec uocabitur: sic & in electionibus, de
elec. quia propter, & c. sum inter uniuersas, & c. quod
sicut.
k ¶ Contingat.) si. sup. eo. lib. ne sede uacante. c. uni. ad
fi. de offi deleg. si is cui.
(Gl. seq. exponit & notat: secundo ponit & sol. duas
quæstiones.)
l ¶ Expresserit.) ut quia uetuit ne alter sine altero ꝓ
cederet. (bñ facit ff. de exer. l. 1. §. si plures.) aliud est
ergo tacere, aliud expresse uetare. ad hoc de bap. maio-
res §. sed adhuc. & § seq. ȝ. de reg. iur. is qui tacet. [Io.
Mo. allegat C. de nego. gest. l. fi.] Quid ergo tūc fiet ex
quo alter nō uult exequi, uel mortuus est? Si testator
sibi prouidet, illud seruabitur: alioquin eps exequat.
sup. eod. si hæredes. & c. tua. Quid si abbas Sancti Pro-
culi datus est executor, & mortuus est; nunquid hoc
officiū transibit ad successorem? vī. distinguēdum, an
fuerit proprium nomē expressum, nec ne, sup. de offi.
deleg quoniam, ꝙ satis posset dici in ēneos; sed in pro
pinquo vī, quod licet nomen non fuerit expressum,
tamen affectione personæ hoc factum fuerit: vnde nō
transeat ad successorem, ad hoc 13. q. 3. Pontifices. de
testa. requisisti. (De hoc plenius in prædicto §. circa fi.
uersi. quid erit.) Io. And.
m ¶ Adimplere.) est si. sup. eo. lib. de procu. si duo. §. fa
ne. & ff. de admin. tuto. l. decreto. § ult & est in his spe-
ciale fauore testantium, causarum, & pupillorum.

DE SEPVLTVRIS.

¶ Visum est sup. tit. proxi de testamentis: nerum qa
testator in testamento quandoque eligit locum suæ
sepulturæ; ideo annectitur titulus de sepulturis.

Cōtinua-
tio domi-
ni Heliq.

Anima-

3 Vide Io. Cald. consi. 45. hoc eod. titu.

4 Vide Bar. in l. a filio ff. de alimen. & ciba. leg.

5 Qđ terminē arbitro bo ni uiri, in Arc. & facit qđ no ta. sup. eo. li. de. tēp. ordi. cum nullus. §. penu. in glo. 2.

ANimarũ.] Prima pars ponit inhibitionẽ & decretum: ibi, Nos enim. Secunda punit eligentem ibi, statuentes. Tertia punit inducentem: ibi, Si vero, & pœnam aggrauat in non parentem: ibi, Quam nisi, Io. And.

¶ Pone casum per te, quia textus clarus est.

No. primo ex prin. text. q̃ officium prælati est obuiare periculis animarum suorum subditorum.

No. ibi, sub interminatione maledictionis ęternæ, q̃ veniens contra istam constitutionem, peccat mortaliter. Nota vlterius, quod religiosi inducentes aliquem ad p̃mittendum, iurandũ, vel vouendum, quod eligat sepulturam penes se, puniuntur pœna hic contenta, & in cle. cupientes de pœnis. in cle. Sed quid induxerũt solum ad eligẽdum: vtrum puniantur ista pœna? Rñdet q̃ non; nam licet per votum, iuramentum vel promissionem tollatur libera facultas, nõ tamen per electionem: quia licet elegerit quis sepulturam in vno loco, potest postea eligere in alio. Nota si quis induxerit aliquem ad vouendum, iurandum vel promittendum, vt eligeret sepulturam in tali loco, non valet electio; & ideo quantum ad electionem sepulturæ decedit intestatus. Idẽ dicẽdum est, si nulla promissione, voto, vel iuramento præcedente eligerit sepulturam in vno loco: & postea iuret vel promittat non mutare: quia tũc electio sepulturæ cassatur. Nota iuncta glossa, quod si quis non eligat sepulturam, tunc est sepeliendus in loco suorum maiorum, si habeant certum locum pro sua sepultura. Si autem certum locum non habeant, tunc est sepeliendus in cæmeterio ecclesiæ parochialis, in qua recepit sacramenta. Nota q̃ sepelientes aliquem indebite, tenentur restituere quicquid exinde recepe runt, etiam si non fuerunt requisiti. Nota quod tenẽtur restituere ossa cadaueris, si fuerit requisiti & moniti ab ecclesia, aliter non. Nota, q̃ si requisiti & moniti non restituant ossa defuncti intra decem dies, ecclesia ipso facto supponitur interdicto. Nota, q̃ papa potest decernere iurantem non obligari iuramento, q̃n causa legitima sub est. ad hoc 5. eod lib. de reb. eccle. non alie. cap. 2. de elect. vbi periculum. §. penult. Dominicus.

[Prima glo. dicit quid suppleat, & declaret.]

a ¶ Animarum periculis] Emanauit ad suppletionẽ decretal. supra de pact. plerique, & propter ea, quæ in fine no. Host. dicens, o, quot & quantorum animas cõstitutio hæc astringit, nam quasi omnes sibi talia arrahunt, & tales alliciunt, vt infirmare contingat medicos, qui sane debuerant.

b ¶ Volentes.] ad hoc supra de offi. leg. officij.

c ¶ Æternæ.) hodie transgressores excõicati sunt ipso iure: nec absoluuntur ab alio, quam a papa, nisi in mortis articulo, per cle. de pœn. cupientes. in fin. quę

† Plures modos q̃ bus papa p̃cipit, po nũt Do. & Ancha & ilti pũti ℨfacies, licet nõ ex cõicet gra uiter peccat c. 2. de maiori. & obe. 8. q. 3. sciẽdũ. Similter il le modus indignationem B. A. post. pe. & pasolũ arbitrariã pœnam. not. Bal. in l. 1. C. de sac. san. eccle. Superãtis allegat & Bal. in c. 3. §. porro. q̃ fuit prima cã beneficii amittẽdi. Fon.

etiam reseruat pœnas infra positas.

d ¶ Promittendum.] non enim Deus facit differentiam inter ista. 22. q. 5. iuramenti.

ADDITIO. Vide quod scripsi de iureiur. debitores. super verb. cogendi, & quod no. eo. tit. c. vlt. in vlt. gl.

CAP. I.

ANimarum periculis [a] & scãdalis, quæ frequenter ex his proueniunt, obuiare volentes, [b] vniuersis religiosis & sęcularib. clericis, cuiuscumq; status, vel condi tionis existant, † in virtute sanctę obedientiæ, ac sub interminatione maledictionis ęternæ, [c] districtissime prohibemus, ne aliquos ad vouendum, iurandum, vel fide interposita, seu alias promittendum [d] inducant, vt apud eorum ecclesias sepulturam [e] eligant, vel iam electam vlterius non immutent. Nos enim (si secus actum fuerit) electionem talem decernimus nullius penitus existere firmitatis. Statuentes, vt hi, qui sic elegerint, nec apud sic electas ecclesias vllatenus sepeliri, nec alibi (ne contra votum iuramentum, aut promissum huiusmodi a se factum, materiam habeant veniendi [f]) possint eligere [g] sepulturam: sed contradictione quacumque cessante sepeliantur omnino apud illas ecclesias, apud quas [h] sepeliendi de iure fuissent, si alias sepultura non electa forsitan decessissent. ¶ Si vero ijdem religiosi, vel clerici, prædictos [i] in suis ecclesijs, vel cœmeterijs præsumpserint sepelire: ad restitutionem

h ¶ Apud quas.] s. vbi sunt maiorum suorum sepulchra. 13 q. 2. Ebron. cum c. seq. & supra eo. c. 1 in pr. 2 quod de intestato dẽt intelligi. Quid si ecclesia illa 2 de qua promiserat, sit illa in qua ab intestato sepeliri debeat? declarari debuisset: quia si dicamus quod ibi non debeat sepeliri, vbi ergo sepelietur: & littera dicit non apud illas, &c. unde posset dici, quod ibi sepelietur non obligatione promissionis, sed potestate iuris. sicut cũ ex duabus seruitutibus remittitur altera, altera remanet, ad hoc de vsu pal. ex tuarum. ff. de verb. præb. si domus tua. In contrarium vꝛquod supra. dixit, nec apud electas ecclesias vllatenus sepeliri: ꝓterea ſin hoc semper illi apud quod est sepulchrum maiorum etiam ex electione vel promissione, quia priuati erunt potestate eligendi, habebunt obtentum: quod esset non debet. 33. q. 5. hęc imago. supra de procu. tuę. ℨ. de reg. iur. cum quid.

i ¶ prædictos.] quos sic induxerunt: non ergo prohibet decre. quin possit eligere; sed prohibet inductiones & promissiones.

ADDITIO. Et sic ro ſm Io. Mona. quare non possunt voto firmare id quod licet facere: quia electio sepulturæ est pars vltimę voluntatis, cuius libertas tolli non debet. C. de sacrosan. eccl. 1. 1. sargum de sponsa. Gemma. cum concor. Item cum prouisum sit a iure negligenti: illa iuris prouisio impediri non debet, nisi mera liberalitate testantis. Et adde quod not. super glo. Addebat ipse Io. q̃ electio sepulturæ est ius speciale indultum contra ius cõe, vt supra versi. proxi. & tale ius solus princeps, qui supra ius est, potest inducere: quare sicut alias a principe non põt tollere ius cõmune: sic nec ad ius speciale adiicere, quo arctetur ius cõmune, & ex hoc dicit concludi, quare hic puniatur deceptus, sicut attentans contra iura. Io. And.

a ¶ sepul-

a ¶ Sepultorum corporum.) supra eo. ex parte. [&c. fraternitate, &c. cum liberum. Io. And.]
(Glo. seq. recit. per quæstionem.)

b ¶ Decendium.] istud decendiũ in restitutione corporis currit ex quo petitum fuerit; sed in restitutione rei credo, q̃ statim curran: & ideo in rebus non fuit additũ si petantur. Ista. n. cõstitutio non intendit minuere, sed addere ad decre. plerique. supra de pactis. Sed ibi intellige eum sepelẽdo. Inter duas enim ecclesias bñ valeret pactum quod dic vt sup. eo. lib. de pac. c. 1. Io. And.] Sumitur autem sepultura multis modis, quod dic vt no. 13. q. 2. c. clerici. Sitem quæritur. & ℨ. eo. c. pen.

f ¶ Veniendi.] licet non teneat principale, tenet accessorium quoad qd: & est speciale, ad idem de iureiurã. debitores: ubi de hoc. & eo. tit. cum contingat. Io. And.

g ¶ Eligere.] punitur ergo in quo deliquid. de tempor. ordi. litteras. de his quę fi. a maior. par. cap. quæ fiunt.

[Glo. seq. exponit, quærit, & ad vtrumq; partem arguit.]

CAP. II.

CVm.] Diuisio patet per paragraphos. præmitte, q̃ canonica debetur ecclesiæ, in qua defunctus cæsit pabulo recipi consueuit. supra eo. c. 1. Et p hoc videbatur, q̃ parochiali. Item ei qua corpus assumitur. supra eo de his. & prouidebatur, q̃ ei in qua iunt sepulchra a maiorum. Dominicus.

¶ Præponendum est pro intellectu huius ca. illud quod habetur in c. certificari. eo. tit. in antiq. videlicet quando quis eligit sepulturam in aliqua ecclesia diuersa parochiali ecclesia, illa ecclesia debet habere canonicam portionem, quæ cessante consuetudine funeris.

CASVS. Prædecessores cuiusdam Titii cõsueuerunt sepelire in ecclesia fratrum Minorũ: quia ab antiquo habent ibi sepulturam: Titius autem elegit suam sepulturam in quadam tertia ecclesia, non in propria ecclesia parochiali, nec in ecclesia suorum prædecessorum. unde ille tertiæ ecclesiæ plura obuenerunt occasione sepulturæ ipsius Titii: Certum est, q̃ illa tertia ecclesia debet canonicam portionẽ. Sed q̃ritur, cui ecclesiæ parochiali Titii, vel ecclesiæ p̃decessorum suorum? Respondet Romanus Pontifex, quòd illa portio canonica soluenda est ecclesiæ parochiali ipsius Titi, in qua audiuit diuina, & non alteri ecclesiæ vbi sunt sepulti maiores: Nam ista canonica portio datur in recompensationem librorum, quos sumpsit rector ecclesiæ parochialis in celebrando diuina, & ministrando sacramenta defuncto, tempore suæ vitæ. Sed quid ponamus, quòd Titius habebat duo domicilia, in vtroque se collocabat pariter, puta in æstate faciebat residentiam in vno domicilio, in hyeme in alio, quæ domicilia erant in diuersis parochiis:

tam sepultorum [a] corporum si petantur quam etiam omnium, quę occasione sepulturæ illorum, peruenerint quomodoliber ad eosdem, infra decẽ dium [b] integraliter faciẽdam, [c] ipsos obligatos esse censemus. Quam nisi fecerint, ecclesię ipsæ, apud quas sepulti fuerint, nec non & cętemeria earumdem, extunc eo ipso sint & tamdiu maneant ecclesiastico suppositæ interdicto, [d] donec ab eis facta fuerit restitutio plenaria omnium prædictorum.

¶ Idem

¶ Ecclesiæ dimissæ non debetur canonica portio, sed parochiali: & pluribus, si sunt plures.

CAP. VI.

CVm † quis, [e] cuius maiores sunt soliti ab antiquo in aliqua ecclesia sepeliri, [f] ea dimissa eligit alibi sepulturam: canonica [g] portio dimissæ non debetur ecclesiæ

iste Titius mortuus est electa sua sepultura in quadã tertia ecclesia: dictũ fuit supra, q̃ ecclesia sepulturæ debet hñe canonicã portionẽ: sed quæritur quæ istarũ ecclesiarum habebit canonicam portionem: vtrũ illa ecclesia in cuius parochia est mortuus, vel alia? Quidã dicũt, q̃ illa ecclesia in cuius parochia est mortuus: verũ tamẽ Romanus põtifex dicidit hic ℨriũ, videlicet, q̃ illę duæ eccl̃æ parochiales diuidãt inter se illã canonicã portionẽ. Aliqui dicebãt q̃ quilibet poterit eligere sepultura, dimissa parochiali ecclesia dũmodo eligeret in loco magis religioso, hoc est, in loco vbi magis celebrãtur diuina. Sed quid erit, si aliquis eligit sepulturam in loco minus religioso, & dimisit locũ magis religiosum puta q̃ eligit sepulturã suam in una capella, in qua forte semel in anno celebrã tur diuina? Rñdet q̃ quis potest eligere sepulturã in loco minus religioso dimisso loco magis religioso, licet olim esset ℨrietas inter doctores. Nota primo q̃ quis põt eligere sepulturam dimissa ecclesia parochiali, & ẽt dimissa ecclesia, in qua sepulti sunt maiores. Et canonica portio est soluẽda ecclesiæ parochiali, in qua recepit sacramenta, & non ecclesiæ in qua est sepultura suorum maiorũ: & sic non est soluenda canonica portio illi ecclesiæ, in qua fuisset sepultus, si non elegisset sepulturam: nam sepulchrum maiorũ, non p̃fertur ecclesiæ parochiali. c. proxi. sup eo. Nota q̃ ista canonica portio non soluitur ecclesiæ parochialis, eo q̃ ecclesia est dimissa, sed soluitur in recompensationẽ librorũ, quos sustinuit rector ecclesiæ parochialis in celebrando diuina, & administrando sacramenta defuncto, ideo solui debet ecclesiæ parochiali, & non ecclesiæ, in qua est sepultura suorum maiorum. Nota vlterius, q̃ quis potest habere plura domicilia, & tunc si eligat sepulturam in aliqua tertia ecclesia, dẽt solui canonica portio ambabus ecclesijs, in quibus ipse defunctus habebat domicilia. Quid si haberet vnum domicilium solum, quod partim esset de vna parochia & partim de alia: cui ecclesiæ est soluenda canonica portio? D est glossa, q̃ idem, videlicet, q̃ soluatur duabus ecclesijs per medium. Communiter tamen seruatur q̃ ille est censendus parochianus illius ecclesiæ, in qua fouet ralem. Nota, q̃ quis potest eligere sepulturam suam in loco minus religioso: cautius tamen faciet, si eligat locum magis religiosum: nam pius proficiunt speciales orationes quam communes, & licet in universo mundo fiant orationes communes pro omnib. defunctis, tamen specialiter fiunt orationes pro benefactoribus illius ecclesiæ.

† Vide cõci. Tri. ses. 25. de ref. cap. 13. & Cardi. cõsi. 90. scip. eps Fel. tren.

[Prima glossa dicit quid declaret.]

e ¶ Cum quis.] primum dictum huius decretalis emanauit ad declarationem eorũ, quæ not. Ber. & moderni sup. eo. de his. & approbatur opinio Inno. & reprobatur opinio Hug. & Ber.

f ¶ Sepeliri.] unde si intestatus decessisset, ibi sepeliri debuisset, ut dixi supra. c proxi. & supra eo. tit. c. 1.

[Glo seq recit per quæstionem.]

g ¶ Canonica.] saltẽ quarta, uel sterur cõsuetudini supra c. certificari. in ijs q̃ eligũt sepeliri apud Minores uel Præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel prædicatores taxata quæ incipit, super cathedra. in tit. de sepul. quæ fuit reuocata per Bñdictū: hodie innouata p̄ cle. eo. tit. dudū.

ADDITIO. In quarta, vt in minori, oēs canones cōcordāt. facit. ꝛ. eo. li. de arb. c. 1. & ibi concor. & uide p̄ not. e. ti. certificari in vlti. glo. & quod sup. ea scripsi. Io. And.

a ¶ Dūtaxat.] quia ēt si apud debitā sepultus fuisset, habuisset parochialis eccl̄a canonicā ꝛ supra e. c. 1. b ¶ Domicilia.] q̄d esse potest, de reseri. dilectus. 2. ff. ad munici. l. assumptio. Itē posset quis esse sine domicilio, ut si religio domicilio nauiget vel iter faciat, q̄rens quo se collocet. ff. ad muni. l. Labeo. in prin. & l. eius. & p̄ dicit hic de diuersis domiciliis, satis putarem esse æquum in vno, quod æqualiter esset in duabus parochijs, vt puta in habitat quis domū in cōfinio duarum parochiarū, vel duas domos coniunctas habitat, q̄ sunt in duabus parochiis, vt eadē ratione illę duæ diuidant quartam.

ADDITIO. Facit q̄d posti Inno. scripsi supra de parochijs. super eod. in glo. limes. & quod not. 16. q. 3 licet. in gl. pone p̄ Ioan And.

c ¶ Diuidere.] si supra de testa. relatum 2. ad fi.

d ¶ Si quis.) hic terminatur quæ no. 13. q 2. ca. 1. §. nūc autem quæritur. & supra eo. fraternitatem & approba fff. de hær. instit. Auge. de ag. succes. §. pxi. Fon.

¶ No. Dñi cus & ph. p̄ assigna tis cētum pro certo actu faciē do & plures faciūt actum simul, diuidētur dicta cētū ī ter eos. exemplum primo in trāti arcē promissa sūt centū, tres ītrāt simul inter se diuidēt illa cē tū. Imo. i cle. & si principalis. & resc. Bart. in l. hoc arti. ff. de hær. instit. Auge. de ag. succes. §. pxi. Fon.

¶ Vide q̄n nē quam hic dispu tat Frācus d decedē te monasterio inf. annū, pba tionis: an tūc eccl̄a parochialis debeat habere canonicum.

IS, qui] partes patent. Secunda ibi, Mulier. & prima solueit dubium, & solutionem moderatur: ibi, Dum modo. Io. And.

¶ Si ciuis alicuius ciuitatis t p̄e æstiuo, ut fructus colligat, accedat ad suā coloniam: & ibi mortuus est, nō sepelietur in ecclesia, in cuius parochia mortuus est, sed portandus est ad suam ecclesiā parochialem. hoc dicit CASVS. Titius huius ciuitatis ciuis, qui habebat medietariam vel coloniam, tempore æstatis ad illā accessit, p̄ recolligendis fructibus, vel forte pp̄ pestē, & ibi mortuus est intestatus, quātum ad sepulturam: utrum sit sepeliēdus in ecclesia parochiali, in cuius parochia decessit? Certe non: sed est portandus ad suam ecclesiā parochialem, si commode fieri possit: Sed quid sanctissime Pater: certum est, q̄ mulier vidua sepelienda est cū suo marito: p onamus q̄ aliqua mulier habuit plures maritos: quæritur, cum quo sit sepeliendā? Respondet cum ultimo marito: quia tenet honorem & dignitatem ab vltimo marito. l. fœmina. ff. de senatoribus, vbi mulier habet dignitatem ex persona sui mariti. Et si mulier quæ nupsit senatorio, postea nubat plebeio pdit dignitatem primi mariti. Nota q̄ in iure villa accipitur dupliciter, vt in gl. de re. diui. Instit. circa ptinci. sed illi duntaxat, a in qua ille officia consuenit audire diuina, & ecclesiastica recipere sacramenta. Cum ab eo, qui duo habet domicilia b se collocans æquali ter in vtroq; in loco tertio eligitur sepultura: domiciliorum ecclesiæ habebunt inter se † diuidere c canonicam portionem.

¶ *In loco etiam minus religioso potest noua eligi sepultura. h. d. secundum Zen.*

¶ Si quis d antiqua dimissa nouam etiam in loco minus religioso elegerit sepulturam, electionem huiusmodi (licet iura sup hoc uideantur esse diuersa) nequaquam uolumus impugnari.

¶ Idem.

¶ Translatio personæ ad certū locum facta ad tempus, ecclesia ius sepultura non aufert. d h secundum Zen.

Vno modo accipit̄ pro congregatione ædificiorū, non fortificata muris: q̄a si esset fortificata muris, diceretur castrum, vel ciuitas. Nota q̄ ex sola mora facta in loco quis nō censet parochianus illius loci: sed oportet q̄ animo sit perpetuæ morę, vel ad minus per decem annos faciat ibi residentiā, nisi appareat de contraria voluntate, ut in schola rib. qui licet moram faciant in vniuersitate, non tamen cēsent domiciliarii illius loci. Not. q̄ cum q̄s decessit non electa sepultura, est sepelien dus ī loco suorū maiorum: alias mulier est sepelienda cum viro suo. & si habeat plures viros, est sepelienda cum vltimo. Nota differentiam inter ciuitatem, castrū, & villam, de qua ff. sentten. excom. si ciuitas. Nota finaliter, q̄ dictio, potiꝰ, stat correctiue, secūdum Archidiaconum. Dominicus.

e ¶ Nō electa.] alias non esset ꝑfectio: quia apud illam sepelieri supra c. proxi. in fine. [Gloss. secunda q̄ rit, quæstionē declarat pro vtraque parte arguit & soluit.]

f ¶ Ab antiquo] q̄ dices, 1 auus ꝑ auus & alii ab antiquo sunt sepulti aliquā sepulturā eccl̄a: pater eligit se pulturam in alia, & sepulturam in hac, ibi sepultus est, filius decedens intestatus sepelietur in sepulchro patris, vel in sepulchro aui & aliorū & intelligo vt bene, p̄cedat dubitatio, q̄ potest sepulti cōmode in vtroque: pro vtraq. parte inueniesse textum. 13. q. 2. ca vnaquæq. §. Ioseph & ver. econtra, qui alias est §. Per istam litteram, quam etiā habemus s. c. proxi. in prin. satis videretur habendam rationem antiquæ sepulturæ aui, proaui, & aliorum, potius quam paternæ. Ad idem ꝛ eo. c. 1. in prin. & c. fraternitatem. vbi dicit patrum aliorumque parētum copulatiue dictū: quasi non sufficiat patrem ibi fore sepultum. Item viuente patre sepelietur in sepulchro aui ꝛ. c. proxi.

g ¶ Deportari.] sim. ꝛ. eo. c. vlti. immmens ergo periculum immutat ius commune, vt hic vides. Ad idem ꝛ eo lib de protu. si duo. §. sane.

ADDITIO. Arch. alle. ff. ad muni. eius qui §. pen. fide iud. hære absens ibi: nam vbi sic venit, &c. & sup. de eccle æd. ad audientiam Io. And.

(Glo. seq. dicit quid declaret pars vltima.)

h ¶ Mulier.) hic terminatur quod not. Hug & Io. 14. §. 2. vnaquæque.

ADDITIO Et corrigit quod not. Vin. sup. eo. de vxore. vbi dixit sepulturam parentum potius quam viri sequēdam: allegat quod de onere sepulturæ dixi in textu, super versi. vlti. Io. And.

i ¶ Eligat.]eligere enim potest cū quo voluerit, vel cū nemine sepeliri. supra eo. de vxore.

k ¶ Viro.]si vetus vir fuit. ff. ad mun. de iure §. fi. idem Io. Mona. & Archid.

a ¶ Honore.] ff. ad municip. l. filii. §. 2.

ADDITIO. Ad idem l. vlti. eo. tit. §. 3. qui §. dicit mulierē quamdiu napta est, incolā esse ciuitatis matitii. fact. ff. de iud. exigere. ff. de sena. fœminæ. C. de nupt. cum te. C. de dig. mulieres. & patet sup. de for. cōp. ex parte. C. de incolis. l. fi. Io. And.

b ¶ Licet.] Sunt duæ partes, q̄ patent.

¶ Pater pōt filio impuberi eligere sepulturam, si hoc hēat cō suetudo. Item filiusfamilias pōt eligere sepulturam sine consensu patris, licet nō possit testari. h. d.

CASVS. Certum est q̄ impubes non hēt tōnem: ideo non pōt eligere sepulturam. Sed qd, mortuus est impubes, ī quo loco erit sepeliendus? & vtrū pater pro filio impubere possit aliam? Ridet q̄ fic: si hoc hēat cōsuetudo, alias non. Sed quid, vtrum filius familias possit eligere sepulturā, & eligere ibi? Ridet q̄ licet filiusfamilias nō possit testari de peculio, tñ potest sibi sepulturā eligere sine consensu patris, & sic p̄ anima potest testari sine consensu patris: sed non pro alijs rebus. l. fi. C qui testa. fac. poss. Nota primo, q̄ consuetudo q̄nque dat potestatem alteri pro altero eligere sepulturam. Not. secūdo arg. q̄ filius moriens ante patrem, necessario nō est sepeliēdus in sepulchro patris, pbat tex. qui vult, q̄ pater non pōt sibi eligere sepulturam: vnde dato q̄ pater eligat alibi pro se, non tamen potest pro filijs.

[Prima glosa dicit quid declaret.)

b ¶ Licet.]Emanauit ad declarationem decret. sup eo. de vxore. 2. responso.

c ¶ pubertatis.]. xii. in muliere. xiiii. in uiro. q̄d dic, vt supra dixi de testa. c. 1.

d ¶ Eligere.)licut nec alias testari. ff. de testa. qua ætate, alias in qua. 2. q 6. cap. ei qui. §. item si sententia C. quando pronoca. non est necesse. l. 2.

[Glo. seq dat duo similia.]

e ¶ Consuetudo.]sicut ergo cōsuetudo dat iurisdictionem & ius eligendi prælatum, de so. comp. cum cōtingat. de cau. poss. cum ecclesia: sic etiam dat ius eligendi sepulturam, ut hic vides.

ADDITIO Et si dicas hanc consuetudinem esse contra ius commune, per quod diffinita sunt loca sepulturarum: satis est quod ius assistat. de quo plene dixi de consu. c. fi. super glo. penul Io. And.

(Glo. seq. quærit, alleg. pro & contra: ponit consuetudinem.)

f ¶ Vel in parochiali.)hæc est diffunctiua. Nunquid ex go datur electio? quod vī ꝛ. de reg. iur. in alternatiuis. cum suis concor. Econtra vī ordinem scripturæ seruādum 43. dist. sit rector. ad fi. in glos. penul. sup. eo. lib. de. si quis iusto. § 1. & sup. de præb. mandato & hoc tu electio, 2 vt dicam in prædicta regula, in alternatiuis

consuetudo tamen habet quod parentes, vel amici tales sepeliunt in altera quam volunt: & graue videtur puerum octo dierum semper in antiquis tumulis solemniter sepeliri.

g ¶ Quamuis.]de hoc tractabat Host. in sum. huius ti. & apud quā. uer. si vero is.

h ¶ Filiusfamilias.] maior tamen pubere. & est huic si. sup eo. li. de procu. qui generaliter. §. 1.

i ¶ Sepulturam.]q̄a electio refert ad id tempus quo solutus est a patria ptāte. ad hoc sup. eo. de vxore. 1. responso.

k ¶ Castrense.) s q̄d a parētib. vel cognatis in militia agētib. donatum est, vel qd ipse filiusfamilias in militia acq̄siuit: q̄d acquisiturus nō fuit, nisi militasset. ff. de castre. pec. l. castrense.

l ¶ Quasi castrense.] vt quod acquirit filiusfamilia aduocatus in postulādo: Nā & ipsi aduocati militant. C. de aduoc. diuer. iudic. l. aduocati.

ADDITIO. Vide quod not. eo. tit. l. fori. & quod dicam in Spe. d actore. §. 1. uer. super ꝛ. Item qd agit de peculio. Io. And.

m ¶ Iudicare.]i. in vltima uoluntate 3 relinquere, iudicium. n. hic sumitur pro vltima uoluntate, & aliter multis modis, q̄d dic vt dicā ꝛ. de reg. iur. in iudicijs.

n ¶ Non potest.]ff. de dona. cau. mor. l. tam his.

Religiosi.]Ego sequor intellectum Io. And. fm quē potest sic summari: Religiosi sepeliēdi in suo monasterio, nisi in remotis moriantur h. d. Et ponit, dictū, cuius rationem interserit: ibi, Cum velle. Et exceptionem præmittit: ibi, Nisi Dominicus.

CASVS. Aliquis religiosus sub ptāte abbatis existens habebat deuotionem ad aliam eccl̄am: ipse veniens ad mortem vult eligere sepulturam in alia eccl̄a, an possit. Rīdet, nō pōt quamdiu est in monasterio suo, nel alio loco ei propinquo, vbi cōmode pōt apportari ad locum monasterij suis & sepeliendus est cum suis fratrib. secus si esset in loco remoto. Nota primo, q̄ religiosus non potest eligere sepulturam, nisi esset in loco remoto. Sed quid si moriatur non electa sepultura? Respondet quidam, quod sepeliendus est in monasterio sui ordinis, si in loco sit monasterium sui ordinis. Communis opinio doctorum est, q̄ sepeliendus est in ecclesia parochiali, in cuius parochia mortuus est. Nec obstant iura dicentia q̄ religiosi sepeliendi sunt in monasterio ubi degunt: Nam iura intelligūtur q̄n religiosi moriuntur in loco proximo non multum distante a suo monasterio, vel si fuerunt missi in aliquo monasterio, causæ perpetuæ residentiæ, sed alias ubi moriuntur locis remotis non electa sepultura, certe sunt sepeliendi in ecclesia parochiali ubi moriuntur. Nota quod eligere sepulturam dependet ab habitu propriæ voluntatis Dominicus.

[Prima gl. dicit qd decret. approbet, uel reprobet.]

o ¶ Religiosi.]Emanauit ad declarationem eorum, quæ no-

timo, cuius domicilium retinet & honorem, a † tumulanda.

¶ Idem [in † eodem.]

¶ Ex consuetudine potest pater impuberi eligere sepulturam: pubes autem eligit per se ipsum, & hoc dicit secundum Zenz. quoad titulum: sed non quoad textum, vnde posset ad di Et pro anima non legat sine assensu patris bona castrensa Domi.

CAP. IIII.

LIcet b † pater minores filios, qui nequeunt antequam ad annos pubertates c peruenient, eligere d sepulturam, possit (si consuetudo c terrę id habeat) quo uoluerit loco sepelire: hoc tamen non potest, ubi consuetudo huiusmodi non habetur, sed quod ad ea cū moriuntur sunt cum suis maioribus, vel in parochiali f ecclesia tumulandi. ¶ Quamuis g autem filiusfamilias h absque patris assensu sibi possit libere eligere sepulturam, i pro anima tamen sua † præter ipsius assensum (nisi periculum castrē se, k aut quasi castrense l habeat) aliquid iudicare m non potest. n

¶ Idem [in eodem. †]

¶ Religiosi, nisi multum remoti a monasterio, nequeunt alibi eligere sepulturam. h d secūdum intellectum Zen.

CAP. V.

REligiosi, n nisi a propriis monasteriis adeo forsitan sint remoti, quod ad ea cū moriuntur

a † De hoc arti. vide late ꝑ hil. Francū. §. eo. lib. in rub. tit. de testa. nu. 46. uer. o. quæritur. & Bar. in l. q in posteritate. ff. de test.

† Hæc duo verba: in eodē: desunt ī manuscriptis exemplaribus.

b Nō tū in testo sup quo uide q̄d scripsi sup. eo. li. de testa. fi pater. in prin. I. A.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ no⁹.Inn.& Host.sup.de excess.præl.nimis iniqua & Host sup.eo. tit.de vxore & approbatur opinio.Inn reprobata opinione.Host.

ADDITIO. Dicit Archi.quod per distinctionem hic concordantur istæ opiniones:quod non placet.qđ collige ex vltima gl.Io. And.

† al. possunt.

commode [a] portari non possint, † nequeunt (cum velle,vel nolle non habeant [b]) sibi elegere sepulturã; [c] sed sunt apud sua monasteria tumulandi.

a ¶Commode.] nota ratione incommoditatis id permitti, quod alias non permitteretur.sic sup.eo. lib.& tit.is qui. Item causa incommoditatis alienantur res ecclesiæ.12.quæst. 2. terrulas.

b ¶Non habeant.)sic 3.tit.proxi. c.vlt. cum suis concor.

† In antiquoribus codicibus desunt hæc verba,primitiis, & oblationibus.

ADDITIO. Et per hoc intellige de clausurali,vt ibi etiam dixi.Io. And.

c ¶Sepulturam.] hoc tenebat Inn.sed Host. contra per decre. sup. eod. tit. de vxore. ſ. quod talis electio ad illud tempus.ſ. post mortem,refertur,quo solutus est monachus a iugo, ut ibi dr de vxore:Ad idem sup.c.proxi.1 respon. & hoc etiã probabat per decre.præce.de excess. præl. nimis iniqua,& per decre.de priuil.vt priuilegia.vbi dr, quod illi fratres eligunt sibi sepulturas. Ad primum respondeo,ꝙ licet uxor.vel filiusfamilias sint in potestate uiri uel patris,non tamen in tantum, quin aliquid habeant,& velle & nolle:quod non est in monacho, & facit sup. eo.lib.de proc.qui generaliter,§.1.Ad decreta.nim.s.& vt priuilegia, dic ꝙ non loquuntur in veris religiosis, sed in ijs, qui assumuntur in confraternitatem,vel intelligatur secundum istud,ſquãdo a monasteriis sunt remoti.Io.and.

TITVLVS XIII.

De decimis (primitijs, † & oblationibus.)

¶ Gregorius nonus fratribus Predicatoribus & Minoribus.

[prima glo. dicit vnde decisa: inchoat casum, & ponit ius nouissimum.]

d Discretioni.] Decre.est Greg. IX.decisa de extraua ganti sua,quæ incipiebat, Grauamen nobis.Et put ibi patet ex querela archiepi,& capituli pisani peruenit ad papã,ꝙ Prædicatores & Minores prædicebant decimas ex præcepto non deberi. [Ex quo rõtingebat, ꝙ laici remissi fiebãt remissiores.] Scribit Greg.vt sequitur.Hodie ,puisum est cõtra omnes religiosos,qui bus non competit recipere decimas, vt in clemẽt de pœn.cupientes 2.rñ.Io.and.

¶ Populus vt ecclesijs iura debita persoluat, est in prædicationibus & alijs exhortandus. hoc dicit secundum Zenze.

CAP. I.

[Glo. seq. circa decimas ponit quinque opiniones, & secundam & vlteriorem improbat.]

c ¶Decimarum.] In decimarum solõne an debeantur ex præcepto,an consuetudine tollantur, diuersę fuerũt antiquorum sententię. Et dixerunt quidam,quos secutus est Inno.in gl.quam posuit superiꝰ ista rubrica, ꝙ decimæ indistincte debẽtur & personales & prædiales,probatper auctoritates vete ris,& noui testamenti,& per iura 16.q.1.reuertimini & c decimę,& q.7.quicumque , & comnes.& in multis capitulis.Dicunt 2 quidam theologi,& hoc scripsit Petrus Lombardus , ꝙ præceptorum alia moralia,& hæc ad litteram seruanda, vt non occides, &c.& quædam ceremonialia , & hęc non seruantur ad litteram, vt de purificatione post partum.c.vnico.quædam mystica, & hęc sunt sacrificiorum præcepta, quorum non verba,sed mens seruãda est,& sic dicunt in decimis,ut ſsint mystica,vel partim moralia, vt sufficiat aliquid dari pro decima ex vigore consuetudinis, puta centesimam,vel vlteriorem, vel citeriorem partem,ad hoc 5.distinct in princi.6.dist §.vlt.supra eo. committum. & in c.in aliquibus.in fine. & c.ad Apostolicę cum similibus.Sed hęc opinio est falsa & reprobata per omnia iura,& per concilium generale.sup.eo.in aliquibus.vbi dicit integraliter decimas persoluendas . Alii theologi dicunt, ꝙ hodie decimę non debentur , quia olim iussę erant dari cleticis , qui nihil aliud habebant,vt Numeri 18. vbi dicebatur clericos parte decimarum debere esse contentos: hodie vero habent prædia,vnde de eis decimę non debentur.& hęc opinio reprobatur sup.eod.tna nobis. Alii dicunt,quòd decimæ in illis regionibus,in quibus non est consuetudo vt soluãtur, nec exiguntur , nec prædicantur , non soluere non sit peccatum,quasi ex tolerantia papa dispenser,quod vt posse secundum ea,quæ not.supra eo.a nob.vbi autem exiguntur & prędicantur,non soluere est peccare. quæ opinio per hanc decret. & per omnia concilia & decreta supra eo.tit.reprobari videtur, in quibus patet, papa non tolerat,sed contradicit expresse ad hoc Exo.22 ibi Decimas & primitias tuas non tardabis offerre.Host.no.sup.eod.in aliquib. & c.a nobis ꝙ prędiales decimę debentur lege diuina, personales vero non,& ideo in primis non admittitur ,consuetudo. In secundis uero sic,unde si consuetudo est personalis non prestari,non debẽtur:& sic intelligit finem ipsius decretalis.Sed Innoc. execratur,ut dixi in prin.& eius in hoc opinio tutior est, & tenenda esset de pęn dilli. 7 nullus.

ADDITIO. Et penitus uide quod dixi in quæstione posteriorum in quarta parte, & quod scripsi supra eo. a no-

eod.a nobis.in magna suppletione ,ante medium,ver. aduenient autem tempore gratiæ.Io.and.

ALIA ADDITIO. Dicit Arch. ꝙ opinio Host.ſ. prædiales decimæ debeantur de lege diuina, personales uero non:fuit opinio fratris Hug.de Sincera magistri in theologia.

a ¶ Aliarum rerũ.] puta primitiarum, oblationum, canonicarũ portionum debitarũ ex funeribus, eorum quæ debentur propter suas laudabiles consuetudines. de simo.ad Apostolicam. olim soluebantur quattuor genera decimarum.supra.e.c.1.& ideo homines bonis omnib. abundabant. 16. q.7. maiores nũc nec vna bene soluitur: & iõ homines ad decimã conuertuntur. 16.q. 1. decimæ.& ideo dominus locuſtas non increpat, nec plagas amouet.16. q.1.reuertimini.& tollit fiscus quod non accipit Christus, ut in prædicto c.maiores.

ADDITIO. Hæc tria per glossam tacta bene expediuntur:Italici decimas non soluentes. Econtra quattes,corporis sanitas, remissio peccatorum, & acquisitio cælestium præmiorum, vt in prædicto ca.decimæ. Io.and.

b ¶Animas.) alias animos.ad hoc sup.eo.tit.quamuis. de nat.ex libro venit.c.vnico.

c ¶Sermonibus.) tale officium priuilegiatum est.de statu monachor. quod Dei timorem. [ad finem. & in glo.penul.

d ¶Vel alibi.) puta in collationibus, disputationibus, vel in confessionibus,in quibus iniungere debent cõsistentibus,qualiena restituant: quia non dimittit peccatum,&c.] de reg.iur.peccatum, cum suis concor. & hoc faciendo licite ab excõicatis eleemosynas recipiũt.de sent.ex com.voluntate. §.1. priuilegium ergo illud merentur amittere 7tium suggerendo.11. q. 3. priuilegium cum suis similibus.

e ¶Voluntatis.) Voluntarium militem sibi elegit CHRISTVS,15.q.1.non est cuiquam.33.q.5.qui si tit. in fine.

a ¶ Aliarum rerum.] rum [a] rerum ecclesijs debitarum solutione retrahant, uel alias animas [b] corrumpant audientium, in sermonibus [c] uestris uel alibi [d] proponere de cætero præsumatis. Immo verbo & opere informetis eosdem, ut ad solutionem prædictorum promptæ voluntatis [e] animo sint intenti.

¶Alexander quartus.

CAP. II.

STATV- natione laici sibi facta ex consensu epi, vnde abbas ipsius monasterii impetrauit a sede Apostolica priuilegium,vt in mea parochia posset percipere & leuare decimas pro illa portione, pro qua percipiebat decimas antiquas: & tamen ego rector ecclesiæ parochialis eram in possessione percipiendi decimas in tota mea parochia:vtrum uirtute priuilegii sui possit percipere decimas in quarum possessione eram tempore impetrationis priuilegii? Respondet Romanus Pontifex, ꝙ priuilegium suũ non se extendit ad illas decimas , in quarũ possessione alius erat tempore impetrationis. Sed ponamus quòd dictus abbas percipiebat decimas pro aliqua quota in quadam parte meæ parochiæ, quæ erat circa flumen;postea a sede Apostolica impetrauit priuilegium generaliter,vt perciperet decimas noualium in parochia mea: vtrum possit virtute sui priuilegij percipere decimas noualiũ in parochia mea, in illa parte parochię, in qua nõ percipiebat antiquas? Respõdet quòd non:sed priuilegium suum restringitur ad loca, in quibus percipiebat antiquas. Sed quid sanctissime Pater, ponamus quod abbas Sancti Cypriani non erat in possessione nisi percipiendi tertiam partem decimarum antiquarũ; licet re vera ad ipsum spectaret media pars: accessit ad Papam, & impetrauit priuilegium , ut posset percipere decimas noualium in parochia mea, ꝙ illa parte, pro qua percipiebat antiquas, vtrum priuilegium suum se extendat ad mediam partem,quæ sibi debetur: vel solum ad tertiam partem, sicut est in possessione percipere? Respondet ꝙ priuilegium se extendit solum ad tertiam partem quam possidet, & non ad illam partem, quę sibi debetur.Sed ponamus,quod abbas percipit omnes decimas ex donatione laici, & impetrauit rescriptum,vt posset percipere decimas noualium pro ea parte, pro qua percipiebat decimas antiquas: vtrũ virtute priuilegii sui percipiat omnes decimas noualiũ? Rñdet ꝙ non: sed priuilegium suum restringitur ad mediam partem noualium: quia non est verisimile ꝙ Papa dedisset illi istud priuilegium in grauamen ecclesiarum parochialium, si impetrans expressisset, ꝙ ipse percipiebat integre omnes decimas integras. Vtrum sit verum indistincte in omnibus religiosis, utnon debeant percipere, nisi medietatem noualium? Respondet quod non : sed fallit in religiosis Cistercien. & Carthusien.bus: nam isti percipiunt integras decimas, secundum quod est eis indultum per papam. Sed quid faciet ecclesia parochialis, & rector illius ecclesiæ: si isti Cistercien. & Cartusien. percipiant decimas cum integritate: quia rector ecclesiæ parochialis non potest supportare onera parochialia, & non habet vnde possit sustentari? Respondet Romanus pontifex, ꝙ episcopus loci poterit providere: nam si videat episcopus , quod rector ecclesiæ parochialis non habet aliunde ex quo possit sustentari , tunc compellit istos Cistercien. & Carthusien.ad faciendum rectori congruam portionem,vnde possit sustentari, & onera parochialia supportare.hoc dicit præsens tex. vsque ibi , Sane quamuis. Nota primo quod ad solum Papam spectat declarare verba ambigua suorum priuilegiorum.Ad hoc supra de officio ordinaris. Nota secundo, quod quantum ad vim comprehensiuam priuilegij,

Cõtinuatio dñi Heliç.

DIscretioni.] Hic in superscriptione Prædicatores præmittuntur de quo hic Arch.vt no. supra eo.li.de elect.quorundam. Et primo inhibet:secundo præcipit:ibi, Immo.

CASVS. Episcopus & capitulum pisanũ exposuerunt Romano Pontifici grauamẽ & querimoniam de prædicatoribus & Minoribus : nam quidam eorum prædicabant publice in suis sermonibus corã multitudine populi, quod soluere decimam non erat in præcepto diuino:Alii autem dicebant,quod soluere aliquam quotam quantumcunque modicam erat in præcepto : non autem illa quota quæ vocatur decima:vnde multi & fere omnes laici subtrahantur, nec volebant soluere decimam : quare supplicatum fuit domino:Papæ vt dignaretur de remedio prouidere opportuno, Vnde Papa scribit prædicatoribus & Minoribus,eis inhibendo, ne de cætero prædicent aliqua,per quæ populus retrahatur a solutione decimarum , sed vt suadeant & moueant populum ad solutionem decimarum.Nota primo ex superscriptione, quod Prædicatores præferũtur Minoribus, de quo hic Arch. uide ꝙ not.eo.lib.de ele.quorundam. secundum Ioan.Andr. Nota secundo prædicantem populo abstinere debere ab his,quæ inducunt corruptionem animarum.Dom.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uilegij, attendimus tempus datæ: & sic priuilegium non extenditur ad futura. Ad hoc de priuil. cum capella Dominicus.

[Prima glo. diuidit, & summat.]

a ¶ Statuto.] Hic Alexãder in prima parte ponit quasdã declarationes circa indulgẽtias, in quibus cõceditur aliquibus, vt noualium percipiant decimas ꝓ ea portione, qua ꝑcipiebant antiquas. Et a quibusdã exꝑssis declarationib. duos excipit ordines hic vsq; ad §. vbi. ibi, prouidet parochijs pauperib quarũ decimæ aliis debentẽ, vsq; ad §. Sane. Tertio prouidet circa decimas recipiendas vel non de manibus laicorũ, vsq; ad §. Diœcesani. Quarto prouidet circa decimas soluendas a religiosis, & circa diœcesanorum ꝓtãem super his, vsque ad §. Nec ꝓ eo. vbi statuit noualium decimas religiosis nõ accrescere qui antiquas de laicorum manibus habuerunt.

b ¶ Declaramus.] no. quia hic Alexander non statuit ius nouum, sed antiquum declarat: vnde primũ dictũ habebamus in casu §. de priuil. c. antep. qũ incipit, dudũ.

c ¶ Contingunt.] forte priuilegio, vel cõpositione, vel feudatione, vel ꝑscriptione vel receptione de manib laicorũ, vt dicit in fine, vel alio quocunq; modo iure cõi non est reperire simpliciter, ꝑ debeatur certa pars, nisi forte in eꝑo, q iure cõi petit quartam §. de offordi. conquerente de præscri. de quarta.

d ¶ Tempore illo.] sic in his inspicit data tempus. Ad idem §. de rescrip. eam te. cap. si eo tempore. eod. lib. de elect. dudum 1. in antiq. vbi de hoc.

[Glo. seq. recit per. quæstionem.]

e ¶ Possidebant.) iure suo tamquam sibi debitas (Idem archidiaconus.) tunc nõ debet illis obesse priuilegium hoc tacito impetratũ. §. de priui. dudũ. Idẽ potest dici si bona fide possidebant, sed ꝓprietatẽ iuris non habebant, vt sola bonæ fidei possessio vires priuilegij impediat. Si autem esset violenta, vel malæ fidei possessio, vires priuilegij non impediret 1 fm Inno. & Host. qui hoc no. in ꝑdi. decre. dudum. allegant,

¶ Pro materia vide Socinũ cõsil. 169. in ci. in ꝑsenti consultatione.

† Not ꝙ priuilegiũ mihi cõcessum vt ꝑcipiã decimas & similia de aliquo loco, est subreptitiũ, nõ facta mẽtione de alio exisẽte i possessiõe ista ꝑcipiendi. l. in puberi. ff. de admini. tut. supra depri. dudũ. fec' si nemo ista ꝑcipiret. Petr. Anch. Fõ.

Declarans nõ dr ius nouũ edere, sed antiquum declarare.

Possessio sola bonæ fidei impedit vide Abbatẽ in c. veniens de ꝑscriptio.

1 Dic quo ad illam Io. Andr.

to [a] † perpetuo declaramus, [b] quod indultum illud Apostolicum (quod plerisque conceditur) ut noualium decimas pro ea portione percipere valeant, qua veteres eos contingunt [c] ad illas noualium decimas (quas tẽpore [d] illo, quo impetratum vel obtentum extitit hoc indultum alij † possidebant, [e] cum de hoc in ipso mentio nulla fiat) nullatenus se extendit: nec ad alias [f] etiam, nisi in his tantum locis, vbi veteres tunc (quando dictum indultum impetratum fuit) ipsi impetratores habebant, & pro ea [g] solũmodo portione, qua ipsi tempore impetrationis huiusmodi percipiebant antiquas.

¶ Priuilegium decimarum noualium limitatum ad mensuram antiquarum, non potest vltra dimidiam includere: fallit in Cisterciensibus & Carthusiensibus. hoc dicit.

¶ Statuimus [h] prẽterea quod idem indultum obtentum ab ijs, qui tempore impetrationis totaliter veteres percipiebant decimas, vltra medietatem [i] decimarum noualiũ nullatenus extendatur; qã [k] non est verisimile, si tunc de plena & integra perceptione veterũ fuisset expressum, quod Apostolica sedes pariter, & similiter noualium decimas, in tam graue parochialium ecclesiarum dispendium indulsisset, quòdq; ratione talis indulti, siue impetrati iam, siue impetrandi deinceps, non posit in noualib. (quæ amodo fient) vendicari & acquiri vel percipi plusq̃ medietas decimarum ipsorum noualium: etiam si amplius in veteribus habebatur: cum non sit [l] dicẽdum asperum, sed pũ potius & benignum, si super decimis futurorũ noualium contra parochialium ecclesiarum grauamen † (quod ex distinctione † indulti huiusmodi possit accidere) taliter obuiatur. Religiosos tamen Cisterciens. & Carthusien. ordinum statuto & declaratione huiusmodi ꝙantum ad hos duos articulos, videlicet de medietate [m] decimarum noualium ꝙ comprehendi nolumus vel constringi.

¶ Priuilegiati super decimis recipiendis, ecclesiis parochialibus gratis assignare debent portionem pro debitis oneribus supportandis. hoc dicit Dominicus.

de resti. spo. grauis. de ꝑscri. c. vlt. de dona. inter vir. & vxo. & si necesse. ob hoc ẽt ibi dicunt, ꝙ si abbas impetrat priuilegia exẽptionis ꝙ se & capellis sibi subiectis: ꝙ si aliqua capella sua sub alio monasterio bona fide possideatur, impedientur vires priuilegii, alias non, per eadem iura.

ADDITIO. Sic vt supra litis pendentia, (ẽt si dolose non taceat) impedit vires priuilegii, vt lit. pen. c. fi. Io. And.

¶ Casus hoc præsupposito sic figuratur: Episcopus Biterẽn. in presentia papæ constitutus quæsiuit ab eodẽ: Sanctissime pater, iure cautum reperio, q̃ votum castitatis solemnizatum impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam cõtractum; Votum uero simplex non dirimit matrimonium iã contractum: licet ueniens cõtra, peccat mortaliter. Ite reperio alterationem inter doctores, quod votum dicatur simplex, & qd votum dicatur solemnizatũ: occasione huius uellem informari quod votum appellatur simplex, & quod solemne? Respondet Romanus Pontifex, quòd omne votum castitatis dicitur simplex, sine sit de præsenti, sine de futuro: dummodo non sit solemnizatũ per professionem expressam vel expressam: quia tunc dicitur votum solemne, vt non teneat matrimonium contractum: vel si quis suscepit sacros ordines, puta subdiaconatus, dicitur votum solemne: aliàs autem dicitur votum simplex, sine quis dicat, exnunc uoueo castitatem: sive dicat, promitto quòd post annum uouebo castitatem: & sic patet q̃ istud capitulum non facit ius nouũ: sed solum declarat illa quæ notantur in dicto cap. ursus. qui clerici uel uouentes. Nota primo ex isto cap. quòd solemnitas uoti est iuxta ex constitutione Ecclesiæ: & sic non est ipsum uotum quod impedit matrimonium uel dirimit: sed est ipsa constitutio ecclesiæ. Ex quo patet, quòd constitutio ecclesiæ potest habiles ad contrahendũ matrimonium inhabilitare: & contra potest inhabiles habili tare: Nam de lege diuina quando aliqui erant in disparigradu distante æqualiter a supite, non poterant contrahere, ut pro hoc est glo. not. in cap. literis. de restitu. spol. in anti. Nota q̃ matrimonium fuit institutum in statu innocentiæ: quia secundum doctores est duplex institutio matrimonii. Prima est ad prolem p̃creandam: & illa fuit facta in statu innocẽtię ante peccatum primi hominis. Alia est institutio matrimonii ad euitandã fornicationem: & illa fuit facta post peccatum Adæ: & sic intelliguntur iura facientia pro cõtrario. Nota ulterius, q̃ uinculum matrimonii est indissolubile. Sed utrum istud intelligatur q̃ uinculum matrimonii sit indissolubile loquendo de matrimonio consummato copula carnali, uel non consummato? communis opinio doctorum est, q̃ matrimonium non consummatum potest a papa rumpere; licet panormitan. contrarium in cap. ex publico. de conuer. conjugin antiq. & mouetur per istam rationẽ: quia quos Deus conunxit, homo non separet. Sed ad istam rationem respondent doctores, dicendo, q̃ istud intelli-

gitur de copula carnali: ita vt sit sensus, quos Deus iunxit copula carnali, & post matrimonii consummatum homo non separet. Not. vlterius principalem effectum huius c. videlicet, q̃ votum castitatis dicitur solemnizatum quantum ad dirimendũ matrimoniũ iam contractum per susceptionem sacri ordinis, vel p̃ professionẽ tacitam vel expressam. Ex quo patet, q̃ facer ordo habet annexum votũ continentiæ, licet ex presse nõ dicatur in susceptione sacri ordinis q̃ ipse suscipiens vouet castitatem. Nota q̃ ad hoc vt votum religionis obliget professionem, oportet q̃ faciat professionem alicui religioni approbatæ.

[prima glos. dicit quid declaret]

a ¶ Quod uotum.] emanauit ad declarationem eorum, quæ no Ioan. 27. q. 1. in principio, & c. 1. & Ber. qui cler. uel uouentes, uersus.

ADDITIO. Et Innoc. de regul. porrectum. de frigid. fraternitatis. super uersalioquin. Ioan. And.

b ¶ In statu innocentiæ.] id est, ante peccatũ. Et nota contra illos qui dicunt matrimonium fuisse institutum per hęc uerba, 1 Crescite & multiplicamini: sed ut hic uides in paradiso, & ante peccatum institutum fuit: & per illa uerba protoplasti: Hoc nunc os ex ossibus meis, &c. Genes. 2. cap. in fin. & 27. quæst. 2. lex diuina.

ADDITIO. Vide quod dixi sup. de frigid. c. fi. super glo. simile Ioan. And.

[Glo. seq. recitetur per quæstionem ad quam argu. pro & soluit contrarium per tex. per euitationem absurditatis, & per rationem addens illum approbatum, & huic decre. respondet]

c ¶ Sacri ordinis.] ut sup. qui cle. uel uo. cap. 1. & 2. In minoribus autem licite ꝟhitur, ut ꝟ in ant. de cler. coniug. c. 1. Et ex eo q̃ hic æquiparat professionẽ religionis & sacrum ordinem, uidetur quod sicut per professionem religionis solũtur sponsalia de præsenti, sic per receptionem sacri ordinis ante carnalem copulam dissoluuntur. & sic alibi æquiparãtur ista 24. q. 2. c. 1. & sup. de uita & honest. cle. clericus. Sed iam disputaui & rem nauꝟium, quod est hodie approbatum per constitutionem Ioan. quæ incipit; Altercationis 2 antiquæ; scilicet sponsalia de præsenti non dissolui per receptionem sacri ordinis, p̃ decr. ex parte 2. de conuer. coniug. ubi etiam de hoc (glos. penul. super qua scripsi opinionem Hostien.) & 27. quæst. 2. desponsatam, non n. recipiendo sacrum ordinem uouet se castitatem seruaturum in sæculo; & tamen tale uotum castitatis in sæculo seruandæ non dissoluit sponsalia de præsenti. ut ibi. Inducat ergo hoc fauor religionis & merito, quia alia est causa monachi, alia clerici. 16. quæst 1. alia, in solo ergo casu expresso dicamus separari; quod. n. nõ est sanctorum patrum decretis, &c. sup. de transla. inter. Et si decernimus ꝟium, iam hic nõ esset æqualitas; quia iam duplici remedio posset uir sponsalia dissoluere, & mulier unico: quia pp sexus fragilitatem ordines recipere nõ potest. Est autem ratio quare hoc speciale est in religiosis; quia mortui sunt mundo. 16. quæst. 1. placuit. Vnde sicut mors naturalis solueret sponsalia: sic & ista ciuilis permittente canone; de conuersio. coniugatorum, & c. ex publico, quæ ratio deficit in clerico seculari. Nõ obstat hæc decret immo potius concordat, quia æquiparat

1 Qñ & quibus uerbis futt matrimoniũ instituti uide magistrũ li. 4. sent. dist. 25. §. ꝓiungii ãt. & §. seq. & ibi latissime doctores Scholastícos, adde conc. Tri. sess. 24. de sacramento matrimonii. in princ.

2 Hinc hodie inter extrauagates Io. xxii. eod. tit. & incipit. Antiquę ꝓcertationi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

parat ista quo ad dirimendum matrimonium post cõtractum, quasi quo ad dirimendum prius ℨctum paria non sint: immo disparia rationibus prædictis plura enim prohtendo promittit monachus, quam recipiendo sacrum ordinem clericus.

a ¶ Tacitam.] quæ fit cum maior spõte & sciens recipit habitũ ꝓfessorum, ubi est distinctus. ℨ. eo. ti. ꝓxi c. 1. & cap. constitutionẽ vel cum habitum indistinctum [1] fert per annum, ut ℨ. eo. tit. ca. ex parte. & c. 1. eod. libro.

b ¶ Per sedẽ Apostolicam.] alias enim nõ potest, vt ℨ. de relig. domib. c. vlt. & eo. ti. vnico. inf. eod. lib. Io. And.

[Glo. seq. soluit duas quæstiones.]

c ¶ Approbatis.] ergo si profitet religionem nõ approbatam si postea contrahit, tenet matrimoniũ: ꝙ verum puto etiam si quando profitebatur credebat illã approbatam. & eadem rõne dico ꝙ si recipit quis subdiaconatũ ab eo quẽ credebat epm, sed non erat: si postea contrahat matrimonium, bene tenet: & ita terminauit Barth. Brixensis fm Tanc. in quæstionibus: Quidam ordinatus.

d ¶ Contrahendum.) vt sup. qui cler. vel nouen. rursus. Ioan. And.

e ¶ Debeatur.) ex manifestatione igitur grauius fit peccatum. ad hoc sup. de pẽnit. & remiss. c. 1. de hoc die vt no. 32. q. 4. nemo. 31. dist. clericus solus & sup. de celebr. Missarum de homine.

ADDITIO. Et 19. dist. Anastasius. Archi.

1 Vel distinctũ distinctione latenti, vt in cle de reg. eos q. Io. And.

citam [a] factã alicui de religionibus per sedem Apostolicam [b] approbatis. [c]

¶ Reliqua uero uota & si quandoq; matrimonium impediant contrahẽdũ: [d] & quanto manifestius sunt emissa, tanto propter plurium scandalum & exemplum durior pœnitentia transgressoribus debeatur: [e] non tamen rescinde re possũt matrimonia post contracta.

TITVLVS XVI.

De statu regulariũ.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Moniales tacite uel expresse professa, clausuras monasterij exire non possunt, nec alij ad illas intrare: nisi causa legitima & superioris licentia interueniat, hoc dicit.

CAP. VNIC.

PEriculoso [f] & detestabili quarundã Monialium statui (quę honestatis laxatus habenis [g] & monachali modestia sexusque uerecundia, [h] impudenter abiectis, [i] extra sua monasteria nonnunquam per habitacula sæcularium personarum discurrunt, & frequenter intra † eadem monasteria suspectas admittunt, in illius, cui suam integritatem uoluntate spontanea [k] deuouerunt grauem offensam, [l] in † religionis opprobrium, & scandalum plurimorum) prouidere salubriter cupientes; [a] præsenti constitutione perpetuo irrefragabiliter valitura, sancimus, vniuersas & singulas Moniales præsentes [b] atque futuras, cuiuscunque religionis sint vel ordinis, in quibuslibet mundi partibus [c] existentes, sub ꝑpetua [q] in suis monasterijs debere decetero permanere clausura; ita, quod nulli earum religionem tacite vel expresse professæ, sit vel esse valeat quacunque ratione vel causa (nisi forte tanto & tali morbo euidenter earum aliquam laborare constaret, quod non posset cum alijs absque graui periculo seu scandalo commorari) monasteria ipsa deinceps egrediendi facultas; nullique aliquatenus inhonestæ personæ, nec etiam honestæ [f] (nisi rationabilis & manifesta causa [g] existat, ac de illius ad quem pertinerit speciali licentia) ingressus vel accessus pateat ad easdem; vt sic a publicis & mundanis conspectibus separatæ, omnino seruire Deo valeant liberius, & lasciuiendi opportunitate [h] sublata, eidem corda sua & corpora, in omni sanctimonia diligentius custodire.

¶ In monasterio non Mendicantium tot sorores debent recipi, quot poterunt sine penuria sustentari; & vltra non valet receptio. hoc dicit. Dominicus.

¶ Sane † vt hoc salutare statutorum commodius valeat obseruari, districtius inhibemus, ne in monasterijs ordinum non mendicantium aliquę recipiantur decetero in sorores, nisi quot poterunt de ipsorum monasteriorum bonis siue prouentibus absque penuria [k] sustentari: [k] si secus actum fuerit, irritum [l] decernentes.

¶ Abbatissæ principibus secularibus ad fidelitatis sacramentum præstandum astrictę, si non possunt per procuratorem iurare, personaliter exeundo monasterium iurabunt: absque dilatione ad monasterium redituræ. Dominicus.

¶ Verum quando Abbatissa vel prioriss a cuiusuis monasterij, pro feudo, quod monasteriũ ipsum tenet ab aliquo principi

† Vide cõcilium Trid. sess. 25. tit. de Regularibus. c. 3.

1 Incautũ. n. esset hoc ante ꝓbationẽ opponere ad aduersariũ instituẽdũ. & est si. qđ. dixi de lib. obl. c vlt. in fin. Io. And.

a ¶ Cupientes.] hic incipe constructum.
[Glo. seq. obijcit & dupliciter soluit.]
b ¶ Præsentes.] sed qũo præsentibus Monialib. distrigatio 1 vita imponi potuit, cõtra id 15. q. 1. nec. is 32. 2. ꝓpo q. 1. integritas. 20. q. 3. ꝓsens. cum & nemo crescere & ibi de hoc? Foteste per dicit ꝙ illud verũ de de regula: sed hic ad regulã nihil adiicit: sed modus habitandi fm naturam rei taxatur. [Idem Ioan. Monac.]
Vel dic supra dicta vel in clericis sęcularibus: In religiosis qui velle vel nolle nõ habent, secus, quia illis potest strictior vita indici etiam ex regula fm Innocentium, qui hoc notat de regular. super eo. & hoc probat ista decretalis & clementina eod. tit. ne in agro. Et addequod dixi ℨ. de regulis iuris, quod omnes.

ADDITIO. Et per hęc iuraparet papam circa professos multũ posse in cibis, vestibus, militibus, quæ pius caudunt in bonis fortunæ, recreata tñ natirali sustentatione & substantialib. regulæ. de quibus dicitur. ℨ. eo. cum ad monasterium in fine. In bonis autem naturæ, gratiæ vel gloriæ, nõ est tãta papæ potentia; qđ per ꝙ patet: illa enim Deus eius vices gerit, non transtulit in eum. Io. And.

c ¶ Partibus.) quia varietas locorum iuris varietatem regulariter non inducit. C de tempo. in integrũ restitut. superuacuam. & nota ꝙ dicit mundi: totius enim orbis papa tenet principatum; 2 nona qõe tertia. concta per mũdum, & in prœmio huius libri, cum suis concordantis.

d ¶ [Glo. sequens soluit duo dubia.]

e ¶ Perpetua.] nõ credo. [Idem arch.] ꝙ decretales ista tollat, quin possent, si vellent ad strictiorem religionẽ huiusmodi militarẽ & puritatis causa transire ℨ. de reg. regimen. alterius monasterij possit assumi 3 sup. eo. & ibi de elect. nullus. cum suis concordan. semper enim

f ¶ Honestę.) vnde nec monachi ad eas accedere debent, vel cum eis colloqui: nisi in præsentia abbatissæ per modica verba. 18. q. diffinimus. nec debent esse monasteria duplicia, vt in c seq.

g ¶ Causa.) sicut in medicis, barbitonsoribus, sartoribus, carpentarijs cũ egue rint, & his similibus.

h ¶ Opportunitate.) 18. q. 2. diffinimus.
(Gl. seq qõnẽ de facto ponit, & soluit.)

i ¶ Absq; penuria.) No. non dixit. cõmodenam in quadã qõne de facto opponebat ℨ quasdã Moniales ꝙ earum receptio nõ tenebat qa facultates nõ sufficiebant: & formatus fuerat articulus in hæc verba: intendit ꝓbare, ꝙ ex facultatibus monasterij Sancti Petri non pãt tot commode sustentari. Oppositi ꝙ intentio probata 4 nõ releuabat: qa posset esse ꝙ non possent cõmode: tamen possent absque penuria: iam enim dico ꝙ canonicus Bononien. de cen tũ florenis non posset commode sustentari: & tñ de xxv. sustentaretur absq; penuria. Idem dico de meipso nam in illa cõmoditate inspicitur cõsuetudo regionis, & qualitas personæ: vnde licet nõ possum cõmode sustentari, tñ possũ sine penuria. Penuria enim fm doctores habet in se egestatem, indignitatem, & defectũ necessar orũ. Hoc ergo voluit cõstitutio, ꝙ constitutæ in monasterio nõ Mẽdicantium, non hñent necesse mendicare, ꝙ prer necessarium defectum. Si autem cõsiderato ant quo statu monasteri, & aliis monasteriis ciuitatis non pñt commode sustentari, tñ possunt absque penuria tenebit receptio: hoc em non est: & sic obtinuit.

ADDITIO. Sint ergo cauti qui articulos formant in ponderando verba. & facit quod dicam ℨ. de homi. c. 1. super ver. Christianorum. & c. 2. in prin. & de vsu. c. 2 in prin. Io. And.

k ¶ Sustentari.) de inst. c. 1. & c. auctoritatem. de vita & honest. cleric. quoniam vt ait. in antiq.
(Glossa. sequens recitetur per quæstionem, & ipsius solutionem).

l ¶ Irritum.) hoc speciale dictum videtur in talibus mona-

parat ista quo ad dirimendum matrimonium post cõtractum, quasi quo ad dirimendum prius ℨctum paria non sint: immo disparia rationibus prædictis plura enim prohtendo promittit monachus, quam recipiendo sacrum ordinem clericus.

a ¶ Tacitam.] quæ fit cum maior spõte & sciens recipit habitũ ꝓfessorum, ubi est distinctus. ℨ. eo. ti. ꝓxi c. 1. & cap. constitutionẽ vel cum habitum indistinctum [1] fert per annum, ut ℨ. eo. tit. ca. ex parte. & c. 1. eod. libro.

b ¶ Per sedẽ Apostolicam.] alias enim nõ potest, vt ℨ. de relig. domib. c. vlt. & eo. ti. vnico. inf. eod. lib. Io. And.

[Glo. seq. soluit duas quæstiones.]

c ¶ Approbatis.] ergo si profitet religionem nõ approbatam si postea contrahit, tenet matrimoniũ: ꝙ verum puto etiam si quando profitebatur credebat illã approbatam. & eadem rõne dico ꝙ si recipit quis subdiaconatũ ab eo quẽ credebat epm, sed non erat: si postea contrahat matrimonium, bene tenet: & ita terminauit Barth. Brixensis fm Tanc. in quæstionibus: Quidam ordinatus.

d ¶ Contrahendum.) vt sup. qui cler. vel nouen. rursus. Ioan. And.

e ¶ Debeatur.) ex manifestatione igitur grauius fit peccatum. ad hoc sup. de pẽnit. & remiss. c. 1. de hoc die vt no. 32. q. 4. nemo. 31. dist. clericus solus & sup. de celebr. Missarum de homine.

ADDITIO. Et 19. dist. Anastasius. Archi.

1 Vel distinctũ distinctione latenti, vt in cle de reg. eos q. Io. And.

citam [a] factã alicui de religionibus per sedem Apostolicam [b] approbatis. [c]

¶ Reliqua uero uota & si quandoq; matrimonium impediant contrahẽdũ: [d] & quanto manifestius sunt emissa, tanto propter plurium scandalum & exemplum durior pœnitentia transgressoribus debeatur: [e] non tamen rescinde re possũt matrimonia post contracta.

TITVLVS XVI.

De statu regulariũ.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Moniales tacite uel expresse professa, clausuras monasterij exire non possunt, nec alij ad illas intrare: nisi causa legitima & superioris licentia interueniat, hoc dicit.

CAP. VNIC.

PEriculoso [f] & detestabili quarundã Monialium statui (quę honestatis laxatus habenis [g] & monachali modestia sexusque uerecundia, [h] impudenter abiectis, [i] extra sua monasteria nonnunquam per habitacula sæcularium personarum discurrunt, & frequenter intra † eadem monasteria suspectas admittunt, in illius, cui suam integritatem uoluntate spontanea [k] deuouerunt grauem offensam, [l] in † religionis opprobrium, & scandalum plurimorum) prouidere salubriter cupientes; [a] præsenti constitutione perpetuo irrefragabiliter valitura, sancimus, vniuersas & singulas Moniales præsentes [b] atque futuras, cuiuscunque religionis sint vel ordinis, in quibuslibet mundi partibus [c] existentes, sub ꝑpetua [q] in suis monasterijs debere decetero permanere clausura; ita, quod nulli earum religionem tacite vel expresse professæ, sit vel esse valeat quacunque ratione vel causa (nisi forte tanto & tali morbo euidenter earum aliquam laborare constaret, quod non posset cum alijs absque graui periculo seu scandalo commorari) monasteria ipsa deinceps egrediendi facultas; nullique aliquatenus inhonestæ personæ, nec etiam honestæ [f] (nisi rationabilis & manifesta causa [g] existat, ac de illius ad quem pertinerit speciali licentia) ingressus vel accessus pateat ad easdem; vt sic a publicis & mundanis conspectibus separatæ, omnino seruire Deo valeant liberius, & lasciuiendi opportunitate [h] sublata, eidem corda sua & corpora, in omni sanctimonia diligentius custodire.

¶ In monasterio non Mendicantium tot sorores debent recipi, quot poterunt sine penuria sustentari; & vltra non valet receptio. hoc dicit. Dominicus.

¶ Sane † vt hoc salutare statutorum commodius valeat obseruari, districtius inhibemus, ne in monasterijs ordinum non mendicantium aliquę recipiantur decetero in sorores, nisi quot poterunt de ipsorum monasteriorum bonis siue prouentibus absque penuria [k] sustentari: [k] si secus actum fuerit, irritum [l] decernentes.

¶ Abbatissæ principibus secularibus ad fidelitatis sacramentum præstandum astrictę, si non possunt per procuratorem iurare, personaliter exeundo monasterium iurabunt: absque dilatione ad monasterium redituræ. Dominicus.

¶ Verum quando Abbatissa vel prioriss a cuiusuis monasterij, pro feudo, quod monasteriũ ipsum tenet ab aliquo principi

† Vide cõcilium Trid. sess. 25. tit. de Regularibus. c. 3.

1 Incautũ. n. esset hoc ante ꝓbationẽ opponere ad aduersariũ instituẽdũ. & est si. qđ. dixi de lib. obl. c vlt. in fin. Io. And.

a ¶ Cupientes.] hic incipe constructum.
[Glo. seq. obijcit & dupliciter soluit.]
b ¶ Præsentes.] sed qũo præsentibus Monialib. distrigatio 1 vita imponi potuit, cõtra id 15. q. 1. nec. is 32. 2. ꝓpo q. 1. integritas. 20. q. 3. ꝓsens. cum & nemo crescere & ibi de hoc? Foteste per dicit ꝙ illud verũ de de regula: sed hic ad regulã nihil adiicit: sed modus habitandi fm naturam rei taxatur. [Idem Ioan. Monac.]
Vel dic supra dicta vel in clericis sęcularibus: In religiosis qui velle vel nolle nõ habent, secus, quia illis potest strictior vita indici etiam ex regula fm Innocentium, qui hoc notat de regular. super eo. & hoc probat ista decretalis & clementina eod. tit. ne in agro. Et addequod dixi ℨ. de regulis iuris, quod omnes.

ADDITIO. Et per hęc iuraparet papam circa professos multũ posse in cibis, vestibus, militibus, quæ pius caudunt in bonis fortunæ, recreata tñ natirali sustentatione & substantialib. regulæ. de quibus dicitur. ℨ. eo. cum ad monasterium in fine. In bonis autem naturæ, gratiæ vel gloriæ, nõ est tãta papæ potentia; qđ per ꝙ patet: illa enim Deus eius vices gerit, non transtulit in eum. Io. And.

c ¶ Partibus.) quia varietas locorum iuris varietatem regulariter non inducit. C de tempo. in integrũ restitut. superuacuam. & nota ꝙ dicit mundi: totius enim orbis papa tenet principatum; 2 nona qõne tertia. concta per mũdum, & in prœmio huius libri, cum suis concordantis.

d ¶ [Glo. sequens soluit duo dubia.]

e ¶ Perpetua.] nõ credo. [Idem arch.] ꝙ decretales ista tollat, quin possent, si vellent ad strictiorem religionẽ huiusmodi militarẽ & puritatis causa transire ℨ. de reg. regimen. alterius monasterij possit assumi 3 sup. eo. & ibi de elect. nullus. cum suis concordan. semper enim

f ¶ Honestę.) vnde nec monachi ad eas accedere debent, vel cum eis colloqui: nisi in præsentia abbatissæ per modica verba. 18. q. diffinimus. nec debent esse monasteria duplicia, vt in c seq.

g ¶ Causa.) sicut in medicis, barbitonsoribus, sartoribus, carpentarijs cũ egue rint, & his similibus.

h ¶ Opportunitate.) 18. q. 2. diffinimus.
(Gl. seq qõnẽ de facto ponit, & soluit.)

i ¶ Absq; penuria.) No. non dixit. cõmodenam in quadã qõne de facto opponebat ℨ quasdã Moniales ꝙ earum receptio nõ tenebat qa facultates nõ sufficiebant: & formatus fuerat articulus in hæc verba: intendit ꝓbare, ꝙ ex facultatibus monasterij Sancti Petri non pãt tot commode sustentari. Oppositi ꝙ intentio probata 4 nõ releuabat: qa posset esse ꝙ non possent cõmode: tamen possent absque penuria: iam enim dico ꝙ canonicus Bononien. de cen tũ florenis non posset commode sustentari: & tñ de xxv. sustentaretur absq; penuria. Idem dico de meipso nam in illa cõmoditate inspicitur cõsuetudo regionis, & qualitas personæ: vnde licet nõ possum cõmode sustentari, tñ possũ sine penuria. Penuria enim fm doctores habet in se egestatem, indignitatem, & defectũ necessar orũ. Hoc ergo voluit cõstitutio, ꝙ constitutæ in monasterio nõ Mẽdicantium, non hñent necesse mendicare, ꝙ prer necessarium defectum. Si autem cõsiderato ant quo statu monasteri, & aliis monasteriis ciuitatis non pñt commode sustentari, tñ possunt absque penuria tenebit receptio: hoc em non est: & sic obtinuit.

ADDITIO. Sint ergo cauti qui articulos formant in ponderando verba. & facit quod dicam ℨ. de homi. c. 1. super ver. Christianorum. & c. 2. in prin. & de vsu. c. 2 in prin. Io. And.

k ¶ Sustentari.) de inst. c. 1. & c. auctoritatem. de vita & honest. cleric. quoniam vt ait. in antiq.
(Glossa. sequens recitetur per quæstionem, & ipsius solutionem).

l ¶ Irritum.) hoc speciale dictum videtur in talibus mona-

DE STATV REGVLARIVM.

¶ Dictum fuit sup. de religiosis & monachis: verum quia posset aliquis dubitare de eorũ statu & uita: iõ ad nos informandum ponit Rom. Pontifex titulũ de statu monachorum. Helias.

PEriculoso. CASVS. Quidam constitutus in præsentia Bonifacii octaui, qũiuit ab eo dẽ, Sãctissime pater, vellem a vobis informari in quo statu debeant viuere Moniales? Rñdet Rom. Pontifex, ꝙ cum sit inhonestũ & multũ periculosũ, ꝙ mulieres admittãt in monasteriis suis viros: statuit ꝙ decetero Moniales maneãt sub ꝑpetua clausura, & nõ recipiant viros in suis monasteriis, ẽt si sint vir. religiosi, ℨ quos nõ est ꝑsumptio, & deputat executores, & qua auctoritate fiat clausura. Etiam statuit ꝙ si Moniales debeãt facere homagiũ, ꝙ illud faciãt ꝑ ꝓcuratorem si possit fieri: sed si dñs nolit eas recipere per procuratorẽ, dẽnt ire ad ipsũ dñm in decẽti comitiua; & facto homagio dẽnt redire ad monasteria. Bonis siue ꝓuentibus ne Moniales habeant occasionẽ exeũdi monasteria, nõ dẽnt in monasterio suo recipi aliquæ Moniales, nisi quot possint viuere ex redditibus & ꝓuẽtibus ipsi' monasterii: & si recipiãtur vltra, nõ tenet receptio: licet sit secus in monasteriis virorum: quia licet etiam non deberent recipi viri: nisi quot possent viuere ex redditibus monasterii, tñ si recipiatur, tenet receptio: quia in illis cessat ratio, de qua hoc capitulo. Porro ne Moniales. In aliquibus partib. erat talis consuetudo, ꝙ ꝑ quas in causa sua vel suæ ecclesiæ tenebatur litigare ꝑ se vel per ꝓcuratorẽ, cõtitutũ apud acta cord iudice: & quod veniret semel in eã persõnaliter coram iudice, vnde ne detur Monialib. occasio vagãdi, papa deprecatur iudices laicos, & dominos tẽporales, vt ipsi admittant ꝓcuratores Monialiũ, licet nõ fuerint constituti apud acta, sed intra monasteria. Diuini iudicij. Et sic executores negligẽtes peccant mortaliter, hoc hẽnt ista verba, obtestatione diuini iudicii, & interminatione maledictionis æterne. Ordinario inter subiectis. Nota ꝙ archiepiscopi & Primates sunt executores huius cõstitutionis & iõ Moniales sibi subiactas & nõ exẽptas poterunt cõpellere sub auctoritate

ordinaria: sed Moniales exemptas ꝙpellent auctoritate Apostolica sibi cõmissa per istud capitulũ. Nota ꝙ corrũpens Monialem ꝓfessam dr grauem offensam in capitulo Deo, & religioni opprobrium. vide textũ in capitulo nec aliqua 27. q. 1. Nota ꝙ etiã legitima cauła subsistente, non est licitum ingredi monasteria Monialiũ sine speciali licentia superioris. Dominicus.

(Prima glossa diuidit & summat.)

f ¶ Periculoso.] in quatuor partes diuido hanc decretalem. 2 In quarũ prima quæ durat vsq ad ℨ sane. ponit causam constitutionis, & constitutionem de clausura monialium. In secũda præcipit ultra facultates monasteriorum non Mendicantium nullam recipi, & cõtra factũ irritum decernit, vsq. ad ℨ verum. In tertia prouidet quid iuris quando Moniales habent facere fidelitatem vel homagiũ ꝑalibus vel sæcularibus dominis, & quãdo in ecclesiastico, vel sæculari foro eam sas habent, & hoc vsq. ad ℨ. & qm. in quarta facit ordinatios executores huius iuris de clausura, etiam quo ad exempta monasteria, ꝓtestando ꝙ per hoc in ipsis exemptis quo ad alia nihil iurisdictionis sibi vẽdicet. ADDITIO. Et vt infra dicit glo. præmitte hic litteram illam, cupientes, salubriter prouidere. Et Archi. exponi, piculoso, pnicioso, detestabili, execrabili. Io. And.

g ¶ Laxatis habenis.) similitudinarie ad equum, qui laxatis habenis currit quo vult. de homici. dilectus in antiq.

h ¶ Verecundia.] 30. q. 5. nec illud. & 33. quæst. 5. hæc imago.

i ¶ Abiectis.] sic sup. eo. lib. de elect. c. quorundam.

K ¶ Spontanea.) alias non obligarentur, vt 20. q. 3. ꝓsens clericus. sup. de regula. cum nirum. in fine.

l ¶ Offensam.) 27. q. 1. nec aliqua.

¶ Cu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Receptio monachorū facta vltra facultates quętus an valeat.

monasteriis fęminarum: secus puto in monasteriis virorum. [Idem Ioan. Monac. & Archid.] licet enim & in illis vltra quam sustentari possunt, recipi non debeant: si tamen fuerint recepti, tenebit, quia & hominum cœtibus se immiscere, & sibi vitæ necessaria acquirere possunt de confecra. dist. 5. nunquam.

ADDITIO. Bene facit quod no. 18. dist. cap. pen. Et facit ille §. per Ioan. de Deo, qui lib. 3. q. 10 tenuit q̄ si virgines dicētes se meretrices irrigediuntur monasterijs institutum ad rec piēdas solas meretrices pœnitentes & monachas, non tenet receptio nec ibi saluari fraude dicte: qua reuelata inde debent expelli. Ioann. And.

a ¶Domino tēporali.] in ecclesiastico non secus: quia ille de necessitate illas per procuratorem ad hoc faciendum admittere debent, infra eod. §. episcopus.

[Glo. seq signat cōtrarium & soluit.]

b ¶Homagium.] cōtra. §. de reg. iur. c vlt. Sol. pro spiritalib. nō prætat homagiū: qa illud est de simonia. §. de simonia, ex dilegenti. sed pro temporalibus iurisdōmib. vel similibus bene p̄statur: & sic intelligit hoc. ad hoc. 18. dist. si episcopus. & §. eo. lib. de appel. Romana §. deber. in Auth. quomodo oport. episcopos. §. illud. col. 5.

c ¶Prętlec.] & sic iuratur per procuratorem vt 63. dist. ibi domino vbi de hoc.

d ¶eum]dominum temporalem.

e ¶Societate.] habebit secū duas vel plures ex antiquis monachabus, & capellanos sues, & incedat hone ste. Io. And.

ADDITIO. Abbatissa igitur non exeat sine societate; Valet enim societas ad suspicionem tollendā. 18. q. 2. diffinimus i fine. & 34. dist. fra tenitatis vide quod dixi post Hierony. de præsump. cum in iuuentute post princ. Sicut & ad informationem morum 12. q. 2. cap. 1. poterit & secum

Societas tollit suspicionē, & mores iformat.

pe seu domino tēporali, [a] sibi debebit homagium, [b] vel fidelitatis sacramentum præstare (nisi quod per procuratorem illud præstet, [c] possit efficere apud eum [d]) de monasterio cum honesta & decenti societate [e] exire poterit eo casu licenter; homagio facto, quam primum cōmode poterit, seu fidelitatis pręstito sacro ad ipsum monasteriū e vestigio [f] reuersura: sic q̄ in fraudē [g] residentię, siue motę claustralis, nihil fiat omnino.

¶Compelluntur domini tēporales per censuram ecclesiasticam, vt in suis curijs admittant abbatissas per procuratores litigare; Ecclesiastici vero in temporalibus & spiritualibus earum procuratores admittere debent. Dom.

¶ Porro ne Moniales cām seu occasionem habeant euagandi, principes sęculares, ac alios dominos temporales rogamus, requirimus & obsecramus † per viscera misericordię IESV CHRISTI, eisdem in remissionem peccaminum nihilominus suadentes, quod abbatissas ipsas, & Priorissas, ac Moniales quoscunque monasteriorum suorum curam, administrationem, negotiave gerentes, quibuscunque nominibus censeantur, per procuratores in suis tribunalibus, seu curijs litigare permittant: ne pro constituendis procuratoribus (qui atornati in aliquibus partibus [h] nuncupantur) seu alijs huiusmodi, easdem oporteat euagari. Si qui vero contra præsumpserit, exhortatione huiusmodi rationabili atque sanctæ obtemperare nolente: cum sit iuri contrarium, q̄ mulieres (præsertim religiosæ) pes se ipsas litigare cogantur, & a via deuiet honestatis, & periculum animarum inducat, [i] ad hoc per suos ordinarios ecclesiasticos censura ecclesiastica compellantur. Episcopis autem alijs & prælatis superioribus & inferioribus quibuscunq; iniungimus, q̄ & ipsi causas, seu negotia, quæ præfatæ Moniales habebunt agere coram ipsis, aut in curijs eorundem; siue sint homagia, fidelitatis sacramenta, lites, vel quicquid aliud, ipsa per procuratores earum fieri faciant, & tractari. [k]

†No. Do. & vbi. q̄ verba rogatiua in materia p̄cepti fiāt præceptiue gl. 11. no. 11. ag. C. de trāfactio. de quo vide Tiraq. tra. de pœnis tēperādis aut remit ten. cā 35.

¶Ordinarij, locorum in subiectis monasterijs propria, in exemptis Apostolica auctoritate clausuram procurare debent, nec est propter hoc in alijs casibus iurisdictio in exēptos eis attributa. hoc dicit. Dominicus.

¶Et quoniam parū esset condere iura, nisi essent qui ea executioni debitæ demandarent, [l] Patriarchis, [m] Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis vniuersis districte in virtute sanctæ obedientiæ,

habere suum spiritualem partem. 18. q. 1. in decima. Archid.

(¶Euestigio.) i. statim vel contiuno.

ADDITIO. Idem verbum ff. de nego gest. diuortio. post prin. Io. And.

(Glo. seq. recitetur per quęstionem de ratione diuersitatis quā soluit.)

g ¶Fraudem.) sic ff. eo. li. de iud. mulieres. Sed ibi pœna excōcationis imponitur: hic non: forte ratio fuit iudicialis auctoritas, propter quam ibi magis delinquit. h ¶Partibus]Anglicorū. & Normannorū. Et volebāt forte q̄ licet possent g procuratorē agere, tñ ille haberēt constitutore in præsentia iudicis, & releuare & cauere Ioan. And.

i ¶Inducat.] metitio igitur potuit papa sua per hoc legem dare. ad idē §. ff. eod. de foro competenti. ca. vl. & de iureiuran. licet. infra de sentent. excommunica. decernimus. Ioan. And.

[Glo sequens obijcit & solvit.]

k ¶Tractari.] sed nō ne hoc est ius cōe omnium mulierum, q̄ personaliter non tractantur ad iudicium supra eo. lib. de iudi mulieres. sic q̄ non trahantur inuitæ: Sed istæ non debent etiam volentes tractari, vt ibi, in §. caterum. & hic

l ¶Demandarent.] Nam ff. eo. li. de elect. vbi pe. §. præterea. & ff. de orig. iur. l. 2. §. post originem. m ¶Patriarchis primatibus.] ista sunt nomina diuersa, tamen idem est officium.

ADDITIO. Archa. tis hic instat in his repetēs quod legit. &no. 23. dist. clericos. post prin. dicit autem q̄ de illis patriarchis loquitur hic, de gu. fu. de primat. antiqua de primatibus aūt habetur 18. dist. ca. 75. dist. de persona. 3. q. 6. hæc quippe. 8. q. 4. sicut inter. 24. q. 4. dicat. fi. de dilat. c. fin.

excellentiam. de maiori. & obed. cap. fi. de dilat. c. fin. in antiq. Io. And.

a ¶Spa

a ¶Sua.] auctoritate: quod est ff. Io. And.

b ¶Clausura.] faciendā quod est inf. Io. And.

c ¶Sęcularis.] 23. q. 5. prodest. & exhibebitur non ad præiudicandum, sed ad quæ Deo sunt placita exequendum. §. de offi. ord. 1. in antiq. & possunt ad hoc compelli. 24. q. 3. ad-ministratores.

d ¶per hoc.] protestatio quędā, simile §. eo. lib. de ele. vbi periculum §. præterea. & sup. de her. ad abolendam. in fi. saluo eo quod habes in clem. eo. tit. attendentes, in princ. Io. And.

DE RELIGIOsis domibus.

¶Dictum fuit sup. per discursum tutorum præcedentium de regular. b. & religiosis, qualiter obligant religioni per tacitā vel expressā professionem, & de eorū statu. Nunc videndū est de ipsorum domibus: & ad nos inforbus: & ad nos informandum ponitur titulus de religiosis domibus. Religionū.) Istud e. diuidit i quatuor partes: in prima parte Romanus pontifex retinens ius antiquum & ordines Mendicantes non confirmatos per Papam inquantū processerunt de facto, reuocat. In secunda parte, ibi, confirmatos: prouidet de ordinibus approbatis quod professores eorum possunt remanere loca nō vendendo, nec aliquid innouando. Tertio ibi, Sane. dicit q̄ ista p̄ non extendatur ad Mendicantes, qui præcesserunt concilium. In quarta parte quæ incipit ibi, Ad hæc. cōcedit personis ad quas ita constitutio extenditur, vt possint transire ad ordines approbatos. Cum ex multitudine & diuersitate religionum, quæ diuersitas erat tam in modo viuendi, quam in diuersis habitibus, emanauit concilium generale, quod approbauit certos ordines, & reliquos reprobauit, postea quidam de nouo inuenerunt nouos ordines, & quidam a papa obtinuerunt approbationem illorum ordinum, & alij non obtinuerunt: Vnde Papa statuit, vt illi ordines qui habuerunt approbationem Apostolicam, q̄ professores in illis ordinibus remanerent quandiu viuerent, sed q̄ nullum de nouo reciperent ad professionem: & sic illis professoribus mortuis, esset extincta illa religio. Vlterius Papa statuit, quod isti non possent noua loca acquirere, nec alienare loca acquisita, sed bona eorum reseruauit

Continuatio dñi.

CASVS. Cum ex multitudine & diuersitate religionum, quæ diuersitas erat tam in modo viuendi, quam in diuersis habitibus, emanauit concilium generale, quod approbauit certos ordines, & reliquos reprobauit; postea quidam de nouo inuenerunt nouos ordines, & quidam a papa obtinuerunt approbationem illorum ordinum, & alij non obtinuerunt: Vnde Papa statuit, vt illi ordines qui habuerunt approbationem Apostolicam, q̄ professores in illis ordinibus remanerent quandiu viuerent, sed q̄ nullum de nouo reciperent ad professionem: & sic illis professoribus mortuis, esset extincta illa religio. Vlterius Papa statuit, quod isti non possent noua loca acquirere, nec alienare loca acquisita, sed bona eorum reseruauit Papa suæ dispositioni. Circa vero alios ordines nō approbatos & inuentos de nouo post concilium, statuit papa q̄ professi non maneant in illo ordine: sed papa dat ais licentiam, vt possint transire ad aliam religionem etiam laxiorem, & voluit papa, quod ista constitutio nō comprehenderet Prædicatores, & Minores, Carmelitas, & Augustinenses: sed vult Papa, q̄ illi possint noua loca acquirere; nā longe ante istam conitonem Prædicatores, Minores, Eremitæ, & Carmelite obtinuerant confirmationes suarum religionum; sed erāt alij Mendicantes, qui de noua inuenerant nouū ordinē, & nondū obtinuerāt approbationē a sede Apostolica: vnde isti q̄ erāt recepti ad istos nouos ordines, nō habebant facultatē recipiendi aliquē ad sepulturā, nec prædicādi publice No. primo q̄ diuersitas religionum inducit confusionem No. secundo, q̄ propter importunitatem petentium, q̄nque conceduntur nō concedenda. concor. sunt in glos. & pondera text. quia talis concessio non videt libera, sed extorta: quod no. pro statutis q̄ requiruntur liberā concessionem: quia ista non videtur esse libera. Dominicus.

(prima glo. diuidit & summat.) e Religionū. In prima parte repetēs ius antiquum, ordines Mēdicātes inuentos post concilium non confirmatos per ipsum, inquātū processunt de facto reuocat. In secunda parte q̄ incipit ibi, Confirmatos; de approbatis prouidet, q̄ p̄fessores illorum possint in ipsis remanere nullum ad p̄fessionem recipiendo, loca noua non emendo, & vetera non vendendo sine licentia Apostolicę sedis. irritans contra factū, & excōicans facientes contrarium. In terria parte quę incipit ibi. Sane. constitutionem dicit ad prædicatores & Minores nō extendi p̄ euidentem vtilitatem ipsorum: nec ad Carmelitas vel Eremitas, quia concilio processerunt. In quarta parte q̄ incipit ibi, Ad hęc. concedit personis singularibus ordinum, ad quos constitutio extenditur, vt possint transire ad ordines approbatos: sed non conuentus ad conuentum sine licentia papæ. Io. And.

f ¶Nimiam.) pene nil immensum bonum. Auth. ut determinatus sit nu. cle. in colla. 1. nec ip multitudi-ne sacrificiorum propriatur Deus. 14. q. 5. scriptum. de consec. dist. 5. nō mediocriter. Et melius est pau-cos bonos, quam multos malos habere ministros sup. de ęta. & qual. c. pen. ad idem §. eo. lib. de rescrip. cap. 2. cum suis concord. Io. And.

a ¶Con-

Tit. XVII.

TITVLVS XVII.

De religiosis domibus.

¶Gregorius decimus in concilio g̃ generali Lugdunen.

¶Non licet nouum ordinem vel religionem aut habitum nouæ religionis creare & assumere, Et reuocati sunt ordines Mendicantium per Papam non approbati, creati post concilium Dominicus.

CAP. VNIC.

Religionū [c] diuersitatē nimiā, [f] ne cōfusionē induceret, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo; inuocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis. [c] Per hoc [d] aūt in monasterijs exemptis ordinarij locorum, quo ad alia, nullā sibi credant iurisdōnem, vel potestatem aliquatenus attributam.

sub obtestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ præcipiendo mandamus, quatenus eorum quilibet in ciuitate ac diœcesi propria, in monasterijs Monialium sibi ordinario iure subiectis sua, [a] in ijs vero quæ ad Romanam immediatate spectant Ecclesiam sedis Apostolicæ auctoritate: Abbates vero & alij tam exempti quam non exempti prælati ecclesiarum, monasteriorum, & ordinum quoruncunque in monasterijs huiusmodi sibi subiectis, de clausura [b] conuenienti vbi non est, ipsorum monasteriorum expensis, & fideliū eleemosynis, quas ad hoc procurent diligentius facienda, & de ipsis Monialibus includēdis quam primum commode poterunt prouidere procurent: si diuinę, ac nostrę indignationis voluerint acrimoniam euitare: contradictores atque rebelles

1 Gar. faciens sex partes, (prima glo. diuidit & summat.) hoc solū ponit pro prima, & tertiā. diuidit in Mēdicātes inuentos duas. Sed clericus pisanus & I. Mon. faciunt quinq; & diuidunt so. ū tertiā in duas in prima cōtem. cum glos. sed Boa. facit septē partes: de seūda. n fa. cit tres, ibi, si ue ro, & ibi, ponis. & duas de tertia, vt s. Io. And.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Concilium.] ℨ. eo. tit. c. vlt.
b ¶ Importuna.] ℨ. eo. lib. de reſcrip. c. vlt. de cõceſ. præben. deteſtanda. de pæn. dist. 1. importuna. in Auth. vt differt. iud. in principio, &c.
c ¶ Præſumptuoſa.] teus. n. violatæ legis hȳ, qui ℨ legem ausus fuerit ſperare quod licitũ non eſt. C. de peti. bõ. ſub. dit. in princ. lib. 10. ℨ legem autem eſt abſque licentia principis nouum ordinem vel collegium instituere, vt in ꝓdicto x. & ℨ. eo. c. vlt. ff. de col. illic. li. & 3.
d ¶ Repetita.] ſic C. de epiſ. & cleri. repeti ta. C. de emẽ. Iuſt. C. l. 1. in medio.
e ¶ Habitum.) hoc in telige in pluribus ſi mul in eodẽ collegio habitantib. & eandẽ religionem ꝓfitentibus: alias ſingularis perſona ſectas nõ in ueniens, & ſeorſum habitãs, nouũ habitũ inducere ſibi poſſet. 41. dist. parſimoniam.
f ¶ Affatim] ideſt generaliter (Alleg. Gui. 23. dist. præterea in fi. & hymnũ, Primo die rum omnium. & ſũme Deus clementiæ. Eius ſignificatio patet in his verſibus.

Si dicas affatim, tũc ſignificabis abũde
Affatim dicẽs, ſa cunde ſignificabis.

ADDITIO. Dãt deriuatores ꝙ primũ debet ſcribi per vnũ f & vltima littera. n. ſecũdum per duplex. ff. & vltima l tteram. & addunt verſum.

(Eſt à fatos prii caput. affatus q; ſed i. Io. An. g ¶ Mendicãtes.) reprobatur mẽdicitas. 93. dist. diaconi vlt. li cet paupertas 2 nõ ſit de genere malorum. 15. q. 1. illa in fi.

h ¶ proceſſerant.) de facto.

i ¶ Profeſſio.) ideſt religio vel regula q̃ profitentur. vnde quod ſequitur, venit expoſitiue: & hæc iunt reperire in Monialibus prædicatoribus. s. de exceſ. prela. nimis 2.

K ¶ Publicum.) ideſt, publice faciendum. ad idẽ C. de men. vali. l. vni. a. li. 11. habent igit eleemoſynas quærere vnde viuãt quia certos redditus vel poſſeſſiones non habent, vnde ſequitur incerta mendicitas.

l ¶ Subſiſtere.) Alias ſubſidere.

m ¶ Si velint.) quaſi ad religionem aliam tranſire poterunt, ut in fi. c. dicitur, ad ſæculũ non poterunt redire ſm Gul. ad hoc ſup. t. 12. non ſolum & c. conſtitutionem.

† Cõciliũ Lateranẽſe ſub Inno. iij. ca. 13.

† al. vitauit.

1 An aũt ſcribẽdo tali tamq̃ collegio videat illud approbare vide Felinũ in Rubrica proœmii Gregoriani.

† In antiquiorib. còdicib. vt plurimũ legitẽ ita: Curctos affatim religioſos, & ordines Mẽdicantium, &c.

† al. præſſerunt.

2 Qualiter paupertas ſit bona, vel mala vi de Beatũ Tho. lib. 3. contra Gentiles cap. 133.

generale concilium [a] † conſulta prohibitione vetauit. † Sed quia non ſolum importuna [b] petentium inhiatio illarũ poſt modum multiplicationẽ extorſit, verum etiam aliquorum præſumptuoſa [c] temeritas diuerſorum ordinum præcipue Mendicantium (quorum non dum approbationis meruere principium) effrænatam quaſi multitudinem adinuenit, reperita [d] conſtitutione diſtrictius inhibentes, ne aliquis de cætero nouum ordinem, aut religionem adinueniat, vel habitum [e] nouæ religionis aſſumat: Cunctas † affatim [f] religiones & ordines Mendicantes [g] poſt dictum concilium adinuentos, qui nullam confirmationẽ ſedis Apoſtolicæ meruerunt, perpetuę prohibitioni ſubijcimus, & quatenus proceſſerant, † [h] reuocamus.

¶ Religioſi Mẽdicantes per Papam poſt concilium approbati & inſtituti, non poſſunt aliquem ad profeſſionem recipere, domum vel locum de nouo acquirere, nec acquiſita ſine licentia alienare, nec extraneis prædicare, confeſſiones eorum audire, vel ad ſepultu

n ¶ profeſſionem.) hic habes quòd Papa per ſuã prohibitionem poteſt inualidare profeſſionem factam in religione, vide Hoſti. de regular. quia in inſulis. in antiq. Domi.

o ¶ Admittant.] & ſic deſinent in ſeipſis. in Auth. vt determ. nu. cler. ℨ. iuncimus igitur. colla. 1.

ADDITIO. Allega. etiam Gul. in Authẽ ti. colla. 3. de mandã. ordi. cle. ℨ. ſancimus. Qui dicit, qd̃ nec eccleſia videat ſaqueũ inieciſſe. ex quo fuerant confirmati, omnes in vnũ ordinem conſtari debuiſſent, vt ſic non externina ret quod fecerat: ſubdit quod alias factũ fuit: puto qd̃ loquat de ordine Eremitarum Sancti Auguſtini, qui ex pluribus ordinib. factus fuit. Io. And.

(Gloſſ. ſeq. ſoluit duo dubia.

p ¶ Domum.) veterem eccleſiã bene poterunt reficere. ſupra de ludę. capit. ſudat & capit. conſuluit. & ſi legetur eis domus vt vendant, bene poterunt recipere, ſi ex eleemoſynis enim viuere debent: quia ex quo non debet apud eos remanere, non dicitur ad eos venire. ſe, qa non eſt verſum, &c. ff. de in rem verſ. ſi pro parte [ℨ. verſum. ad idem iura de verbo ſignam & ego] ſm Gul. & Gar.

ADDITIO. Vide qd̃ ipſe Gul. no gñaliter de Mendicantibus in Spec. eo tit. ℨ. 1. ver. 3. & ver. 4. & quod ſcripſi poſt Inno. & Hoſt. de proba. in præſentia. ſuper ver. minor annis. & de hoc poſt Cynũ C. de epi. & cle. l. Deo nobis. in vlt q. de fratribus Minoꝝ.

q ¶ Loca.] profana: de aliis non erat dubium. ſupra de rerum permut mancipia. Inſtit. de rerum diui. ℨ. ſacra.

r ¶ Ordinarios.) nec ordinarij hoc poterunt ſine ſpeciali papæ mandato vel licentia per id ꝙ ſup. dixi in tex. ibi, diſpoſitioni ſedis apoſtolicæ.

[Gloſſa ſequens recitetur per quæſt. & duplicem ſolutionem.]

ſ ¶ Receptio.) quo ad recipientẽ, ſed forte ſic quo ad receptũ, vt aliã taxiorẽ ingredi deãt ad hoc. ℨ. 1. 2. nõ

bus dic. vt in conſtit. Nicolai, Exijt ℨ. ad hæc cum fratres. de verb. ſig. lib. 6. & in cle. exiui. eo. tit. ℨ. cupientes. Io. And.

ſolum

ſolum arg. contra de reb. eccle. non alie. eo. lib. c. hoc conſultiſſimo ℨ. contractus. Vel dic, ꝙ ſi hunc tm̃ ordinem intendebat profiteri, non eſt obligatus, alias ſic: credereturne ei, qa non eſt veriſimile ꝙ ſit immemor ſalutis ſuæ. 1. q. 7. ſancimus. ſecundum Guli.

ADDITIO. Et remittit ad Spe. de ſtatu. mo. ver. 19 & ver. 40. Archi. alleg. ꝙ Deus non patitur teſtrogat. 14 q. 5. ſi quid. & decr. cũ vo luntate. ſup. de ſent. excom. Io. and.

(Gio. ſeq recit. per q. in qua alleg. pro & contra.)

a ¶ Cæterorumque.] ſatis vꝫ ꝙ tantum de mobilib. deberet intelligi: quia talia de bẽ eſſe ſubiecta, qua lis prædicata permit tunt. de fide inſtr. in tales partes in ſubſtõ ne ſeri intelligũtur quales in inſtõe prę ceſſerunt inſtitut. de vulg. & pup. ſubſt. ℨ. ſi ex diſparibus & permiſſo eis manere in ordine. & ea ſine quibus ibi eſſe non poſſunt. : Cum aũt interdicatur eis officium prædicandi, & reliqua vt ſequitur, a quo viuent, niſi in terdũ ornamenta & libros & familia ven dantur ℨ. ſi vero: qa verbũ cæterorũ, oia comprehendit ff. de verb. ſignif. l. cæterorum. & per verbũ, ceters, in omnibus ſit inſtitutio hæredis. ſu pra de teſtam. c. Raynutius. Item verbum loci, comprehendit immobilia. ff. de verb. ſig. locus, ad quid ſequitur cæterorum, ſi immobilia etiam ſola comprehenderet? Et præterea poſſunt ſibi prouidere ordinem exeundo, ſecundum Guli. neceſſaria fuiſſet declaratio: quod not. 26 dicti. deinde in prima gl. & ff. de procur. non ſolum. ℨ. quæ ritur. Io. And.

ADDITIO. Quod verbum, cæterorum, comprehendat omnia, placet Archid qui etiam allegat quinquageſimam dict. ut conſtituerent. & quod ibi not. de pę. dist. adhuc perfidi. inſtant. ver. quem enim peccatorem. 15. q. 4. c. 1.

b ¶ ſepulturam.] prædicare 2 in aliena parochia non licet, niſi licentia habita a rectore. de hæret. cum ex officio. in antiq. abſoluere alienum parochianum non licet ſine proprii ſacerdotis licentia. ſupra de pæn. & remiſſ. omnis. nec ipſum ad ſepulturam admitte re niſi elegerit: & tunc parochiali relinquetur canonica. ſup. de ſepul. c. 1. interſe autem iſta omnia potuerunt exercere. cũ littera hic dicat, quo ad extraneos. Si ergo iſta habebant priuilegium, vt quoslibet poſſet ad ſepulturam admittere, illud ceſſat, &c.

ADDITIO. Quod probat littera, omnino. Io. And.

nec domorum uel locorum acquiſitio, aut ipſorũ, cæterorumq. [a] bonorum alienatio valeat: & nihilominus contrarium facientes ſententiam excommunicationis incurrant. Perſonis quoque ipſorum ordinum omnino interdicimus quo ad extraneos, prędicationis & audiendæ confeſſionis officium, aut † etiam ſepulturam. [k]

¶ Renocatio ordinum Mendicantium, Prædicatores, Minores, Eremitanos et Carmelitas non comprehendit h d Dominicus.

¶ Sane ad Prædicatorum, & Minorum ordines [c] (quos etidens ex eis utilitas eccleſiæ uniuerſali prouenies perhibet approbatos) præſentem non patimur conſtitutionem extendi. Cæterum Eremitarum ſancti Auguſtini & Carmelitarum ordines, quorum inſtitutio dictum concilium generale prœceſſit, [d] in ſolido [e] ſtatu uolumus permanere.

c ¶ Ordines.] per hoc duos ordines fides illuminata eſt: & dicitur eccleſia exaltata, de exceſ. pręla. nimis.

ADDITIO. In qua ſcilicet eccleſia iſti duo ordines proficiunt, verbo, opere, & exemplo ſm Gar. facit ſup. de vo. c. fi. Io. And.

¶ Exiſtens de ordinibus reuocatis, non collegialiter, ſed ſingulariter ad alios ordines trãſire poteſt hoc dicit Dominicus.

¶ Ad hæc [f] perſonis ordinum, ad quos conſtitutio præſens extenditur, tranſeundi ad reliquos ordines approbatos licentiam concedimus generalem: ita ꝙ nullus ordo ad alium, uel conuentus ad conuentum ſe ac loca ſua totaliter ℨ trãſferat, † ſedis eiusdem ſuper hoc permiſſione ſpecialiter non obtenta.

TITVLVS XVIII.

De capellis monachorum.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Inſtituti in eccleſijs monachorum ad curam populi per epiſcopũ ad ipſorum præſentationem, per eundem (ſi cauſa ſubſit) ſunt deſtituendi. hoc dicit. Domini cus.

PC. VNIC. PRESBYTE-

d ¶ præceſſit.] vnde tangi non debent, cũ concilium, ne nimia futura reſpiciat. ibi, ne quis de cetero in textu. ſup.

e ¶ In ſolido.] alias ſolito: & hoc detrahit Bonifacius de cõcilio Gregorii: ſic. n. dicebat littera, I ſuo ſtatu volum̃ manere, donec de ipſis fuerit ordinatum: intendimus ſi quidem tã de illis q̃ de reliquis ẽt non Mendicãtib. ordinibus, prout alarum ſaluti, & eorum ſtatui expedire videbim̃, prouidere. hoc eſt deciſũ & dicebatur ꝙ Gregorius volebat aliquẽ Mendicantiũ dimittere, niſi Prædicatores & Minores: de nõ Mẽdicãtibus tres, Ciſterciẽ. & ordinem Nigrorum, & de Templarijs & Hoſpitalarijs vnũ ordinem facere.

† al trans ferant.

f ¶ Ad hæc.] ideſt præter hæc.

ADDITIO. ſic 32. dist. ad hęc. alibi exponitur, i ℨ hæc. 14. q. 1. ℨ. ad hæc alibi, i. circa hæc. 16. q. 3 ℨ. poteſt. ad finem. ver. ad hæc. Arch. Io. An.

g ¶ Totaliter] not. nõ idem in toto quo ad totũ ; qđ in parte quo ad partẽ: totus ergo ordo ſacrorum vel cõuentus ipſius ordinis ad aliũ ordinem vel conuentum ſe tranferre non poterit.

ADDITIO. Not & Gul. licere ſingulariter, quod non licet vniuerſaliter. alleg. ad idem ff. de rebus dubiis. cum ſenatus C de Iudæis. l. 1 Io. And.

DE CAPELLIS MONACHORVM.

¶ Dictũ fuit p diſcurſum titulorũ præcedentiũ de religioſis & eorum domib. nunc videndum eſt de eorum capellis: ideo ponitur titulus, de capellis monachorum.

Cõtinuatio dñi Hę liæ.

PResbyteri qui.] ponit dictum, cuius rationẽ interferitibi; Cum debemus.

CASVS. ponamus ꝙ abbas S. Cypriani habet aliquas eccleſias ſibi donatas per epiſcopum dictauen. cum conſenſu ſui capituli, & illæ capellæ ſiue eccleſiæ ſunt ipſi abbati ſubiectæ pleno iure, non tamen ad inſtitutionem: quia inſtitutio pertinet ad epiſcopum: & hoc loquendo de inſtitutione auctoriz abili reſpectu curæ, vt ponamus quòd abbas habet inſtitutionem tituli collatiuam, tamen pro commiſſione curæ neceſſe eſt quòd inſtitutus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ADDITIO. Talis cui militaria detrahũtur insignia est infamis, etiam si non ex primaï causa, ex qua exauctoratur, secus si simpliciter mitteret, vt ibi. Io And.

f ¶ Spectans.] super quo vide 24 dist. episcopus. cum c seq.

ADDITIO. Ioan. Mon. & Arch. remittunt ad quartum sen. dist. 24. & ad librum pœnitentialem, quem allegare licet, vt scripsi de ser. non ord. consul. uit. Io. And.

g ¶ In eodem.] Ita faciunt monachi: apostatæ. faciunt. n. sein totum tondere, ne appareant vestigia monachatus.

[Glossa seq. offendit quæ epi approbata, & quæ reprobata: secundo arg. ad opin. & contra opin.]

h ¶ Priuilegio clericali.] Approbata ẽ igitur opinio Alani & Bar. Brix. & reprobata opinio Hug. Io. & Be. qui dixerunt, q̃ percutiens degradatum incidit in canonem propter characterẽ, quẽ ille retinet: & in memoriam ẽt priſſing dignitatis. ff. d decl. vl. de consec. dist. 1 ostenditur. no. autem hoc 50. distin accedens. & 54. dist. ca. 2. 81 dist. dictum. 5. de hære. ad abolendam §. 1. sup. de sen. excom. contingit. quę opinio adhuc tẽ est vera in vendicta deposito, de quo loquitur principium, & in actualiter degra dato habeat locum iste finis: sicut & in ipsorũ restitutione est distinctio inter eos, ut no. 2. quæst. 6. ideo facit etiam hæc littera pro opinione Bart. Brix. no. nona quæst. prima in summa. & contra opinionem Lau. ala. Tan. Ioan. ibi positam; & contra opinionem Lau. ala. Tan. & Ber.

a Alex. remittit ad id q̃ post eum dixit Host. de pœn. c. super eo. glo. an.

† aliter. rant.

& Ber. no. 5. de cle. excom. mini. c. 2. qui dixerũt degradatum conficere. 1 verum sacramentũ Eucharistiæ.

QVamuis.] Præmittit causam inuentionis carceris, quam secundo ampliat: ibi, Nos tamen. Vel præmittit quid de ciuili iure, cuius ſtium submittit de iure canonico. Et secundum Io. Mo. & Arch. fit ratio: q̃a Deus non vult mortem peccatoris, & c. Ezech. 18 & 3. q. 4. hi qui, 23. q. 8. his & 2 quib in auth. vt non fiat. iuxta. ſ na. in princ. coll. 6. Ioan. And.

CASVS. Aliquis clericus perpetrauit aliquod delictũ, pp qđ si esset laicus, esset sibi imponenda pœna mortis: Episcopus videns, non potest eum punire pœna mortis, q̃a non hẽt sententiã sanguinis: & đ q̃ tale delictũ non est digna degradatione: vult talem clericum condemnare ad perpetuos carceres, vel ad tps: vtrũ possit? Videt q̃ nõ: quia carcer fuit inuentus ad custodiã reorum, non autem ad pœnam. l. 1. & 2. C. de custo. reor. nõ obstante, ista ratione determinat Romanus Pontifex in contrarium, videlicet q̃ eps vel iudex ecclesiasticus habens merum imperium põt aliquẽ cõdemnare ad perpetuos carceres, vel ad tps. Nec obstat q̃ carcer fuit inuentus ad custodiam: quia illud est verum in iudice, qui põt condemnare ad mortem: sed eps vel alius iudex ecclesiasticus loco illius pœnæ potest cõdemnare ad perpetuos carceres, vel ad certũ tempus, puta ad septem annos, vel aliud tempus: quia iudex ecclesiasticus nõ potest aliquem cõdemnare ad mortem. R eorum.) non conuictorum, sed suspectorũ de crimine. Vade reus conuictus de crimine quod exigit mortem, debet detineri in carceribus: & causam de dicere in vinculis, nec admittitur cum fideiussoribus vel pignoribus. Not primo, q̃ licet carcer de iure ciuili sit introductus ad custodiam reorum pendente accusatione: tamen de iure canonico est introductus ad pœnã. Not magis specifice, q̃ iudex ecclesiast cus potest subditos suos condemnare ad agendum pœnitentiã in pane tristitiæ, & aqua doloris ad perpetuos carceres, vel ad tempus: tamen communiter boni prælati in præcipuis festis consueuerunt captiuos suos visitare & pinguius nutrire. Quæritur qui iudices possunt imponere istam pœnam? Dicendum q̃ omnis iudex habens merum imperium.

[Prima glossa summat.]

a ¶ Quamuis.] quamuis inuentio carceris fuerit ad custodiam: tamen potest quis puniri pœna carceris perpetui, & ad tempus. hoc dicit.

b ¶ Nos tamen.] C. de custo reorum l. 1. & vlt. ubi dicitur. nec sanctimus, vt aut conuictos velox pœna subducat: aut liberandos custodia diuturna nõ commaceret. 2 eidem ff. de pœ. l. aut damnum. §. solent.

ADDITIO. Ad idem 19. dist. in memoriam. 2. q. 5. Mendax. & in vlt col. Io. And.

[Glo. seq cum sequentibus duabus reci. possunt per quæstiones]

c ¶ Tibi.] cui loquatur non apparet: vnde intelligatur non solum in episcopo, sed etiam in quocunq; qui iurisdictioni præst, & delicta punire potest. ad idem inf. de senten. excommun. si clericos & quod ibi dixi. Idem Archid.

d ¶ In perpetuum.] si hoc eximitur, an in perpetũ, an ad tempus, stabitur expresso: si simpliciter damnetur, perpetuo intelligitur, non tẽporaliter dãnatus. C. de pœn. l. seruus. de quo dic vt 50. dist. c. 1. sup. de constit. ex literis. ff. de postu l. puto. § 1.

ADDITIO. Arch. remittit. 81. distinct. dictum. 20. q. 1. sicut qui. Ioan. And.

e ¶ Expedire.] sicut in carcere quo ad custodiam nõ debet fieri mistio sexuum, vt C. de custo. reo. l. 3. sic dico quòd in carcere quo ad pœnam non fiet mistio & est simile, quod dicimus de monasteriis, quod nõ debent esse duplicia. 18. q. 2. diffinimus. periculosa est enim talis commistio. sup. eo. li. de statu. reg. c. vnico.

f ¶ peragendam.] hoc idem probatur sup. de hære. c. pen. in fi. sup. de verb. sig. nouimus. in fi.

VBicunque.] ponit regulã cum sua exceptione: ibi, Nisi. Nec vi ibi dictum incongrue vbicunq; quasi, vbi, sit aduerbium loci, & interrogans de loco. 13. q. 2. vbicunque sepeliamur. est enim etiam aduerbium temporis: tamen vbicunque, ideſt, quandocunque. facit sup. eod. li. de ele. vbi periculum. § pen cum cõcor. & est etiam qualitatis, quantitatis, & similitudinis, q̃ non prosequor, & dato quod dicamus, vbicunque, in quocunque loco iuris scripti vel non scripti, nil absurdum. Ioan. And.

CASVS. Iure cautum reperitur in pluribus locis, q̃ pro certis criminibus & nonnullis excessibus imponitur pœna non solum delinquenti, sed etiam eius posteritati vsque ad tertiam generationẽ, quæritur de qua generatione sunt illa iura intelligenda? Respondet q̃ intelligitur de posteritate descendente per lineam rectam masculinam, non autem per lineam fœminam. Et istud verum, nisi aliud esset expressum in constitutione: quia tunc tenor constitutionis esset obseruandus: Not. primo differentiam esse inter filios & posteros. Vide de pœn. in quibusdam. No. secundo differentiam non esse in dispositione iuris vel hominis quo ad interpretationem verborum. Dom.

g ¶ posteris.] pone exemplum supra eod. tit. in quibusdam.

h ¶ Masculinam.] & merito: quia immunitas alicui & eius posteris concessa, non comprehendit fœminas. ff. de muneri. & honor. l. vacatio. ff. de iure immunit. l. 1. §. 1. Vult glos. quod tales non gaudeant priuilegio; ergo non arcentur pœna. Præterea ex quo quis de nuptiis natus est, patrem sequi debet, & non matrem ff. de sta. ho. l. cum legitime, quod omnino verum est, & quando agitur de dignitatibus & honoribus, & pœnarum immunitatibus, ut C. de decur. l. eos indulserũt. & l. exemplo. & l. nullus. & l. si ille dixerit. 10. & C. de pœn. l. decurionum filii. & ff. de pœ. l. moris. § fi. ff. de decu. l. fi. § in filiis. & est ratio, quia filii sequuntur agnationem patris, & non matris. de hoc sup. de conuer. in fi. c.

fodere. seruorum ff. eo. & cõdenatus carcerib. ad tps, intelligit ad 10. annos. pe. de An ch. alleg. l. si fine ff. eo. de carcerib. late Guli. Letouille li. 3. ti. de cõmentariẽsib. in cõpẽdio suo de iust. & iur. Font.

† præterea docto res hic, ui de aliqua per Decĩ in c. nou. de iud.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2.super 3. glos. Et nobilitantur ipsi filii radiis patrum, sicut & vxores radiis maritorum, in auth. de consul. circa medium. coll. 4 ff. de senat. l. 1. & l. fœminæ. & l. liberos. & adde quod dixi sup. eod. lib. de hæret. statum 2. Et quod dixi in cle. de bapt. præsenti. in gl. cõpreh. Et bene facit. ff. de vẽ. in poss. mit. l. 1. § 1.

a ¶ Iure.] § eod. lib. de hære. cap. 2. & e. statutum 2.

[Glo. seq. quærit, & opi. ponit, quam determinat. ad quod reci. per contrarium, & solu.]

b ¶ Sententia.] sup. eod. lib. de schism. at. c. vnico. Sed pone, vsq; ad tertium vel alium certum gradum iure vel sententia damnata est traq; linea masculina & fœminina: ego non damnatus cũ filia sic damnati contraho matrimonium, quæritur an filii sic suscepti de tali matrimonio sint damnati? hanc quæstionem formauit Hostien. sup. eo. ti. in quibusdam & dixit distinguendum, Aut talis mulier scienter ducta fuerit: & tũc damnati sunt filii, vsque ad expressam lineam: aut ignoranter, & tunc filii non sunt damnati propter patris ignorãtiam: sicut & ignorantia alterius parentum facit prolẽ legitimã: alias de illegitimo complexu genitam, si banna præcesserunt. sup. de clan. despon. cũ inhibitio. §. qui filii sint legit ex tenore. ff. de ritu nup. l. lege Iulia. & sic etiam posset intelligi secundum eum. c. 32. q. 4. liberi. vel loquatur aliud secundum leges Lombar. quod dic vt no. sup. de ser. non ord. c. vlt. quod dicit de sciente, vt præcise sit verum, sed quod dicit de ignorante posset esse verũ in ignorantia facti, s. q; nesciebam illum talem esse: sed in ignorantia iuris, quia sciebã illum talem esse, sed ignorabam q; ius posteros eius damnaret, secus. ar. hoc inf. de reg. iur. ca. ignorantia, sed in ignorantia facti videtur contra, sicut si qs credens contrahere cum libera, contrahat cum serua: tamen filii sunt serui domini ancillæ.

1 Vide q; dixi §. q. fil. sint legi. ex tenore. sup 2. gl. Ioan. And.

lineam descendere dinoscũtur: Nisi aliud in iure [a] vel sententia [b] sit expressum.

¶ Idem.

¶ Primo punit insequẽtes, q; cutientes, aut capiẽtes Cardinales, & eius criminis socios. Secũdo, eorũ filios & nepotes. Tertio ipsis infectatorib pœnam addit. Quarto quã satisfactionẽ cum absoluentur facere debeãt: & quid per absolutionẽ consequantur. Quinto, de nudis cõsiliarijs, vel simpliciter fauẽtibus huic crimini Sexto ad collaterales permittit pœnas extendi. Septimo ponit de insequentib. clericos, vel religiosos familiares Papæ vel Cardinalium. Octauo ponit de occidentib. Cardinales. Nono dicit Potestates seculares nihilominus pœnis legalib. cõtra tales uti debere, & hãc constitutionem etiam facere observari, & contra facientibus pœnam imponit. Io. And.

CAP. V.

FELI- ciis [a] † recordationis Honorij Papę iij. prędecessoris nostri vestigijs inhęrentes, [b] quibusdam addictis & detractis [c] de communi fratrum nostrorum consilio, hac in perpetuum valitura constitutione sancimus: Vt si quis deinceps in hoc sacrilegij [d] genus irrepserit, q; sanctę Romanæ Ecclesiæ Cardinalem [e] fuerit hostiliter insecutus, vel percusserit, [f] aut ceperet, vel socius [g] fuerit facientis, aut fieri mandauerit, vel factum ratum habuerit, [h] aut consilium † dederit vel fauorem, [i] aut postea receptauerit, [k] vel defensauerit scienter eundem: sicut reus criminis læsæ maiestatis perpetuo sit infamis, diffidatus, † nihilominus & bannitus; sit intestabilis, ut nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad alicuius bona ex testamento, vel ab intestato uocetur: quatenus ab omni successione repulsus, publicaque repulsa confusus, minus inueniat suæ malitiæ successorem: fiant † habitationes eius desertæ: & vt non sit qui eas in habitet, dentur cuncta ipsius ædificia in ruinam: & vt perpetuę notam infamię perpetua ruina testetur, nullo tempore reparentur: nullus ei debita reddere, nullus respondere in iudicio teneatur: quidquid etiam in bonis inuenitur ipsius, fisci, vel reipublicę dominio applicetur, vt ex illis nil transmittat ad posteros, sed potius cum ipso quodammodo damnentur & sua. [l] Si qua vero feuda, locationes, officium vel beneficium spirituale, vel temporale ab aliquibus ecclesijs obtinet, sit eis ipso iure priuatus: quę sic libere ad ecclesias reuertantur, quod ecclesiarũ rectores de ipsis

cap vlt.

[Glo. seq ponit duas lecturas, & primã approbat.]

h ¶ Ratum habuerit) intelligẽ hoc si ex cõtemplatione vel nomine sit factum, vt inf. de reg. iur. ratum quis, & inf. de sent. ex. com. cum quis 2 respon. alij 1 contra, dicentes hoc specialiter, q; pœna loci habeat in rat ficante, licet non fuerit suo nomine gestum, sed credo standum regulæ.

ADDITIO. Idem Archid. qui hoc prolixe prosequitur.

2 Vt Io. Mon.

i ¶ Fauorem.) non nudum nec simplicem: quia de illis offendet inf. § illud. Idem Arch.

k ¶ Receptauerit) pari. pœna sunt puniendi pessimi receptatores, sine quib. delinquẽtes diu latere non pũt. ff. de recep. l. 1. C. de iis qui la. occul. l. 1. & 2. nisi 2 essent consanguinei vel affines. ff. eo. tit. l. 2.

(Glo. seq recitetur per contrarium)

2 Excipit a paritate pœnæ. nã vt dicit lex illa non absoluuntur, nec tã seuere puniũtur ex tranei. Io. And.

l ¶ Damnentur & sua.) regulariter contra: quia bona damnatorum transeunt in hæredes, & non in fiscum. C. de bonis damnatorum auth. bona. sed hic fallit in hoc crimine læsæ maiestatis. C. ad legem Iuliam maiest. l. quisquis. & est canonizata. 6. quæstione capitul. quæro ergo. §. verum & in crimine hæresis supra eodem libr. de hæreticis cum. secundum, & in casibus ibi positis.

ADDI-

ficiũ. l. laudabile. C. de aduocatis diuersorum iudicũ. Secus est de officio procuratoris. Nam infamis potest esse procurator. Dispensationis, quędã comminatio, nam papa nõ põt sibi imponere legẽ. Incurrat. Et iste est casus specialis, in quo quis incurrit ipso facto sententiam excõmunicationis: licet nõ inierit manus in clericos, regulariter. ẽ. ca. si quis suadente. 17. q. 4. Accensis & extinctis, ac in signum maledictionis æternæ, q; Deus dedit Dathan & Abiron in terrã proiectis. In mortis articulo cõstituti. Nam in articulo mortis possent absolui a simplici sacerdote, idonee, id est, cauere debent quod æquo animo sustinebũt pœnam sibi imponẽdã. Non negetur licet dictum sit, q; nullus debet sibi in iudicio respondere: tamen impleta pœnitentia poterit prosequi iniuriã suam, vel suorũ, vel pro contractibus post pœnitentiam celebratis poterit conuenire suos debitores. Suadebunt. Dictũ fuit ẽ. quod non solum cõmittẽtes prædicta puniri iam dictis pœnis sed etiam eorum posteriores descendẽtes per lineam fœmineam. Sed quid de linea transuersali, vt fratrum, vtrum papa poterit extendere ad collaterales? Dicit Hos. sed collaterales non incurrunt pœnam ipso facto. Ediderunt. l. si qs in hoc genus sacrilegii. C. de epis. & cler. Priuata, vult dicere si delictum sit perpetratum: immediate debent ecclesiarum rectores ciuitatis insurgere ẽ tales. ẽ. quod de consecr. dist. 1. si quis alleg. Et si non ordinauerunt, vt in d. l. si quis alleg. Et si non incurrunt ipso facto suam excõicationis, & alteri debent præsentari sede episcopali, vel archiepiscopali, & nihilominus sit interdicta ciuitas.

(prima glo. summando diuidit.)

a ¶ Felicis.) in prima parte punit Bonifacius insequẽtes, perseuerantes, aut capientes Cardinales, & eius criminis socios vsq; ad §. Quod si quis, vbi punit eorum filios & nepotes. & hoc vsq; ad §. præsenti. ibi ipsis in secutoribus. pœnã addit vsq; ad §. Cum autem, ibi post q; satisfactionem cum absoluentur facere debeãt, & quid per absolutionem consequantur vsq; ad §. Iubet. tractat de nudis consiliaris vel simpliciter fauentibus huic crimini, vsq; ad §. Ceterum. vbi ad collaterales permittit has pœnas extẽdi vsque ad §. præsentibus, ibi ponit de insequentibus clericos vsque ad §. Perfos familiares Papæ vel Cardinalium vsq; ad §. Si quis. vbi ponit de occidentibus Cardinales vsque ad §. Per hoc vbi dicit, nihilominus potestates sæculares pœnis legalibus ẽ tales vti debere, & hanc constitutionem ẽt facere obseruari, & contrafacientibus pœnam imponi.

ni Sexto ad collaterales permittit pœnas extendi. Septimo ponit de insequentib. clericos, vel religiosos familiares Papæ vel Cardinalium. Octauo ponit de occidentib. Cardinales. Nono dicit Potestates seculares nihilominus pœnis legalib. cõtra tales uti debere, & hãc constitutionem etiam facere obseruari. & contra facientibus pœnam imponit. Io. And.

soluere. Item si ab ecclesia obtineant aliqua beneficia: ipso facto ipsi sunt priuati ipsis beneficiis: ita q; ille ad quem spectat collatio illorum beneficiorum, talia beneficia conferre poterit. Sed quid sanctissime pater, ponamus quòd iste qui detinuit inuitum aliquẽ Cardinalem, vel eum peremit, vel secutus fuit hostiliter, habet aliquem nepotem vel filium, qui in ecclesia obtinet beneficium vel dignitatẽ an pro delicto patris debeat puniri ipse filius vel nepos? Respondet quod sic; Nã dicit Romanus Pontifex, quòd ipse filius vel nepos ipso facto est priuatus quibuscũque beneficijs & dignitatibus, etiam si esset præsultus dignitate episcopali, vel alia maiore aut minore dignitate: & viterius factus est incapax cuiuscunque beneficii ecclesiastici de cætero obtinendi in ecclesia, & non solum efficitur talis filius vel nepos incapax beneficiorũ ecclesiasticorũ, sed etiam quorumcunque officiorum publicorum vel sæcularium, nec potest admitti ad testimonium. Postea dicit Romanus pontifex, q; nõ solum persequentes & detinentes vel insecutores Cardinalium puniũtur prædictis pœnis, sed vltra has pœnas incurrunt ipso facto sniam excõicationis, a qua non possunt absolui, nisi a solo papa. Et hoc verum, nisi in casu necessitatis, puta in articulo mortis; nam tunc possent absolui etiam a simplici sacerdote, præstita tamen prius sufficienti cautione & idonea, q; ipsi facient pœnitentiã, quæ eis imponetur pro huiusmodi excessu. Sed quid si aliquis nõ perpetrauit istos excessus circa personas papæ, vel Cardinalium: verumtamen dedit consilium, vt Cardinal s detineretur in vinculis, an sit aliqua pœna puniendus? Respondet q; sic; quia erit puniendus pœnã arbitraria ad arbitrium iudicis secundũ exigentiã criminis. Sed ponamus q; aliquis non tenuit Cardinalem, neq; illum fuit insecutus, sed in odiũ ipsius Cardinalis detinuit & incarcerauit aliquem de suis familiaribus, vel etiã fuit aliquis qui hostiliter insecutus est aliquos clericos; nunquid est puniendus aliqua pœna? Certe sic; nam iudex illos punire debet secundum sui criminis exigentiam. Postea Romanus pontifex in fine offendit quas pœnas debent pati illi, qui occ ũt Cardinales, & q; iudices sæculares ultra istas pœnas in hoc capitulo contentas debent illos malefactores occidentes Cardinales, vel detinentes inuitos, vel incarcerantes punire pœnis legalibus, secundum q; leges ciuiles dispposuerunt. Item præcipit papa hanc constitutionem obseruari, & contrafacientibus pœnam imponi. Sequitur textus. Læsæ maiestatis. Crimen læsæ maiestatis committit non solum machinans in mortẽ principis, sed etiam machinans in mortem suorum consiliariorum sib. adsistentium. l. quisquis. C. ad legem iuliam maiestatis. ideo machinans in mortem Cardinalis, est reus istius criminis. Diffidatus. & sic auctoritate istius cap. consi tuitur iustum bellum inter ipsum & criminosum & Christianos respectu Christianorum, nõ autem respectu sui. Intestabilis actiue & passiue, id est, nõ potest facere testamentum, nec aliquid accipere de testamento, vt sequitur. Delenire, id est, debent manere in perpetua ruina, vt sit perpetua memoria de ipso, vt sequitur Postulandi. Nam aduocatus esse nõ potest infamis: quia aduocãti officium, est laudabile pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ADDITIO. Dicit Io. Mon. quod propter immẽ litis tem criminis non potest locum esse distinctioni. l. 3. ff. de interdict. releg. quæ distinguit inter paterna & acquisita. Io And.

a ¶ Disponant.] illis non vocatis, etiam si de facto possiderent. sup. eo. lib. dum præb. licet 2. et hoc sonat ver si libere. sup. positus.

b ¶ per rectam lineã.] de collateralibus enim tractat inf. §. cæterum.

c ¶ Põtificalẽ.) alias enim tales non includebantur, nisi fuisset de ipsis expressum. ẽ. de concess præb. dilectus ad idem ẽ. eo. libro de hæreti. Inquisitores. & j. de senten. excom. quia periculum. Io. And.

d ¶ Virili.) intelligebat nisi aliud fuisset expressum. ẽ. c. prox.

e ¶ Beneficium.) de dignitate ẽ. dixerat, hic de beneficio dicit idem.

f ¶ Insecutione.] de percussione & captione non erat dubium: sed de insecutione hic specialiter statuitur hæc pœna.

ADDITIO. Et facit ad not. de pœnit. distinct. prima. si quis pulsatus cum enim in specialem pœnam hoc inducatur, ꝙ insequens sit excõicatus: eius contrarium est regulare, ꝙ insequens & vibrans nõ tamẽ percutiens clericum excõmunicatus non sit, & idem A ch. 16. q. 4. sicut qui. Io in. And.

† In vulgaris codicib. legitur, notorie.

† al. ascẽsus.

† al. omnino.

pro sua voluntate disponant. a ¶ Quod si quis prædictorũ filium vel filios habeat, nepotem vel nepotes per rectam lineam b descendentes, beneficiatum seu beneficiatos quouis beneficio, etiam si pontificalem c adeptus vel adepti fuerint dignitatẽ, sint eis ipso iure priuati: spe promotionis omnino sublata. Nulli præterea talium filiorũ atque nepotum ex virili d sexu descẽdentiũ ab eisdem, alicuius aperiatur ianua dignitatis, aut honoris ecclesiastici, vel mundani, seu ad alicuius loci reginem sit ascensus. Sit eis postulandi negata facultas: sit notarie † iudicatus, & quodlibet aliud officium seu ministerium publicum interdictum. In iudicijs eorum assertio cõtra quemquam nihil fidei, nihil credulitatis ineueniat, ut ad testimonium prorsus reddantur indigni: sit eis ad ordines ascensus inhibitus; sit ad beneficium e vel officium ecclesiasticũ denegatus accessus: † & (vt magis famosa sit eorũ infamia) ad actus legitimos nullus eis pateat aditus: nulla porta pandatur eisdem super aliquo præmissorum, omni † spe desponsationis adempta. ¶ Præsenti nihilominus adjicimus sanctioni, vt ex insecutione f prædicta, sicut ex iniectione manuum violenta, ipso facto excommunicationis sententiam quis incurrat: & tam insecutor, quam alij supradictitanti mali participes, quandiu in sua contumacia perdurarint, singulis diebus Dominicis & festiuis, pulsatis campanis, & candelis accensis, per omnes illius loci ecclesias, in quo tantum facimus fuerit attentatum, necnon ciuitatum & diœcesium vicinarum g † excommunicati publice denuntientur; † nec ab alio, quam a Romano Pontifice possint absolutionis beneficium obtinere: nisi dumtaxat in mortis † articulo h cõstituti. ¶ Cum autem fuerint absoluendi: primo sufficienter & idonee i caueant; quod inferendę pœnę parebunt, & auxiliante Domino pœnitentiam peragent iniungendam. Deinde per omnes illius loci ecclesias principales, vicinorumque locorum, diebus Dominicis & solemnibus incedant nudi coram populo, femoralia tantum habentes, & ferulas deferẽtes in manibus, cum quibus per easdem ecclesias publice fustigentur: ituri postmodum vltra k mare, & ibidem acturi pœnitentiam per tres annos ad minus, nec exinde postmodum reuersuri absque sedis Apostolicæ licentia speciali. Verum cum talis gratiam reconciliationis meruerit, beneficio absolutionis obtento, indulgeatur ei licentia, vt suam & suorum iniuriam prosequatur: l & debitorum illorum, quæ contracta fuerint † de postmodum acquisitis m repetitio non negetur. ¶ Illud autem non duximus omittendum, quòd si quis fuerit in præmissis nudo consilio, aut simplici n fauore culpabilis, iudex in talem pœnam merito extendere possit, quæ dam iudicatio si quidem iudicatio si s. eo. lib. de rescrip. c. finam & præter hanc permissionẽ, papa eo modo id poterat, cũ non habeat imperiũ par in parem sup. de electio. innotuit. Io. And.

b ¶ Aliquo prædictorum.] scilicet insecutionis, captionis, aut percussionis, aut societatis horum criminum.

c ¶ Coercet.] ẽ. de vita & honest. cleri. vt clericorum.

d ¶ Causam.] proximam, non remotam: qđ dic vt ẽ. de hom. de cætero. de testibus ficut. [Idem Archidiaconus.]

[Glo. seq. alleg. vnam cõcor. obijc. & soluit, & arguit]

e ¶ Adimimus.) concor. C. de sacrosanctis ecclesi. s l. placet. [canonizata 16. q. 1.] vbi primo per ecclesiasticum iudicem, secundo per sæculare quis puniatur, & sic in casu nostro propter crimis horrorem: i est n. regulariter secus ubi criminaliter agitur. supra de accusat. de his. vbi de hoc, & secundum. 4. q. 5. habet hoc pro prima. sunt enim pa. tria, aliquem esse abfolutum, vel condemnatum, & soluisse ff. de except. rei iudic. si quicum totum § pla ne. & facit hæc decre. ad id quod not. sup. de iud. at si clerici. in glo. penult.

[Gl. seq. alleg. duas concor. & specialiter duas rõnes reddit.)

f ¶ priuata.] simile 25. q. 2. ita nos. & sup. eo. lib. de elect. vbi pe riculum. §. ciuitas 2 excipitur autem ciuitas Romana ab hac pœna: si enim ipsa in hoc puniretur, priuaretur etiam inferiorbis episcopus sit Romanus pontifex. & p terea ibi promptiore habemus iudicem, sci licet papam, qui huic rei potest ad hibere remedia, & pœnas imponere, ad hoc opti-

a ¶ possit extẽdere.] arbitrer ergo in hoc bonus iudex.

ADDITIO. Vel infra finitima & propinqua, ſm Archid. facit pro eo de pœn. si quis suadente. versi. qđ si terra. in clero. sed autem. alleg. 2. q. 5. si episcopus. 65. dist. c. fi. Io. And.

h ¶ Articulo.] simile 17. q. 4. si quis suade. te, de offi. ord. c. pastoralis. cum similibus. Io. And.

i ¶ Et idonee.] scilicet per pignora vel si deiussores ff. man. lit. mãdato. §. Paulus respõdit. alias verbum † cautionis nudam promissionem continet. ar. C. de verb. sign. sanctimus, sed si hoc casu sufficientem cautionem dare nõ posset, dabit iuratoriam: vel certe cauebit sub hypotheca suarum rerum. [Idem Ioan. Monachus.]C. de episc. & cler. in Auth genera liter, & ff. vt leg. not. caue. l filio. in fin. & re prius facit quod dixi sup. eod. lib. de vsu e fecundo, & quod no. ẽ. vt. de dote post diuortẽ stit per verbras. Ioan. And.

k ¶ Vltra mare.] & si Christiani nihil haberent vltra mare, esset hæc pœna in aliam commutanda. ff de interdi. & relegatorum. t. responso. ff. ad l. pompe. de parri. l. pœna.

ADDITIO. Idem Archidiacon allegat. no. s. distin. presbyter de vo. cap. 1. Io. Mon. dicit idem, & alleg. ff. de admini. re. ad ciui. pertit. legatum. Io. And.

l ¶ prosequatur. 4. q. 6. omnibus.

m ¶ Acquisitis.] quia prius acquisita erant confiscata.

ADDITIO. Ad hoc ff. man. l. si mandauero §. si is cuius. Ioan. Monac.

n ¶ Simplici fauore.) nudum cõsilium, vel simplex fauor intelligitur illius q̃ ad malefic ium faciendum nihil adjecit.

pœnam metiatur ex culpa, vt secundum quòd excessus exegerit, vindicta procedat.

¶ Cæterum quia dignum est, ut nefandi ratione flagitii, vltionis seueritas amplius extenda tur, & propter enormitatem culparum, plagarũ modus exuberet, nec pœnis solitis cõtentetur: Statuimus, ut ad collaterales, fratres videlicet, nepotes, & prone potes talium possit a extendere pœnas in huiusmodi nostra constitutione contentas circunspectio Romani Pontificis prout circunstantię rationabiles suadebunt.

¶ Præmissis etiam dignum censuimus annectendum, vt si quisquam aliquo prædictorum b excessuum quemquam de clericis uel religiosis nostræ familiæ, uel Cardinalium afficere forte præsumpserit, proportionetur pœna delicto: ita quod vindicta ex æquo excessu respondente, ab offensa nostrorum cohibeantur deinceps manus temerariæ formidine vltionis, quas Dei uel nostra seu fratrum nostrorum reuerentia non coercet.c

¶ Si quis uero per se, uel per alium occiderit Cardinalem (quod absit) vel dederit causam d mortis, vltra quam præmissa contineant, sic in eum potestas iurisdictionis insurgat, sic rigor vltionis insiliat, quòd contra uitæ subsidium, mortis solatium inuocet, viuens pœnę non culpæ, uindictæ speculũ non offensæ.

Per hoc quoque sæcularibus Potestatibus non adimimus e facultatem utẽdi legibus contra tales, aduersus sacrilegos catholici principes ediderunt. Quis enim locus reginiminis poterit esse tutus: quis rector securitate gaudebit, si Romana Ecclesia (quæ omnium ecclesiarum disponente Domino caput est & magistra) casibus istis subiicitur? si eius filii specialis huiusmodi periculis exponuntur? Quem Ecclesię filium, quem fidei zelatorem contumelia tanta nõ tangeret, & confusio tam aspera non moueret? Porro si filius est, dolebit. si fidelis, matre fidei læsa, lędetur: Qua propter si princeps, senator, consul, potestas, uel alius dominus siue rector cõtra præsumptores prędictos præsentis cõstitutionis tenorem non fecerit obseruari, tam ipse, quam officiales ipsius infra mensem, postquam res ad notitiã eorũ peruenerit, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant. Ciuitas uero quęuis alia præter vrbem, quę talia facienti uel facientibus seu præsumentibus, in his consilium, uel auxilium dederit aut fauorem, uel infra mensem saltem taliter delinquentes (prout tanti facinoris enormitas exegerit, & facultas ei affuerit) non duxerit puniendos pontificali & supra sit eo ipso dignitate priuata, f & nihilominus remaneat interdicta.

me C. de ijs, qui ad eccl. confug. l. vlt. i. in prine pio.

DE PAENITENTIIS, Et remissionibus.

Cõtinuatio domini Heliæ.

¶ Dictum fuit supra tit. prox. de pœnis imponendis in foro cõtentioso: nunc autem dicendum est de pœnis imponendis in foro pœnitentiali: verũ quia pœnæ in foro pœnitentiali remittuntur per pœnitentiam & remissiones: ideo post titulum præcedentem annectitur titulus de pœni. & remiss. Quæritur quæ pœna veniat imponendi pro quolibet peccato mortali? Dicendum quòd licet olim illa pœna esset taxata a canonibus: tamen hodie illud est relictum arbitrio confessorum seu presbyterorum in cap. Deus qui. eod. tit. in antiq tamen non debet confessor esse nimis arctus: nec nimis largus in imponenda pœnitentia: quia pœnitentiam debet imponere ad arbitrium boni viri & nõ pro libito suæ voluntatis, vt dicit Panor. in cap. ex parte de cõstit. in anti. & c. Quintauallis de iureiuran. in antiq.

Roma-

TITVLVS X.

De pœnitentiis, & remissionibus.

¶ Innocentius quartus in concilio Lugdunensi.

¶ Quæstores non citant aliquos, licet eos monere possint Et in concedendis indulgentijs non excedant archiepiscopi statutum concilij generalis. hoc dicit. Zen.

Roma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Romana.)Sunt tria dicta: primum & tertium inhibitorium. Secundum commissorium: ibi, Super benigna. Tertium: ibi, In concedendis. So. And.

¶ Licet archiepiscopus possit remissiones seu indulgentias concedere nō solum ijs qui sunt in diœcesi sua particulari, sed etiam illis, qui sunt in tota sua prouincia: non tamen potest excedere numerū indulgētiarum sibi a iure taxatum.

CASVS. Cum ecclesia Raueñ. magnis ædificiis & structuris indigeret: archiepūs Raueñ. videns q̄ fructus ecclesiæ Raueñ. non sufficerēt ꝓ itto ædificio complendo, voluit mittere q̄tores per totā suam prouinciam pro colligendo elemosynas fidelium: & ut Christi fideles essent magis inclinati ad dandum & contribuendū illi ecclesiæ, uoluit ipse episcopus eis impertiri de thesauro ecclesiæ, remittendo partem pœnitentiarum iniunctarū omnibus & singulis porrigentibus manus adiutrices ad ipsum opus complendum: sed timens quod suffraganei sui nollent admittere istos quæstores ad officium quæstura, dedit quæstoribus potestatem citandi suffraganeos nolentes eos benigne recipere in suis diœcesibus, vtrum possit? Respondet quòd non: sed potest eos monere charitatiue, vt inducant populum ad porrigendū manus adiutrices pro isto opere pio complendo. Sed quæritur quas indulgentias siue quem numerū dierū poterit indulgere archiepiscopus, vtrū possit dare indulgentias pro libito suæ uoluntatis? Respōdet q̄ non sed solum secundum q̄ est statutum in concilio generali in cap. cum ex eod. tit. in antiq. videlicet remissionem xl dierum. & in hoc æquiparantur episcopi & archiepiscopi: nam episcopus potest similiter concedere xl. dies indulgentiarum. Not quòd carens iurisdictione, non pōt committere potestatē citandi sibi non subditos: nam hic archiepiscopus nō est iudex subditorū suffraganei: ergo non valet talis commissio. Not. q̄ licet archiepiscopus non habeat iurisdictionē in subditos suorum suffraganeorū in foro contentioso, & hoc in prima instantia: tamen in foro pœnitentiali pōt exercere iurisdictionem, eis cōcedendo remissiones & indulgentias. Nota quòd licet subditi suffraganeorū archiepiscopi admittant quæstores ipsius archiepiscopi non propter hoc efficiuntur de iurisdictione archiepiscopi: ita q̄ eos poterit punire: secus si mitteret nūtios pro exercendo iurisdictionem suam contentiosam: qa tunc posset punire impedientes iurisdictionem suā. ff. tit. prox. c. 1. Nota si quæstores veniant ad ecclesias parochiales pro petendo & colligendo charitatiua sua subsidia fidelium, si rectores ecclesiarum parochialiū nolunt eis permittere, ut declarent indulgentias suas & vt cōuocent populū: ipli sunt puniendi: & hoc verū, dūmodo illi quæstores compareant debito modo cum litteris Apostolicis, uel diœcesani loci: & hoc qñ faciūt quæstum pro aliis, secus si pro se cap. cum ex eo. eod. titu. in antiq. Not. quòd archiepiscopus non potest indulgentias concedere vltra numerum taxatum in cōcilio generali, uidelicet in dict. cap. cum ex eo. Sunt tamen aliqui archiepiscopi, qui habent speciale priuilegium & indultum, ut possint concedere indulgentias vltra xl. dies: Nam archiepiscopus Tholosanus potest concedere indulgentias usque ad centū dies. Et dicit panor. in dicto cap. cum ex eo, eod. tit. in antiq. q̄ quādo quis lucratus fuit indulgētias, est in arbitrio suo an velit interpretari illas indulgentias in hoc sęculo vel reseruare in futuro, vt ponamus q̄ pro excessib. meis eī imposita mihi pœnitentia, vt iciunarem xl. diebus: episcopus contulit xl dies indulgentiarum omnibus porrigentibus manus adiutrices ad tale opus: ¶ possum in hoc iaculo accipere illos xl. dies: & vt non ieiunem: sed sub hac consuluit panor. ut ibi. Nam fiat reseruatio in purgatorio: quia ibi pœnæ sunt multo grauio res, quam sint pœnæ huius sæculi.

¶ Prædicatores quę nuarios oino sunt ulit cōc. Trid. sess. 5 de refo. ca. 2. in fine. & sess. 21. de ref. cap. 9.

CAP. I.

ROmana Ecclesia; & infra. ¶ Quæstoribus † autem fabricæ [a] Remeñ. ecclesię, Remēsis archiepiscopus, seu eius officiales citādi suffraganeorum ipsius ecclesiæ subditos (quos ijdē quæstores sibi resistere, aut nolle parere dixerint) vt super hoc [b] cōpareant coram ipsis, nequaquam tribuant potestatem. [c] Super benigna uero ipsorum [d] receptione, ac subuentione ipsi fabricę facienda, possunt eosdē suffraganeos & alios Christi fideles Remensis prouincię [e] charitatiue mouere. [f] In concedendis quo que indulgentiis non excedat Remensis [g] archiepiscopus statutum concilii † generalis. [h]

¶ Bonifacius octauus.

¶ Concessio generalis confessoris non tangit episcopo specialiter reseruata, nec obtentu consuetudinis potest quis sibi eligere confessorem. hoc dicit. Zen.

CAP. II.

SI episcopus suo

a ¶ Fabricæ.) quia cōferentibus ad opus fabricæ dari solent remissiones, ideo de his quæ oribus in hoc ti. posuit. Quis autē teneatur ad opus fabricæ, dic vt sup. de eccl. ædi. c. 1. & ca. de his. sed cū quarta fabricæ & clericorum subsidia non sufficiunt: heri solet ad pdicta, sicut & alia pia loca eleemosynarum collectio. ad hoc su. eod lib. de sta reg. cap. vno, ad fin.

ADDITIO. Quarta fabricæ pertinet ad ordinationē episcopi. 12. q. 2. vobis. & ca. vulteranę. 10 quæst. 3. vbi. co. vbi de hoc secundum Archid. Ioan. And.

b ¶ Super hoc.] sc. q̄ resistunt, vel parere nolunt.

c ¶ potestatem.] sicut nec possunt foranеos officiales statuere propter citationes faciendas, vt su. eod. lib. de offi. ordi. Romana.

d ¶ Ipsorum.] quæstorum.

e ¶ Prouinciæ.] quasi velit notare, quòd indulgentia non prosit ijs, qui subiecti non sunt. quod dic ut supra. eo. tit. quod autem.

f ¶ Monere.] & remissionum & indulgentiarum litteras concedere, ut sup. eo. notiro. Et est casus in quo archiepiscopus iurisdictionem habet in subditos suorū suffraganeorum. alii not. de offi. ordi. pastoralis, & 19. quæst. 3. cap. 2.

ADDITIO. Dicit hic Archid. quòd confirmatus in episcopū non sacerdos, istas indulgentias cōcedere nō potest, nec capitulum vacante sede. In contrarium allega sup. eo. li. de sup. negl. præla si episcopus. & c. eccle siæ. ubi dicitur, q̄ capitulū uacante sede administrat in spiritualibus. uide quod scripsi de excess. præla. accedē tibus, in antiq. Io. And.

g ¶ Remensi.) vel alius quilibet. sup. eod. lib. de offic. ord. Romana in fi. sup. tit. prox. c. 1. fine.

h ¶ Generalis.) eo. cum ex eo. & si excesserit, non valet ff. eod. c. ult. Io. And.

SI episcopus.) Primo ponit dictum, cuius rationem. subdit: ibi, Cum in generali. Secundo consuetudinē reprobat: ibi, Nulla quoque. Io. An.

¶ Si episcopus subdito suo contul erit facultatē eligendi confessorem doctum & idonenm, q̄ eum possit absoluere ob omnibus peccatis, non poterit confessor a casibus episcopalib. absoluere, nec valet cōsuetudo, ut quis

vt quis pro libito suæ voluntatis sibi eligat cōfessorē.

¶ Pro intellectu huius c. est præsupponendum illud quod habetur in c. omnis vtriusque sexus. eod. tit. in antiq. licet olim omnes sacerdotes reciperint eandē potestatem & mistam, ita q̄ non erant parochię distinctæ: tū propter quasdā diuisiones inter Apostolos & discipulos, & postea inter sacerdotes fuerūt diuisę & distinctæ parochię, & territoria in foro pœnitentiali, sicut in foro contentioso.

¶ Item secundo est præsupponendum, q̄ posiq̄ fuit facta illa distinctio parochiarum, fuit ordinatum q̄ quilibet teneret cō fiteri proprio sacerdoti, & non alteri: & si alteri cōfiteretur, non teneret absolutio: quia sententia à nō suo iudice, est nulla, c. at si clerici de iud. in antiq.

¶ Item tertio præsupponēdum est, q̄ quis dī habere plures proprios sacerdotes, scilicet rectorem ecclesiæ parochialis, episcopum, legatum, & Papam, qui habet generaliter curā omnium Christianorum: & sufficit habere licentiam ab altero istorum: Mendicantes vero sunt delegati a sede apostolica, per cle. super cathedram. de sepultutis, in clem.

CASVS. Cum haberem meum curatum suspectum ex certa causa: vel videbam imperitum, & nolebam mihi confiteri, accessi ad episcopum meum, vt daret mi hi potestatem eligendi confessorem: vnde eps dedit mihi facultatem eligendi confessorem sub hac forma per verba ġalia, Damus tibi facultatem eligēdi confessorem idonū, qui te possit & valeat absoluere de quibuscunq; peccatis tuis: non tū apposuit istā clausulam, etiam nobis reseruatis: vtrum per istam facultatem videatur eps dedisse licentiam absoluendi de casibus episcopalibus? Rñdetur q̄ non: sed iste confessor meus habebit illā potestatem, q̄ haberet rector meus parochialis. Sed quid, ponamus q̄ longo tpe fuit obseruatum, vt quilibet sibi eligeret confessorem pro libito suæ voluntatis: an valeat talis consuetudo? Rñdetur: nec valeret 3ria consuetudo: & in hoc addit quod c. ad c. omnis vtriusque sexus. allegat. scilicet ut non valeat contraria consuetudo.

No. q̄ episcopus est generalis rector suæ diœcesis, ideo potest concedere facultatem alicui vt possit eligere suum confessorem: quia cōcurrit cum quibuscunq; rectoribus suæ diœcesis. Not. q̄ episcopus concedendo facultatē, vt possim eligere confessorē idoneū, q̄ me possit absoluere de quibuscunq; peccatis meis: non vt dedisse ptātem eligendi confessorem, qui me possit absoluere de casibus episcopalibus. Sed quid de rectore parochiali? ponamus quod meus rector parochialis dedit mihi facultatem eligendi confessore idoneum: utrum possit eligere simplicem sacerdotē, vel vtrum sit necesse vt eligam sacerdotem habentem simplicem potestatem, videlicet curam animarum? Rñdetur. q̄ si rector meus parochialis det mihi simplici ter facultatem eligendi confessorem, tunc nō possum confiteri simplici sacerdoti: sed requiritur q̄ talis habeat curam animarum. Sed qñ meus rector dat mihi licentiam cōfitendi tali sacerdoti, quem sibi nomino, tunc possum tali sacerdoti confiteri: quia meus curator facit illum delegatum. c. fi. de offi. & pote. iud. deleg. in antiq. c. omnis vtriusque sexus. allegato.

No. q̄ potestas dandi licentiam confitendi peccata dependet a superioritate: vnde concedens debet esse superior illius, cui concedit. ad hoc eo. tit. omnis.

No. finaliter, q̄ habens auctoritatem eligendi confessorem, debet eligere idoneum: & si non eligit idoneum, videtur esse in culpa. Dominicus.

[Glo. prima exponit, quęrit, arg. negatiue, & soluit contrarium.]

a ¶ Suo subdito.) puta archidiacono, archipresbytero, abbati, prioti, vel similibus personis, q̄ immediate subsunt epīs. Quid dicemus de inferiorib. puta laicis parochianis certę parochię nunqd illis epūs potest licentiam dare, vt sibi confessorem eligant? Vī q̄ nō ff. eod. omnis. de pœn. dist. 6. placuit. de paro. nullus. Dic ff. 1 quia quilibet de diœcesi pōt recurrere ꝓ pœnitentia, & ad proprium sacerdotem, & ad epm, vel archipresbyterum cathedralis ecclesiæ: qui quo ad hoc est vicarius epī, vt sup. de offi. archipresby. officium. [vide q̄ ibi dixi.] Vnde credo q̄ sufficiat alterius licētia, scilicet vel episcopi, vel parochialis sacerdotis. ADDITIO. Vide quod not in cle. de priuileg. religiosi. in glos. puto. Ioan. And.

b ¶ Idoneum] qui sciat circunstantias cōsiderare, & diuersis medicamentis vti ad sanandum ægrotum. supra eod. omnis. de pœn. distin. 6. qui vult. de homicidio. sicut dignum.

[Glo. seq. quærit qui sunt casus, & octo exprimit.]

c ¶ Reseruantur.] sed qui sunt isti casus? 2 Dic q̄d absoluere excommunicatos maiori excōicatione, nō cōpetit simplici sacerdoti, sed epō, vt ff. de sen. excom. nuper, Imponere pœnitentias blasphematoribus Dei & Sanctorum. ff. de cle. male. c. 2. Sortilegiis ff. de sortile. c. 2. Commutatio quorūlibet virorum, vt ff. de vot. & vo. redempt c. 1. Dispositio male ablatorū incertorū uel certorum, quando nō extant hi quib. facienda est restitutio. ff. de Iudæ. cum sit. [Et ibi hoc tenet Hostien. fm Archid. Contra sup. eo. lib. de testa. cap. 2. ut ibi dixi super ver. libere.] pœnitentia matrimoniorū clandestine contractorum vel 3 interdictum ecclesiæ per episcopos solet imponi supra de clande. despon. cum inhibitio. & de matrimonio contracto contra interdictum eccle. c. 1. & ulti. Solent episcopis reseruari pœnitentię omnium publicorum enormium criminū oppressionis filiorum ex proposito uel ex casu, cuiuscunque homicidii, falsi testimonii, uel falsi in 3ri, periuriis, incestus, corruptionis monialium, coeuntis cū brenis, & his similia ad hoc 50. dist. miror. &c. in capite. 33. quæst. 2. quicunque. cum similibus casib. ut no. Host. in sum. huius tit. §. cui confitendum sit in fin. colum.

ADDITIO. Vide per Ray. in sum. huius tit. §. item nunquam parochialis. per Guli. satis in repertorio eo. tit. §. sequitur uidere Io. Mon. tract. in decre super cathedram hodie innouata in cle. de sepul. dudum. uide quod ibi no. uer. per huiusmodi. in glo. hoc intendit. Io. And.

d ¶ Concessurus.) ut ff. de reg. iur. in generali. cū suis concor. ad idem sup. eo. lib. de offi. c. ult.

e ¶ Consuetudine.) est enim onerosa ecclesiis: ideo non valet. sup. in antiq. de consue. c. 2. & ex ea frangitur ecclesiasticę disciplinæ nerus. sup. de consue. cum uenerabilis etiam esset hoc 3 obedientiam principalis præscribere: quod esse non potest. sup. de præscrip. cum non liceat.

f ¶ Eligere.) episcopi, & archiepiscopi, & superiores, & inferiores ab episcopis exempti, habent a iure licē tiam ꝓ idoneum confessorem sibi eligunt: qui potest eos soluere & ligare sup. eo. tit. c. ult.

g ¶ Ligare.] ideo dixit: quia cuicunque uolo possum confiteri

1 Idē Pet. de Anch. & expresse Do. & Philip. fm quē bene facit cle. dudum §. i ecclesiis. de sepul. ca qcunq; to. q. 1. c. licet. sup. de fer. dotes in ca. omnis utriusque sexus.

2 Casus Epis reseruatos referunt cōi rer. Summarū cōpilatores.

Universidad de Deusto
Biblioteca

confiteri peccata mea, petendo etiam salubre animę consilium: sed ille non pōt ligare vel soluere, ut hic vides. Sic dicimus de laico in necessitate: q possumus ei cor. fieri sed ipse non pōt soluere: quia non hēt claues de pę. dist. 1. quem pœnitet. [ver. tanta. & eadem uerba habentur dist. 6. c. 1. post princ.) Et not. de offi. ord pastoralis. Io. And.

INdulgentię. Quia breue est nō diuidiur, & se summat.

¶ Et dicit Archid. q quadoque indulgētia demōstrat remissionem pœnę 2. q. 3. c. fi. in fi. Quandoque concessionem gratię. sup. vt lit. pen. c. fi. de priuil. dudum. Quando; dispensationē. 77. dist. cap. vltim. in fi. & 3. de ele. dudum. Quandoque ius cōe. 33 quæst. 2. interfectores, & 35. q 3. de inceltis, vtrōbique de hoc. Quandoq; ponitur, q vacare vel operam dare: vnde dr. Indulgere gulæ nolli, quæ ventris amica est. Io. And.

† Vide B. Tho. in q. additis ad 3 parte q. 26. ar 3.

† Scilicet Lateran. sub Inno. iij. c. 26. & refertur 1 c. cum ex eo. ex de pœnit. & remiss.

¶ Si episcopus in concessione indulgētiarum excedat concilium generale, non valent indulgentię hoc dicit.

CASVS. Certum est, q episcopi habent potestatem limitatam respectu indulgentiarum concedendarū: quia aliqui erāt ita largi, q claues ecclesiæ contemnebātur: vnde limitata fuit eorum potestas: videlicet vt pro dedicatione ecclesiæ oēs qui ita die porrigerent manus adiutrices, consequantur vnum annum indulgentiarum. sed alias nō possent epi concedere nisi xl. indulgētiarum dies. Sed ponamus q epūs aliquis fecit Trinitatis quia in die dedicationis ecclesię dedit duos annos indulgentiarū: vtrū valeant dictæ indulgentię? Rndet Romanus pontifex q nō. Sed quomodo intelligitur q non valent indulgentiæ? Rndet glo. q non valent in eo q excedūt: quia numerus dierum est separabilis, & in separabilibus vtile per inutile non vitiatur: sed in numero quē non excedunt, valent dictę indulgentiæ. Dominicus de Sancto Geminiano dixit, q non valent etiam in eo, q excesserunt ignominiā ipsorum eporum, qui excesserunt concilium gñale, ipsum contemnendo, sed panor. dicit quod valent vsque ad numerum xxxtum. No. primo arg. q est licitū allegare sine certa determinatione quotę legis vel canonis, de quo per Io. and. in c. vestra, de coha. cle. & muli. No secundo arg. q factum contra legem prohibentem, est nullum: licet non sit appositum decretum. Dominicus.

[Prima glo. dicit quid declaret.]

a ¶ Indulgentiæ.) declarat opinionem. no. sup. eo. tit. cum ex eo. Et reprobatur opinio Io. & Ber. ibi not. & approbatur opinio Host.

b ¶ Casibus.) ad pia opera: puta ędificationem vel reparationē ecclesiæ, refectionē vel ædificationē pontiū vel viarum, sustentationem hospitalariorū, vel simila.

(Gl. seq quærit & soluit per tres rationes: ponit opinionem contrariam, cuius rationi respondet.)

c ¶ Non obtinent.] quid dices: nunquid saltem, in eo q poterant dare, tenebit indulgentia? Videtur q sic:

¶ Idem.

¶ Decretalis, cum ex eo, in pluribus episcopis indulgentibus locum habet. h. d. Zen.

CAP. III.

INdulgentiæ, a † quę ab vno vel plurib. epis in ecclesiarum dedicationibus, vel alijs quibuscunq; casibus b conceduntur: vires non obtinent, c si statutum excesserint concilij d † generalis.

TITVLVS IX.

De sententia excommunicationis suspensionis, & interdicti.

quia regulariter vtile per inutile non vitiatur. ff. de reg. iur. vtile vbi vide argum. de hoc pro, & 3. Preterea hæc est quædā liberalitas: & in liberalitatibus vel donationib. dicimus q tenent pro parte vsque ad legitimum modum, & in residuo non, vt de dona. l. sancimus. 12. q. 2. si quos de seruis. Præterea hic agimus de separabili, scilicet de numero dierum: vbi nō vitiatur vtile per inutile. ff. de aqua quoti. & æstiu. l. 2. §. Trebatius. (Vide de censi. cum Apostolus. super glo. quid ergo.) Et hoc verum puto. 1 Alij contra. (scilicet Io. Monac.) dicentes in dubio gentias in nullo tenere: quia qui priuilegio abutitur, perdit illud, 11. quæstio. 3. priuilegium. cum similibus. sed nō est verum, quod qui abutitur priuilegio, perdat illud, licet mereatur perdere, sic dicit ca. vnde principis in fi. & ibi not. Innocen. dic vt not. Innocen. supra de deci. suggestum.

d ¶ Concilij.] generalis, supra eod. cum ex eo.

CAP. I.

¶ Nos autem, qui a teneris annis ad ordinem ipsum affectus nostros † ereximus in illis succedendo: cum aliquibus eiusdem confessoris sociis, quibus eius uita, & conuersatio nota erat: super ipsa regula, & sancta ipsius beati Francisci intentione frequenti collatione tractauimus. Et tandem Cardinalis, ac postmodum eiusdem ordinis per prędictam sedem gubernator, & protector, & corrector effecti, conditiones prędicti ordinis ex imminenti nobis cura palpauimus in Apostolatus officio, tam de pia intentione confessoris prędicti, quam de his, quę regulam ipsam & eius obseruantiam continent: ex prędictis longa etiam experientia informati, nostros ad ordinem præfatum conuertimus cogitatus. Et tam ea, quę per eosdem prædecessores approbata & declarata esse noscuntur: quam etiam ipsam regulam, & eam contingentia, maturitate plena discussimus. Nonnulla in præsenti serie statuimus, declarauimus, certius approbauimus, approbata confirmauimus, edidimus, & concessimus, plura etiam ordinando seriosius & clarius, quę infrascriptis articulis plenius exprimuntur.

¶ In prrimus, quia (sicut intelleximus) ab aliquibus hęsitatur, an fratres eiusdem ordinis, tam ad consilia, quam ad præcepta Euangelii teneatur: tum quia in regulę prędictę principio habetur: Regula & vita Minorum fratrum hęc est: scilicet, Domini nostri Iesu Christi sanctum Euangelium obseruare, viuendo in obedientia, sine proprio, & in castitate: tum ex eo, quòd in eadem regula continetur sia: Finito ve-

ro anno probationis recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam istam semper & regulam obseruare: tum etiam, quia in fine ipsius regulæ continentur hæc verba: Paupertatem, & humilitatem, ac sanctum Euangelium Domini nostri Jesu Christi, quod firmiter promisimus, obseruemus. Licet fœlicis recordationis Gregorius Papa nonus prædecessor noster hunc articulum, & nonnullos alios eiusdem regulæ declarauerit: quia tamen eius declaratio propter aliquorum insurgentium in fratres & regulam inordinatos vel mordaces insultus, & multorum postea emergentium casuum considerãdos euentus, in aliquibus obscura, in aliquibus semiplena, & in multis etiam contentis in ipsa regula insufficiens videtur: Nos obscuritatem, ac insufficientiam huiusmodi, præfatæ interpretationis declaratione amouere volentes, & cuiuslibet ambiguitatis scrupuli in eisdem de singulorum mentibus plenioris expositionis certitudine amputare: Dicimus, quòd cum in principio regulæ non absolute, sed cum quadam modificatione, seu specificatione ponatur: Regula & vita Minorum fratrum hæc est: scilicet Domini nostri IESV CHRISTI sanctum Euangelium obseruare, viuendo in obedientia, sine proprio, & in castitate: quæ tria eadem regula multum arcte prosequitur, & nihilominus alia nonnulla subnectit præcipiendo, prohibendo, consulendo, monendo, hortando, & sub alijs verbis ad aliquem modorum reducibilibus prædictorum, de intentione regulæ liquere valet apertius, vt illud quod in professione quasi absolute subnecti videtur, promittentes vitam istam semper & regulam obseruare; & quod in fine subiungitur: & sanctum Euangelium Domini nostri Iesu Christi, quòd firmiter promisimus, obseruemus: totum ad ipsius regulæ modificatum, vel determinatum, seu specificatum principium reducatur: videlicet ad obseruantiam Euangelij, vt prædicitur, per ipsam regulam in illis tribus modificatã, uel determinatam, seu specificatam: Cum non sit verisimile ipsum sanctum verbum ab ipso semel cum quadnm modificatione, vel determinatione, seu specificatione prolatum, licet quasi succinctorie repetitum, voluisse in sui repetitione data sibi per eum modificatione, seu specificatione sine certa causa carere; Et vtriusque iuris argumenta nos doceant, † ea, quæ in principio ad medium, & ad finem: illa vero quæ in medio, ad finem atque principium, & ea quæ in fine, ad vtrumque, vel eorum alterum sæpe referri. Et dato, quòd absolute diceretur: omnino promitto sanctum Euangelium obseruare: cum † professor huiusmodi intenderet se ad omnem cõsiliorum obsernantiam obligare (quod vix aut numquam posset ad litteram obseruare, propter quod talis promissio illaqueare professitentis animum videretur:) Clare videtur promissionem huiusmodi ad alium intellectum absque intentione promittentis non debere perstringi, nisi vt obseruantia Euangelij sic sicut tradita reperitur à Christo, videlicet, quòd præcepta vt præcepta, & consilia vt consilia à promittentibus obseruentur. Quem intellectum etiam in eisdem uerbis habuisse idem beatus Franciscus in serie sui processus in regula patenter ostendit: cum aliqua Euangelica consilia indicat ut consilia sub uerbis monitionis, exhortationis & consilij; nonnulla vero sub prohibitione ac verbo præcepti: per quod patet, quòd non fuit loquentis intentio, † quòd frates ex professione huiusmodi regulæ ad omnia consilia, sicut ad præcepta Euangelica tenerentur: sed solum ad illa consilia, quę in eadem regula prœceptorie uel inhibitorie, seu sub uerbis æquipollentibus sunt expressa. Vnde nos ad fratrum eiusdem ordinis conscientias plenarie serenandas: Declaramus, quòd ex professione eiusdem regulę fratres ipsi ad ea tantum Euangelica obseruanda consilia sunt astricti, quę in ipsa regula prœceptorie uel inhibitorie, seu sub uerbis æquipollentibus exprimuntur. Ad nonnulla uero alia per Euangelium data consilia eò magis secundum exigentiam sui status tenentur plusquã cęteri Christiani, quò per statum perfectionis, quem per professionem huiusmodi assumpserunt, se obtulerunt Domino holocaustum medullatum per contemptum omnium mundanorum. Ad omnia autem, quę in ipsa regula continentur, tam præcepta, quàm consilia, quàm cætera; ex uoto professionis huiusmodi non aliter tenentur, quã eo modo, quo in regula ipsa traduntur, ut scilicet teneantur ad eorum obseruantiam, quæ in eadem regula ipsis sub uerbis obligatoriis indicuntur. Cęterorum uero obseruantiam, quę sub uerbis monitoriis, exhortatoriis, informatorijs, & instructorijs, seu quibuscumque alijs continentur, eatenus magis condecet de bono & æquo eos profe-

Declaratio regulæ sancti Francisci

† al. ita, ne n professor, &c.

An Cordigeri sint obligati ad obseruationem oĩum cõsiliorũ Euãgelii.

† Ecce ex verbis colligit intẽtio. Fon.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fratres Minores nō possint habere aliquid proprii.

qui, quò imitatores tanti patris effecti, Christi semitas elegerunt.

¶ Porro cum ipsa regula expresse contineat, quòd fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem: sitque declaratum per eundem prædecessorem nostrum Gregorium nonum, & nonnullos alios hoc seruare debere, tam in speciali, quàm etiam in communi: quam sic arctam abdicationem venenosis obtrectationibus aliquorum insensata damnauerit astutia: ne fratrum eorundem perfectionis claritas in talium imperitis sermonibus laceretur. Dicimus, quòd abdicatio proprietatis huiusmodi omnium rerum, non tam in speciali, quàm etiam in communi propter Deum meritoria est, & sancta: quam & Christus viam perfectionis ostendens, verbo † docuit, & exemplo firmauit: quamque primi fundatores militantis Ecclesiæ prout ab ipso fonte hauserant, volentes perfecte viuere, per doctrinæ, ac vitæ exempla in eos deriuarunt.

† Vide extraua. Io. 22. incip. quia quorundā tit. de verb. signif. & Turre. in sum. de ecc. li. 2. c. 112 ad 2. argum.

¶ Nec his quisquam putet obsistere, quòd interdum dicitur Christum loculos habuisse: nam sic Iesus Christus, cuius perfecta sunt opera, in suis actibus viam perfectionis exercuit, quòd interdum infirmorum imperfectionibus condescendens, & viam perfectionis extolleret, & imperfectorum infirmas semitas non damnaret: sic infirmorum personam Christus suscepit in loculis: & sic in nonnullis aliis infirma humanæ carnis assumēs (prout Euangelica testatur historia) non tantum carne, sed & mente condescendit infirmis. Sic enim humanam naturam assumpsit, quòd in suis operibus perfectus existens, in nostris factus humilis, in proprijs permansit excelsus. Sic & summæ charitatis dignatione ad actus quosdam nostræ imperfectioni conformes inducitur, quod à summæ perfectionis rectitudine non curuatur. Egit namque Christus & docuit opera perfectionis. Egit etiam infirma, sicut interdum & in fuga patet, & loculis: sed vtrumque perfecte perfectus existens, vt perfectis & imperfectis se viam salutis ostenderet, qui vtrosque saluare venerat: qui tandem mori voluit pro vtrisque.

† al. error nex.

¶ Nec quicquam ex his insurgat erroneum, † quòd taliter propter Deum proprietatem omnium abdicantes, tanquam homicidæ sui, vel tentatores Dei viuendi discrimini se committant. Sic † enim seipsos cōmittant diuinę prouidentiæ in viuendo, ut viam non contemnat prouisionis humanæ: quin vel de ijs, quæ offeruntur liberaliter, vel de ijs, quæ mendicantur humiliter, vel de ijs, quæ conquiruntur per laboricium, sustententur: qui triplex viuendi modus in regula prouidetur expresse. Profecto si (iuxta promissum Saluatoris) nunquam deficiet fides Ecclesiæ: per consequens, nec opera misericordiæ subtrahentur: † ex quo Christi pauperibus omnis ratio diffidentiæ cuiuslibet videtur esse sublata. Et quidem vbi (quod non est aliquatenus præsumendum) hæc cuncta deficerent, sicut nec cæteris, ac, nec ipsis fratribus iure poli in extremæ necessitatis articulo ad prouidendum sustentationi naturæ via omnibus extrema necessitate detentis concessa præcluditur: cum ab omni lege extrema † necessitas sit exempta: nec talem abdicationem proprietatis omnimodæ, renunciationem vsus rerum, cuiquam videatur inducere: nam cum in rebus temporalibus sit considerare pręcipuum, proprietatem, possessionem, vsumfructum, ius vtendi, & simplicem facti vsum, & vltimo tanquam necessario egeat, licet primis carere possit vita mortalium: nulla prorsus potest esse professio, quę à se vsum necessariæ sustentationis, excludat: verum condescendens fuit ei professioni, quę sponte denouit Christum pauperem in tanta paupertate sectari, omnium abdicare dominium, & rerum sibi concessarum necessario vsu fore contentam.

† Immo patent tali cōpulsi officio indebitā eleemosynā facere. Glo. ad. c. 1. de iudic. c. sæpe. de cens. Abb. c. 1. de empt. & uend. Sil. † De cōsec. dist. 4. c. 1. Host. & Ioan. de eo. tit. Ioan. Andr. cum. de reg. iur. Fons.

Nec per hoc, quòd proprietatem vsus & rei cuiusque dominium à se abdicasse videtur, simplici vsui omnis rei renunciasse conuincitur: qui inquam vsus non iuris, sed facti tantummodo nomen habens, quod facti est tantum, in vtendo prębet utentibus nihil iuris; quinimo necessariarum rerum, tam ad vitę sustentationem, quam ad officiorum sui status executionem (excepto quod de pecunia infra subiungitur) moderatus vsus; sed secundum eorum regulam & veritatem omnimodam concessus est fratribus: quibus rebus fratres licite vti possent durante concedentis licentia, & iuxta id quod in prędicta serie continetur; Nec his obuiare dignoscitur, quod ciuilis prouidentia in humanis rebus humanè constituit; videlicet non posse usum, uel vsumfructum a domino perpetuo † separari: quod ne dominium dominis (semper abscedente vsu) redderetur inutile, temporalem vtilitatem tantum in constituendo prospiciens ista decreuit. Retentio namque dominii ta-

† Videtur hoc tenere Host. & Ioan. Andr. in cap. Quorundā. de verb. sig. in extraua. Ioan. 22. Fortasse. c. 2.

lium rerum cum concessione vsus facta pauperibus, non est infructuosa Domino; cum sit meritoria ad æterna, & professioni pauperū opportuna, quæ tanto sibi censetur vtilior, quanto commutat temporalia pro æternis. Profecto non fuit confessoris Christi regulam instituentis intentio; quinimmo contrarium in ipsa conscripsit, contrarium viuendo seruauit: cum & ipse temporalibus ad necessitatem vsus fuerit, & in pluribus locis in regula vsum talem licere fratribus manifestet. Dicit namque in regula, quòd clerici faciant diuinum officium, ex quo habere poterunt Breuiaria: ex hoc patenter insinuans, quòd fratres sui habituri essent vsum Breuiarij, & librorum, qui sunt ad diuinum officium opportuni. In alio quoque capitulo dicitur, quòd Ministri & Custodes pro necessitatibus infirmorum, & alijs fratribus induendis, per amicos spirituales sollicitam curam gerant secundum loca & tempora, & frigidas regiones: sicut eorum necessitati viderint expedire. Alibi etiam exhortans fratres per congruum laboris exercitium ad otium euitandum: dicit, quòd de mercede laboris pro se & suis fratribus corporis necessaria recipiant.

In alio quoque capitulo continetur, quòd fratres vadant pro eleemosynis confidenter. Haberur † etiam in eadem regula, quòd in prædicatione, quam fratres faciunt, sint examinata & casta eorum eloquia ad vtilitatem & ædificationem populi: annuntiando eis vitia, virtutes; pœnam & gloriam. Sed constans est, quod hęc præsupponunt scientiam: scientia requirit studium: exercitium vero studij conuenienter haberi non potest sine vsu librorum. †

† Liber. de pau. Ex quibus omnibus satis claret ex regula: ad victum, vestitum, diuinum cultum, & sapientiale studium, necessarium rerum vsum fratribus esse concessum.

Patet itaque sane intelligentibus ex prędictis regulam quo ad abdicationem huiusmodi, non solum obseruabilem, possibilem & licitam: sed meritoriam & perfectam: & eo magis meritoriam, quo per ipsam professores ipsius magis a temporalibus propter Deum (sicut præceditur) elongantur.

¶ Ad hæc cum fratres ipsi nihil sibi in speciali acquirere, vel eorum ordini possint, etiam in communi, & cum aliquid propter Deum ipsis offertur, conceditur, vel donatur, ea (si secus non exprimat) offerentis, concedentis, vel donantis, verisimiliter creditur intentio, vt rem huiusmodi oblatam, concessam, vel donatam perfecte concedat, donec auferat, a se abdicet, ac in alios transferre cupiat propter Deum: nec sit persona, in quam loco Dei congruentius huiusmodi rei dominium transferat, quam sedes præfata, vel persona Romani Pontificis Christi Vicarij, qui pater est omnium & fratrum Minorum nihilominus specialis: Ne talium rerum sub incerto videatur esse dominium: cum patri filius suo modo, seruus domino, & monachus monasterio res sibi oblatas, concessas vel donatas acquirant: omnium vtensilium & liberorum, ac eorum mobilium præsentium & futurorum, quæ & quorum vsumfructum, scilicet ordinibus vel fratribus ipsis licet habere, proprietatem & dominium † (quod & felicis recordationis Innocentius Papa quartus prędecessor noster fecisse denoscitur) in nos & Romanam Ecclesiam plene & libere pertinere hac præsenti constitutione in perpetuum valitura sancimus.

† De hoc dominio vide extraua. Io. xxij. Incip. Ad cōditorem. canonū. tit. de verbo. sig. & extrauag. Quorūdā eod. titu.

¶ Prętera loca empta de eleemosynis diuersis, & oblata, seu concessa fratribus sub quacunque forma verborum (licet fratres sibi cauere debeant, quòd huiusmodi verbis statui suo incompetentibus non vtantur) a diuersis seu pro in diuiso possidētibus, seu certas partes in ipsis locis habentibus, in quibus ipsi possidentes pro indiuiso, seu certas partes habentes, nihil sibi in oblatione seu concessione huiusmodi reseruarint: similiter, & in ius & dominium ad proprietatem nostram & Ecclesiæ prædictę eadem auctoritate suscipimus. Loca vero seu domos pro habitatione fratrum à singulari persona, vel collegio, vel ipsis fratribus ex integro concedenda, seu etiam offerenda (si talia de voluntate conferentis fratres inhabitare contigerit) perseuerante tantum voluntate concedentis inhabitent. Ac illa libere, præter ecclesiam & oratoria ad ecclesiam destinata, & cœmeterium (quæ tam ad præsentia quàm ad futura in ius & proprietatem nostram, & prædictæ Romanæ Ecclesię simili modo, & auctoritate recipimus) mutata concedentis voluntate, ac ipsis fratribus patefacta dimittant: in quorum locorum dominio seu proprietate nihil nobis vel præfatę Romanæ Ecclesię retinemus omnino: nisi ea specialiter de nostro, seu ipsius Romanæ ecclesiæ recipiantur

Universidad de Deusto
Biblioteca

capiantur assensu, & si in eisdem locis reseruauerit dominium sibi in concedendo concedens prꝛeter inhabitationem fratrum, speciale
† al. tale. † qominium in ius Ecclesiæ sæpedictę non transeat, sed potius plene liberum maneat concedenti.

¶Insuper nec vtensilia, nec alia prꝛeter eorum vsum ad necessitatem & officium sui
10 status executionem (non enim omnium rerum vsum habere debent, vt dictum est) ad vllam superfluitatem, diuitias, seu copiam, quæ deroget paupertati, vel ad thesaurizationem, vel eo animo vt ea distrahant siue vendant, recipiant, nec sub colore prouidentiæ in futurum, nec alia oc-
20 casione: quinimmo in omnibus appareat in eis quo ad dominium omnimoda abdicatio, & in vsu necessitas. Hoc autem secundum exigentiam personarum & locorum, Ministri & Custodes simul & separatim in suis administrationibus & custodijs cum discretione disponant: cum de talibus interdum personarum qualitas, tem-
30 porum varietas, locorum conditio, & nonnullę aliæ circunstantiæ plus minusve, ac aliter prouideri requirant. Ista tamen sic faciant, quòd semper in eis & eorum actibus paupertas sancta reluceat: prout ipsis ex eorum regula inuenitur indicta.

¶Cęterum cum in eadem regula sit sub
40 præcepti districtione prohibitum, ne fratres recipiant per se vel per alios, denarios, vel pecuniam vllo modo: idque fratres in perpetuum seruare cupiant, & velut iniunctum necesse habeant adimplere: ne ipsorum puritas in huiusmodi obseruatione præcepti maculetur in aliquo, & ne
50 fratrum conscientiæ aliquibus aculeis stimulentur; Articulum istum propter detrahentium morsus profundius quam nostri prædecessores fecerint, assumentes, ac ipsum clarioribus determinationibus prosequentes: Dicimus in primis, quod fratres ipsi a mutuis contrahendis abstineant, cum eis
60 mutuum contrahere (ipsorum statu considerato) non liceat; † possint tamen ipsis pro satisfactione facienda pro eorum necessitatibus, quę pro tempore occurrerint (cessantibus eleemosynis, de quibus satisfieret commode tunc non posset) circa cuiuslibet obligationis vinculum dicere quòd per eleemosynas & alios amicos fratrum ad solutionem huiusmodi faciendam intendant fideliter laborare. Quo casu procuretur a fratribus, quòd ille qui dabit eleemosynam, per se vel per alium non nominandum ab ipsis, si fieri poterit: Sed ab eo potius iuxta suum beneplacitum assumendum, huiusmodi satisfactionem faciat in totum vel in partem, prout sibi Dominus inspirabit. Si tamen ipse hoc nollet facere, vel non posset, vel quia recessus eius immineat, aut quia quibus hoc velit committere notitiam non habet fidelium personarum, seu quacunque alia occasione vel causa: declaramus & dicimus, quod in nullo regulę puritas infringitur, aut quomodolibet ipsius obseruantia maculatur, si fratres ipsi alicuius vel aliquorum sibi curent dare notitiam, vel aliquos seu aliquem nominare, aut etiam prꝛesentare, cui vel quibus, si eleemosynam facienti placuit, committi possit executio prædictorum; ac ipsius habeatur assensus super subrogationibus infrascriptis: Ita tamen, quòd penes ipsum dantem, dominio, proprietate, ac possessione ipsius pecuniæ, cum libera potestate reuocandi sibi pecuniam ipsam semper vsque ad conuersionem ipsius in rem deputatam, plene, libere, ac integre remanentibus, in ipsa pecunia nihil omnino fratres iuris habeant, nec administrationem, seu dispensationem, nec contra personam nominatam vel non nominatam ab eis, cuiuscunque conditionis existat in iudicio, vel extra, actionem, persecutionem, aut aliquod aliud ius intentent, qualitercunque persona prædicta in commissione huiusmodi se habeat: licet tamen fratribus suas necessitates innuare ac specificare vel exponere personę prędictę, ac eam rogare quod soluat. † Possint etiam personam eandem exhortari ad inducere, quod fideliter in re commissa se habeat, & animæ suæ saluti in commissa sibi executione prouideat: Ita tamen, quod ab omni eiusdem pecuniæ administratione seu dispensatione, & contra prædictam personam actione seu persecutione (vt prędictum est) fratres abstineant omnimodo. Si vero personam huiusmodi nominatam, vel non nominatam a fratribus (quo minus per se possit exequi quod prędicitur) contigerit per absentiam, infirmitatem, voluntatem, seu locorum distantiam, ad quæ ipsa nollet accedere, in quibus esset solutio seu satisfactio facienda, vel per occasionem aliam impediri, liceat fratribus cum conscientiæ puritate quãdam aliam personam subrogandam ad prædicta in commissa in nominando, & alias (si ad primum

† Quia ibidẽ meo sit tuum, ꝙ prono mẽ fratri Minori non conuenit & hãc prouisionẽ, circa pecuniã peprobat. clem. exiui. ibi vide a §. Porro vsque ad §. Proinde. Fon.

† Quõ probãt illa, de Bar. in l. ciuitas. ff. si cert. pet. Doctores Authen. hoc ius potrectũ. C. de sacrosanct. eccle. Font.

primum dantem non possint vel nolint habere recursum) cum ista persona facere, sicut supra proxima declarauimus eis licere cum prima. Duarum enim personarum ministerium per viam subrogationis (vt dictum est) communius & generalius videtur posse in prædictorum executione sufficere: cum prædicta satisfactio præsumatur posse celeriter expediri. Si tamen (vt interdum dictum est) propter locorum distantiam, in quibus esset satisfactio facienda, & conditiones seu circũstantias alias, casus emergeret, in quo videretur plurium personarum subrogandarum ministerium opportunum: liceat ipsis fratribus in hoc casu iuxta negotii qualitatem (seruato modo prædicto) plures personas assumere, nominare, seu prꝛesentare ad istud ministerium exequendum.

¶ Et quia oportet & expedit fratrum necessitatibus, non solum illis pro quibus iam esset solutio seu satisfactio facienda (vt superius proxime dictum est) sed etiam imminentibus siue tales necessitates ingruentes immineant, quæ breui tempore expediri valeant, siue tales (licet paucæ comparatiue) quarum prouisio ex sui conditione necessario tractum temporis habet, vt in libris scribendis, ecclesijs seu ædificiis ad vsum habitacionis ipsorum construendis, libris & pannis in locis remotis emendis, & aliis similibus, si quæ occurrerint, cum moderamine suprædicto salubriter prouideri.
Sic in istis necessitatibus clare distinguimus: sic in eis fratres posse tute & salua conscientia procedere declaramus: uidelicet ut ingruenti uel imminenti necessitate, quæ breui tempore, uel quæ interdum ex aliquibus circunstantis non sic breui (vt supra in proximo casu dictum est) ualeat expediri, tã quòd dantem eleemosinam, quàm quò ad nominatum uel substitutum, in omnibus & per omnia (sicut in articulo solutionis pro necessitatibus prꝛeteritis faciendæ supra proxime declarauimus) procedatur.
In ea uero necessitate quantumcunque prꝛesentialiter ingruenti, quæ tamen ex qualitate sui (vt prædicitur) tractum temporis habet annexum: † quia in eo casu uerisimile est, quòd tum ratione distantiæ locorum, quæ expeditio necessitatis ipsius ex sui conditione requireret: tum etiam circunstantiarum ipsius necessitatis ratione pensata, frequenter casus accideret: in quibus ad expeditionem necessitatis huiusmodi oporteret quòd per diuersas manus & personas transiret pecunia necessitati huiusmodi deputata: quarum omnium personarum impossibile quasi esset dominum principalẽ pro ipsa necessitate pecuniam deputantem, seu etiam substitutum ab eo, & tertium etiã ab ipso substituto (si casus talis accideret) postea subrogatum, habere notitiam: declaramus & dicimus, quòd in hoc articulo, prꝛeter dictos duos modos in necessitatibus prꝛeteritis & ingruentibus, quæ possint breui tempore, uel interdum non breui (ut supra exprimitur) expediri (ut prædiximus) obseruandos, ad obseruandam ipsius regulæ, ac professorum eius omnimodo puritatem:
Quod si prꝛesto sit eleemosinæ huiusmodi elargior, uel eius nũtius, qui possit hoc facere & uelit: expresse illi prædicatur a fratribus, quòd sibi placeat (ut dominio talis pecuniæ cum libera potestate reuocandi sibi pecuniã ipsam, penes ipsum semper usque ad conuersionem † ipsius in rem deputatam libere remanere, ut in aliis duobus casibus superius dictum est) per quoruncunque manus pecunia seu eleemosina ipsa tractetur, siue personas ab eo uel a fratribus nominatas, totum suo consensu, uoluntate ac auctoritate procedat; quo assensum suum prębente prædictis, secure fratres re empta uel acquisita de illa pecunia, per quemcunque (iuxta modum annotatum superius) uti possint.

¶ Ad maiorem autem prædictorum omnium claritatem, hac in perpetuum ualitura prouisionis serie declaramus, quòd fratres (præfatis modis, ut prædicitur, circa pecuniam in supportandis eorum prꝛeteritis & ingruentibus necessitatibus obseruatis) non intelligantur nec dici possint per se uel per interpositam personam pecuniam recipere contra regulam, uel professionis sui ordinis puritatem: cum manifeste pateat ex prꝛemissis, ipsos fratres non solum a receptione, proprietate, dominio siue usu ipsius pecuniæ: uerum etiam a contractatione qualibet ipsius, & ab ea pecunia penitus alienos.
In eo uero casu, quando (antequam ipsa pecunia in licitum rei habendę uel utendę cõmercium sit conuersa) concedentem pecuniã mori contigerit, si concedens in concedendo dixerit uel expresserit, quòd persona deputata pecuniam ipsam in necessarium usum fratrũ expenderet, quicquid de ipso concedente uiuendo uel moriendo contingeret, siue concedens huiusmodi hæredem reliquerit, siue

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non: possint fratres ad personam deputatam (non obstante concedentis morte, vel hæredis contradictione) pro ipsa pecunia expendenda recurrere, † sicut poterant ad ipsum dominum concedentem.

† Obseruatis modo & forma. §. ita tamen. ff. eo Fon.

Quia vero puritatem ipsius ordinis intima cordis affectione zelamus: cum in prædictis casibus ad determinatam necessitatem (vt prædicitur) per aliquem pecuniam concedi contigerit, concedens pecuniam rogari possit a fratribus, quòd si quid de pecunia ipsa (habita necessitate determinata) supererit, cõsentiat ipse concedens, quòd residuum præfatæ pecuniæ in res alias pro aliis ipsorum fratrum prædictis necessitatibus cõuertatur: quo non consentiente prædictis, ipsum residuum (si quod fuerit) restituatur eidẽ. Caueãt tamen fratres, ꝙ sollicite se coaptent, ut non plus scienter concedi consentiant, quam veri similiter æstimari possit rem necessariam, pro qua pecunia ipsa conceditur, valituram.

† Alita: Et quia in prædictorum

Et quia † prædictorum seriosa expositione a dante uel recipiente de facili posset errari, vt clarius vtilitati dantium, puritati ordinis, simplicitati aliquorum simplicium, saluti animarum hinc inde securius consulatur: intellectum illum, qui satis in hoc casu a sane intelligente percipitur, ꝙ præsentis ac in æternũ ualituræ constitutionis serie Iucidamus: uolentes illum ad communem deduci notitiam videlicet, quod semper quando pecunia fratribus ipsis mittitur uel offertur (nisi expresse per mittentem uel offerentem aliud exprimatur) prædictis modis prorsus oblata intelligatur & missa. Non enim uerisimile est aliquem eleemosinæ suæ sine expressione modum illum præfigere, per quem & donans merito, uel † illi, quorum necessitatibus intendit per donum huiusmodi prouideri, † uel effectu doni, uel suæ conscientiæ puritate fraudentur.

† Al. & illi.

† Al. pro uidere.

¶ Ad hæc, quia fratribus ipsis interdum in ultimis uoluntatibus sub diuersis modis non nulla legantur, nec expresse quid de his agẽdum sit, in regula uel prædecessorũ nostrorũ declarationibus continetur: ne in ipsis dubitari contingat in posterũ, prouidendo legãtibus, & fratrum conscientiis præcauendo: Declaramus, ordinamus & dicimus, ꝙ si testator modum secundũ quem fratribus eorum conditione inspecta) recipere non liceret, exprimat in legando, ut si legaret fratribus uineam uel agrum ad excolendum, domũ ad locandum, uel similia uerba in similibus pro

Legata fibi relicta an possint fratres? Minores agnoscere Vid S. ad nostram in cl. exiui. & quę ibi dicat Card. in sua gl. in verbo. Sęcło quæro & Bart. in suo tract Min. Fon.

ferret, aut modos similes in relinquendo seruaret: a tali legato & eius receptione per omnem modum fratres abstineant.

Si uero modum licitum fratribus in legando testator expresserit, ut si diceret: lego pecuniam pro fratrum necessitatibus expendendam, uel domum, agrum, vineam, & similia, ad hoc quod per certam personam uel personas idoneas distrahantur, pecunia de rebus ipsis accepta, in ædificia uel alia fratrum necessaria conuertatur: aut in legando similibus modis uel uerbis utatur.

In hoc casu illud in omnibus & per oĩa (consideratis eorum necessitatibus & moderaminibus supradictis) quantum ad fratres seruari decernimus, quod per nos est superius in concessis pecuniariis eleemosynis declaratum. Ad quæ legata soluenda tam hæredes testatorum, quam executores se liberales exhibeant: † Et etiam prælati & sęculares, qui bus de iure vel consuetudine prouisio ilta cõ peteret (cum expedierit) se ex officio suo promptos exhibeant ad pias uoluntates deficientium adimplendas. Nam & nos etiam per modos licitos, & fratrũ regulę congruos intendimus prouidere, quòd hæredum cupiditas legitimis iĉtibus feriatur: ne pia defunctorum destituatur intentio: ac ipsi fratres pauperes opportunis auxiliis non fraudentur: Si uero fratribus ipsis generaliter aliquid absque modi expressione legetur, in hoc legato sic indeterminate relicto, in omnibus & per omnia intelligi ac seruari uolumus, & in perpetuum præsenti constitutione iubemus, ꝙ supra in pecunia seu eleemosyna fratribus indeterminate oblata uel missa, uolumus ac expressius obseruari: uidelicet, ut sub modo licito fratribus intelligatur esse relictum, ita quòd nec legans merito, nec fratres ipsi effectu relicti fraudentur.

† Nota quod iudex in executione testamenti debet esse pius.

¶ Quia uero libros, & alia mobilia, quibus tam ordo quam fratres utuntur, quorum dominium (cum non sint dominii aliorum) ad præfatam Ecclesiam specialiter spectare dinoscitur, interdum contingit seu expedit utendi, uel etiam commutari, fratrum utilitatibus & eorum conscientiis prouidere uolentes, eadem auctoritate concedimus, ut commutatio talium rerum, & ad eas res, quarum usum fratribus licet habere, de Generalium & Prouincialium Ministrorum in suis administrationibus coniunctim uel diuisim auctoritate procedat, quibus etiam de dispositione usus talium rerum concedimus ordinare. Si

Si vero res huiusmodi æstimato pretio vendi contingat: cum fratribus ipsis per se vel per alium recipere pecuniam (regula prohibente) non liceat: ordinamus & volumus, ꝙ talis pecunia seu pretium recipiatur & expendatur in rem licitam, cuius vsum fratribus licet habere, per † procuratorem a præfata sede, vel à Carnali gubernationem per ipsam sedem gerenti eiusdem ordinis deputandum iuxta modum in superioribus necessitatibus præteritis & ingruentibus ordinatum. De vilibus † autem mobilibus vel parum valentibus liceat ex præsenti nostra concessione fratribus (pietatis seu deuotionis intuitu, vel pro alia honesta & rationabili causa) obtenta super hoc prius superiorum suorum licentia, iuxta quod inter fratres in generali vel in prouincialibus capitulis, tam de ipsis rebus vilibus seu parum valentibus, & earum valore, quam præfata licentia, scilicet a quibus & qualiter sit habenda, extiterit ordinatum, intra & extra ordinem alijs elargiri.

† Nota quod iudex in executione testamenti debet esse pius.

Licet † autem contineatur in regula, quod fratres habeant vnam tunicam cum caputio, & aliam sine caputio, & videri possit illa fuisse instituentis intentio, quod necessitate cessante pluribus non vtantur: declaramus, quòd possint fratres de licentia Ministrorum & Custodum coniunctim & diuisim in administrationibus sibi commissis, cum eis videbitur (pensatis necessitatibus & alijs circunstantijs, quæ secundum Deum, & regulam attendendę videntur) vti pluribus: nec per hoc videantur à regula deuiare, cum etiam in ipsa dicatur expresse, quòd Ministri & Custodes de infirmorum necessitatibus & fratribus induendis sollicitam curam gerant, secundum loca & tempora, & frigidas regiones. Et quamquam prædicta regula contineat, quòd de fratribus induendis & necessitatibus infirmorum Ministri tantum & Custodes sollicitam curam gerant: & diligentio illa, tantum, † adeo Ministros & custodes in hac cura perstringere videatur, ꝙ ab ea cæteros prima facie excludat; quia tamen sollicite considerare nos conuenit & tempus & regulę institutæ, quo frates isti ad comparationem præsentem numero pauci erant, & forsan Ministri & Custodes videbantur tunc ad ista procuranda posse sufficere; ac nihilominus multiplicationes fratrum & moderni temporis qualitatem; nec sit verisimile Beatum Franciscum institutorem regulæ vel ipsis Ministris & Custodibus impossibilitatis iugum voluisse præfigere vel ex ipsius impossibilitatis consequentia fratres ipsos suis necessitatibus velle carere: concedimus, quòd ipsi Ministri & Custodes possint per alios huiusmodi curę sollicitudinem exercere. Debent etiam & alij fratres curam huiusmodi, quę prefatis Ministris & Custodibus præcipue incumbit ex hac regula, cum sibi ab illis commissa fuerit, gerere diligenter.

Fratres Minores ad laborẽ teneanť. Et an religiosi matinib. operari teneanť vide omnino Bea. Tho. 2. 2. q. 187. arti. 3.

¶ Continetur quoque in regula, quòd fratres, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter & deuote; Ita quòd (excluso otio animæ inimico) sanctæ orationis & deuotionis spiritum non extinguant. Quia vero ex verbo isto fratres ipsos de otiositate vitæ, & de regulæ transgressione improbe notare interdum hactenus aliqui sunt conati: nos mursus huiusmodi nefarios reprimentes; Declaramus, quod confideratis verbis prædictis, & forma seu modo loquendi, sub quibus fratres ad huiusmodi exercitium inducuntur, non videtur ea fuisse instrumentis intentio, quod vacantes studio, vel diuinis officijs, & ministerijs exequendis, manuali labori seu operationi subijceret, vel ad hoc illos arctaret: Cum exemplo Christi & multorum sanctorum Petrum, labor isse spiritualis tanto illi præponderet, quanto quę sunt animæ, corporalibus præferuntur. Ad alios vero qui se in prædictis spiritualibus operibus non exercent, † nisi tales aliorum fratrum licitis seruitijs occupentur, (nec otiose viuant) verba prædicta declaramus extendi.

† Hoc est, nõ cõcionãtur ad plebẽ, nõ psallunt, nõ legũt. Font.

Nisi & tales tam excellentis & notabilis contemplationis & orationis existerent, quòd merito propter hoc non essent a tanto bono pro huiusmodi exercitio subtrahendi. fratres enim quicunque studio vel diuinis ministerijs non vacantes, sed aliorum fratrum studio, vel alijs diuinis officijs & ministerijs vacantium seruitijs inhærentes tantum, pro seruitijs eisdem cum ipsis quibus seruiunt, sustentari merentur; quod astruitur illa æqua lege, qua strenuus pugnator ille Dauid iusse decreuit, videlicet, quòd descendentium ad prælium, & remanentium ad saracinas, portio æquaretur.

Lib. 1. Rec. 30.

¶ Verum quia expresse continetur in regula, quod fratres non prędicent † in episcopatu alicuius episcopi, cum ab eo illis fuerint contradictum nos in hoc & deferentes regulæ, & nihilominus auctoritatem Apostolicæ

† Vide etiã Trid. sess. 5. de reform. c. 2. & sess. 24. de reform. c. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stolicæ plenitudinis conseruantes, dicimus, quòd prædictum verbum ad litteram sicut regula ipsa protulit, obseruetur: nisi per sedem Apostolicam circa hoc pro vtilitate populi Christiani sit concessum vel ordinatum aliud, vel in posterum concedatur, seu etiam ordinetur. Et quia in eodem capitulo regulæ immediate subiungitur, quòd nullus fratrum populo penitus audeat prædicare, nisi à Ministro generali fuerit examinatus, & etiam approbatus, ac ab eo prædicationis officium sibi sit concessum:

Nos & statum præteritum ipsius ordinis in paucitate sui, & modernum in ampliato fratrum numero, ac vtilitatem animarum (vt condecet) aduertentes: concedimus nedum Generalem examinare & approbare fratres prædicaturos in populis, ac illis concedere licentiam prædicandi, quatenus personæ idoneitatem & prædicationis officium licentia ipsa respiceret, prout in regula continetur: verum etiam Prouinciales Ministri hoc possint in capitulis prouincialibus cum Definitoribus, quod etiam hodie obseruari dicitur, & in fratrum priuilegijs contineri: quam quidem licentiam præfati Ministri reuocare & suspendere valeant & arctare, sicut quando id eis videbatur expedire. Sed quoniam in desiderijs nostris hoc geritur, vt ad Dei gloriam salus proficiat animarum: ac dicto ordini, per quem iugiter ad amorem diuinum affectio Christianæ religionis accenditur, meritum & numerus augeatur: concedimus & præsenti statuto firmamus, licere non solum Generali, sed etiam Prouincialibus Ministris, personas fugientes a sæculo in fratres recipere: quæ Ministrorum Prouincialium licentia per ipsum Generalem (sicut expedire viderit) possit arctari. Vicarij vero Prouincialium Ministrorum ex officio vicariæ licentiam hanc sibi nouerint interdictam; nisi per Ministros eosdem (quibus hoc posse committere Vicaris & alijs licere decernimus) hoc ipsis Vicarijs specialiter committatur. Caueant tamen ipsi Prouinciales, quòd hoc non indiscrete, non passim, sed sic considerate committant, vt illos quibus hoc committi contingerit, fidelibus consilijs fulciant, quæ omnia discrete procedant. Nec indifferenter omnes admittantur ad ordinem: sed illi tantum, qui suffragantibus eis litteratura, idoneitate, vel alijs circunstantijs possint vtiles esse ordini, sibique per vitæ meritum, ac alijs proficere per exemplum.

Ad ordinē B. Frācisci recipiēdi quales esse debeant.

¶ Insuper dubitantibus fratribus prędicti ordinis, an pro eo quòd in regula dicitur, vt decedente Generali Ministro, à Prouincialibus Ministris & Custodibus in capitulo Pentecostes fiat electio successoris, omnium custodum multitudinem oporteat ad generale capitulum conuenire: aut (vt omnia cum maiori tranquillitate tractentur) sufficere possit, vt aliqui de singulis prouincijs, qui vocem habeant aliorum, intersint: Taliter respondemus, vt scilicet singularum prouinciarum custodes vnum ex se constituant, quem cum suo Prouinciali Ministro pro se ipsis ad capitulum dirigant, voces aut vices suas committentes eidem. Quod etiam constituerint per seipsos, statutum huiusmodi duximus approbandum. Quod idem prædecessor noster Gregorius nonus in casu huiusmodi dicitur respondisse.

Ministri Gallię debent conuenire, & debent ibi eligi per conuentiones.

¶ Denique † quia continetur in regula supradicta, quòd fratres non ingrediantur monasteria monacharum, præter illos quibus à sede prædicta concessa fuerit licentia specialis: quamquam hoc de monasterijs paucarum monialium inclusarum fratres attentius intelligendum esse credideri, cum eorum sedes prefata curam habeat specialem, & intellectus huiusmodi per constitutionem quandam tempore regulæ datæ, vigente adhuc Beato Francisco, per Prouinciales Ministros fuisse credatur in generali capitulo declaratus: ijdem fratres certificari nihilominus postulauerunt, an hoc de omnibus generaliter, cum regula nullum excipiat, an de illis solum monalium excipiat, an de illis solum monasterijs monialium prędictarum debeat intelligi?

† Vide cōstitutionē Bonifacij octauj de reg. Monachorum.

Nos vtique generaliter id esse prohibitum de quarumlibet cœnobijs monialium respondemus: & nomine monasterij volumus claustrum, domos, & officinas interiores intelligi: pro eo quòd ad alia loca, vbi homines sæculares conueniunt, possunt fratres illi causa prędicationis vel eleemosynæ petendę accedere: ijs quibus id à superioribus suis pro sua fuerit maturitate vel idoneitate concessum, exceptis, seu pro prædictarum monasterijs inclusarum, ad quæ nulli datur accedendi facultas sine sedis eiusdem licentia speciali; quod etiam ipsum idem prædecessor noster Gregorius nonus, in eo casu dicitur respondisse.

† Francisci sanctę memorię cōfessor Christi

¶ Cęterum † sanctę memorię cōfessor Christi Franciscus mādasse dr̄ circa vlumum vitę suę cuius

(cuius mandatum, ipsius dicitur testamentum) quòd uerba ipsius regulæ non glossentur, & (vt uerbis vtamur eiusdem) quòd sic vel sic intelligi debeat, non dicatur: adiiciens quòd fratres nullo modo litteras aliquas ab Apostolica sede petant: & alia quædam interserens, quæ non possent sine multa difficultate seruari: propter quod fratres hæsitantes, an tenerentur ad obseruantiam testamenti prædicti, dubitationem huiusmodi per eundem prædecessorem nostrum Gregorium nonum petierunt de ipsorum conscientiis amoueri: qui (sicut asseritur) attendens periculum animarum, & difficultates, quas propter hoc possent incurrere, dubietatem de ipsorum conscientiis amouendo, dixit fratres ipsos ad ipsius mandati obseruantium non teneri: quod sine consensu fratrum & maxime Ministrorum, quos vniuersos taugebat, obligare nequiuit, nec successorem suum quomodolibet obligauit: cum non habeat imperium par in parem. Nos autem circa prædictum articulum nihil duximus innouandum.

¶ Ad † hoc a nonnullis prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus circa declarationem ipsius regulæ, & ipsam regulam contingentia, diuersas litteras intelleximus emanasse. Sed nec per hoc mordacium prædictorum contra regulam ipsam, & fratres quieuit insultus: nec per ipsas litteras statui fratrum prouidere † in multis in quibus de nouo vel aliter necessario prouidendum esse multorum postea casuum contingentium experientia indicauit. Nos itaque ne litterarum huiusmodi & prędictis constitutionis diuersitas uel intellectus aduersitas in prędictorum obseruatione fratrum animos perturbaret: & vt plenius, clarius, & certius eorum statui & obseruantiæ prædictæ regulæ consulatur in omnibus & singulis illis articulis, quos constitutio ipsa contnet, quamquam ipsi vel eorum aliqui contineantur in aliis litteris Apostolicis supradictis: Hanc nostram constitutionem, declarationem, seu ordinationem tantum a fratribus ipsis præcise ac inuiolabiliter decernimus perpetuis temporibus obseruandam.

† Francisc⁹ sanctas posuit bullā in tercia fol. 2 glosatis litteras Apostolicas ipsius ordinis

¶ Cum igitur ex prædictis & aliis per nos cum multa maturitate discussis, regula ipsa licita, sancta, perfecta, & obseruabilis, nec ulli patens discrimini euidenter appareat: illa & omnia suprascripta per nos statuta, ordinata, concessa, dispositi, decreta, declarata etiam, & suppleta, de Apostolicę potestatis plenitudine approbamus, confirmamus, & volumus existere perpetuæ firmitatis; in virtute obedientiæ districtæ præcipientes, quòd hæc constitutio sicut cæteræ constitutiones, vel decretales epistolæ legatur in scholis. Et quia sub colore liciti, nonnulli contra fratres ipsos & regulam, in legendo, exponendo, atque glossando possent dirum uirus suæ iniquitatis effundere: ac ipsius constitutionis intellectum ipsum in diuersas & aduersas sententias producentes suis adinuentionibus deprauare: & opinionum diuersitas, ac distorsio intellectus multorum pios animos posset inuoluere, & a religionis ingressu multorum corda subtrahere: talium detrahentium vitanda peruersitas cogit nos uiam ipsis ad prædicta præcludere, & certum procedendi modum hanc constitutionem legentibus præfinire.

Ex cōcatio fulminatur cōtra glossantes istam decretalē nō obstantibus quibuscunq; priuilegiis, cuius cōcationis absolutionē sibi papa reseruat.

¶ Itaque sub pœna excommunicationis & priuationis officii ac beneficii districte præcipimus, ut præsens constitutio cum ipsam legi contigerit, sicut prolata est, sic fideliter exponatur ad litteram: concordantiæ, contrarietates, seu diuersæ, uel aduersæ opiniones a lectoribus seu expositoribus nullatenus inducantur. Super ipsa constitutione glossæ non fiant (nisi forsan, per quas uerbum uel uerbi sensus, seu constructio, uel ipsa constructio quasi Grammaticaliter ad litteram uel intelligibilius exponatur.) Nec intellectus ipsius per legentem deprauetur in aliquo, seu distorqueatur ad aliud, quam littera ipsa sonat. Et ne secundum prędicta contra detractores huiusmodi oporteat vlterius laborare: uniuersis ac singulis cuiuscunque præeminentiæ, conditionis, aut status, districte præcipimus, ne contra prædictam regulam & statum fratrum prædictorum, seu contra præmissa per nos statuta, ordinata, concessa, dispositi, decreta, declarata, suppleta, approbata, & etiam confirmata, dogmatizent, scribant, determinent, prædicent, seu praue loquantur publice vel occulte. Sed si quid penes aliquem in his ambiguitatis emerserit, ad culmen prędictæ sedis Apostolicę deducatur, vt ex auctoritate Apostolica sua in hoc manifestetur intentio: cui soli concessum est in his statuta condere, & edita declarare.

¶ Glossantes vere in scriptis constitutionem ipsam aliter, quam eo modo, quem diximus: Doctores vero insuper & lectores dum docēt in publico, ex certa scientia & deliberatè intellectum constitutionis huiusmodi deprauantes, facientes quoque commentum, scripturas, seu

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRiuilegium.) Non diuiditur: quia pendet vsque ad vltimam dictionem.

CASVS. A sede Apostolica fuit concessum priuilegium quibusdam religiosis, uidelicet ꝙ fratres illius ordinis habitantes in cellis illius ordinis, vel ipsæ cellæ nō possēt excōmunicari uel interdici: dubitatur de hoc uocabulo, cella. inserto priuilegio: & qualiter accipiatur in materia priuilegii? Respondet quòd cella in hoc casu accipitur pro loco solitario segregato a communitate hominum; ideo si fratres illius ordinis haberent Prioratus in loco populoso, priuilegium suum non se extenderet ad tales religiosos, sed solum ad illos, qui habent cellas separatas a communi victu hominū. Nota primo ꝙ in materia priuilegiorum, per quę cōceditur exēptio religiosis habitātibus in cellis monasterii, appellationem cellæ veniunt solum modo loca solitaria: largo tamen modo accipiendo cellam, appellatione cellæ uenit parua camera, quam non debēt habere religiosi: immo debent comedere in eodem refectorio, & dormire in eodem dormitorio, & debent omnes esse in aperto, & dicitur cella a celando; quia unus religiosus non debet celari ab aliis nec occultari, & unus religiosus debet videre alios religiosos in dormitorio & refectorio.

Nota secundo optimum tex. ꝙ idem est dicere fratres, qđ monachi. vide de iudic. cām. Nota ulterius, ꝙ excōmunicatio & suspensio referūtur ad homines: interdictū ad loca. 11.q. 3 nemo episcoporum. de cle. excom. min. postulasti. 2. respon Io. Mona. & Ioan. and. Dominicus.

¶ Prima glossa summat.

a ¶ Priuilegium.) Exēptis cellis alicuiusmonasterii, quid appellatio cellę significet, hic ostendit.

† In isto versi not. ꝙ papa pōt sibi rebellantes excōicare & vltra adhuc aliter punire. Fon.

ras, seu libellos, ac ex certa scientia & deliberate determinantes in scholis, seu prædicantes contra prædicta, uel aliqua, seu aliquod prædictorum (nō obstantibus aliquibus priuilegiis, uel indulgentiis, aut litteris Apostolicis: quibuscunque dignitatibus, personis, ordinibus, aut locis religiosis uel sæcularibus generaliter uel singulariter sub quacunque forma uel expressione uerborum concessis, quæ nolumus aliquibus in præmissis quomodolibet suffragari) excōmunicationis sententiæ, quam nunc in ipsos proferimus, se nouerint subiacere: a qua per neminem nisi per Romanum Pontificem possint absolui. Insuper † tam istos, contra quos per nos excommunicationis est prolata sententia, quam alios (si qui fuerint) contra præmissa vel eorum aliquod uenientes, ad sedis memoratæ uolumus deduci notitiam: ut quos prouisus modus æquitatis nō arcet a vetitis, compescat rigor Apostolicæ vltionis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, ordinationis, concessionis, dispositionis, suppletionis, approbationis, confirmationis, & constitutionis, infringere, uel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Siriani, xviij. Calend. Septembris, Pontificatus nostri anno secundo.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Exemptis cellis alicuius monasterij: quid appellatio cellæ significet, hic ostendit. Ioann. And.

CAP. IIII.

PRiuilegium a monasterio tuo concessum, vt monachi, siue fratres in cellis ad monasterium ipsum spectantibus † habitantes, ab alio quam a Papa, uel eius legato b excommunicari, aut suspēdi, uel ipsæ cellę interdicto supponi non possint, non fratres in Prioratibus ecclesijs, seu capellis eiusdem monasterii commorantes, c aut ipsos Prioratus, ecclesias, vel capellas, ab ordinariorum iurisdictione in aliquo d sed residentes tantum in cellis, & cellas ipsas (hoc est e loca secreta f & solitaria, quę ab hominum separata conuictu g sunt ad contemplandum, h & Deo vacandum specialiter deputata) defendat.

¶ Idem.

¶ Priuilegiato aliquo ut possit conferre beneficia clericorum suorum: quòd appellatio clericorum suorum designet ostendit, Ioann. And.

(Glo. seq. soluit dubium.)

b Legato.) Intellige generaliter, sicut generaliter loquitur: ex quo aliud non exprimitur, & est simile qđ dixi. sup. eo. lib. de rescrip statutum. 1. respon. in gl. quia verbum.

c ¶ Commorantes.] Large loquitur: quia interdum sunt instituti perpetuo: interdum ad tempus, interdum ad solam moram ibi trahendam. de sta mo fratr. na. cap. 2. ad fi. sup. eo. lib. de temp. ord. cum nullus in fin. & de capel. mona. cap. vnico. sed quo ad casum nostrum non est curandum.

d ¶ In aliquo.] Tolle defendat, quod est in fin. & ireti repere, sed defendat tantum, &c.

e ¶ Hoc est.] Propter hoc facit ad t. talum nostrum de verb. sig.

ADDITIO. Alias locari potuisset g pro 2 i. vel sub tit de priuil Io. And.

[Glosl seq declarat textum.]

f ¶ Secreta & solitaria.] Cella dr a celando & occultādo, & sic hoc casu locus solitarius, & talem uitā debentes digni sunt coueniente honore. 16. q. 1. qui uere. & ad has cellas religiosi etiam Mendicantes de prælatoris licentia transeūt de rē. supra eo. lib. de in excel. præla. ca. unico. Alias aūt large sūmendo dicimus cellas quę sunt etiam 3. claustrū monasterii, unde ex tem monachi, dispensat abbas cum eo, ut habeat suā cellam extra cōe dormitorium, tamē infra monasterii septa. 20. q. 4. capit. vlt. & de talibus cellis hoc priuilegium intelligitur.

g ¶ Conuictu.] Id est communi victu.

a ¶ Imputari non debet. 1]Pone casum in eo qui debet appellationem prosequi infra annum: cui nõ imputatur si per eum non stetit. 2.q. 6. anteriorum. In eo qui debet promoueri ad sacerdotium infra annũ: cui non currit annus ipsi si iusto impedimento detentus promoueri non potuit. sup. eo. li. de elect. commissa. §. 1. In eo qui rem emit sub pacto legis commissoriæ, scilicet quod infra terminũ ꝗ pretium solutum non esset res foret inempta: & emptor in termino soluere volẽs si non habuit cui solueret, sibi non imputatur. ff. de lege commisso. l. lege commissoria. in fine. Alias incipit, si fundus lege commissoria. ad idem 44. dist. Ephesius. sup. de eo qui mit. in possess. 2. vbi de hoc. & facit. C. de condi. infer l. vlt. Et no. quòd dicit, per quem non stat: quia non sufficit velle, nisi ad opus procedat quãtum in eo est. sup. de eo qui mit. in possess. ca. 1. Impossibilitas ergo facti sicut a principio annullat obligationẽ supra eo. nemo potest: ita ex & post facto elidit, vt hic. Si tamen tenetur quis aliquid facere infra certum tẽpus, nec per eum stetit, licet non imputetur, tamẽ post b ¶ Celsus. Contra 5. de spon. sicut ff. de leg. 3. l. ea pus tenetur de do. & contuma. cũ dilecti. ff. de arbit. de impotentia protestetur. 3 quæst. 6. post appellationem. de hoc de appel. ca. vlti. & C. de iure emphy. l. 2. in fine. cum suis concord. Ad id quod dixi, ꝙ post tempus tenetur contra 5. de spon. sicut ff. de leg. 3. l. ea vt dixi sup. eo. nemo potest. Et concor. ad hanc regulã de elect. ca. vlt. vbi tempus datum ad eligendum non currit ei qui non põt eligere, nisi ex quo in mora fuit petendi licentiam. ad idem de concess. præben. quia diuersitatẽ. Quid dices 2 de eo qui sua culpa incidit in casum, ꝙ quem postea facere non potuit quod per eum fuerat faciendũ: Videtur primo quòd sibi sit imputandum: quia regulariter quis de casu tenetur qui sequitur culpam. 50. distin. sæpe, & cap. studeat. de ꝛta tis & qualit. ca. 1. & quod ibi no. & facit 86. distin. non sanct. cau. l. si mulier. vbi metus illum non excusat, qui sua culpa incidit in metum. In contrarium videtur ꝙ prædicta iura, de elect. ca. vlt. de concess. præben. quia diuersitatem. arg. de pig. significante. ibi, in captione, &c. de sponsa. veniens 2. Sed casus est specialis. Et dicit lex, ꝙ qui iniuriose vel libidinis cã inimici, vel mulieres fuerit ostã, si fures non ab eo inducti postea res aportent, non tenetur furti. ff. de fur. l. verum, & l. qui iniuriæ in prin. præterea deportatus, si non potuerit ꝓ curatorem dimittere, bene restituitur: & tamen culpa sua absens erat. ff. de mino. l. Papinianus. Item debitor propter inopiam excusatur cedendo bonis, etiam si sua culpa in illam inciderit. de solut. Odoardus ff. de dolo. nam his. Satis videtur dici posse, quòd imputandum sit illi propter iura primo inducta. Hinc etiã dicitur. ff. qui satisd. co. l. ũ fideiussor. vbi dicitur, ꝙ si reus non potest satisdationem dare vbi conuenitur, & in eius loco eiusdẽ prouinciæ dare velit, si satisdatio necessaria erat, audiendus est, si voluntaria nõ; quia ipse sibi necessitatem imposuit. ad idem. ff. si quis cau. l. 2. §. si quis tamen, vbi dicitur quòd qui in iudicio comparere debebat, si quid est, quod ei imputetur, tempestatẽ vel vim fluminis prętendere non poterit. ad hoc de elec. cum in veteri. Ad iura in contrarium inducta respondeo & dico, quòd decret. vlt. de ele. & decre. de concessio. præbend. quia diuersitatem. loquuntur de quadam pœna canonis prodita solum ℨ negligentes: vnde ibi culpa siue negligentia non punitur. hoc satis ꝓbat ipsa decret. quia. Vel dic, ꝙ si ex culpa imponitur aliqua pœna. vt suspẽsio, ut in ꝓdicta decret. qa, vel deportatio, ut in l. ꝓ apinianus, tunc culpa illa ulterius puniri non dẽt. ad hoc 13. q. 2. c. vlt. de iudi. at si clerici, aliàs. n. sequeretur quod suspensio idẽ esset qđ priuatio, & deportatio, idem quod bonorum ademptio: qđ esse non dẽt. [Vide quod dixi in prædicta decret. quia, super glo. sic patet, &c. quod dicam post Dyn. ℨ. eo. quod ob gratiam.] Ad decret. significante, dico, ꝙ forte sine culpa sua erat in captione, & ibi ẽt est alia ratio: s. quod primo pecuniam miserat per eum quẽ fidelem nuncium credebat. Ad prædict. l. verum, & l. qui iniuriæ, dico quod verum est, quod non tenetur furti: tñ conuentus de iniuria tenetur emendare damna per illos fures illata: quia qui occasionem damni, & c. de iniuri. & dam. dato. c. vlt. Ad hoc quod dicitur de inope, dico quòd impossibilitas casus hoc inducit.

REGVLA XLII.

ACCESSO-

¶ Idem.

deportatio, ut in l. ꝓ apinianus, tunc culpa illa ulterius puniri non dẽt. ad hoc 13. q. 2. c. vlt. de iudi. at si clerici, aliàs. n. sequeretur quod suspensio idẽ esset qđ priuatio, & deportatio, idem quod bonorum ademptio: qđ esse non dẽt. [Vide quod dixi in prædicta decret. quia, super glo. sic patet, &c. quod dicam post Dyn. ℨ. eo. quod ob gratiam.] Ad decret. significante, dico, ꝙ forte sine culpa sua erat in captione, & ibi ẽt est alia ratio: s. quod primo pecuniam miserat per eum quẽ fidelem nuncium credebat. Ad prædict. l. verum, & l. qui iniuriæ, dico quod verum est, quod non tenetur furti: tñ conuentus de iniuria tenetur emendare damna per illos fures illata: quia qui occasionem damni, & c. de iniuri. & dam. dato. c. vlt. Ad hoc quod dicitur de inope, dico quòd impossibilitas casus hoc inducit.

ACessorium. 3]Casus figuratur per c. de prudentia. sup. de dote post diuor. resti. in anti. Sed pro intellectu huius casus, est primo præsupponendum, ꝙ dos est accessoria ad matrimonium: quia non est dos sine matrimonio, licet posset esse matrimonium sine dote. Ponamus ergo ꝙ ego contraxi matrimonium cũ aliqua Berta in casu prohibito: quia ipsa erat mihi affinis, & istud ignorabamus: ipsa dedit mihi centum aureos in dotem: postea mulier fuit certiorata de impedimento, vnde accessit ad papam & impetrauit iudices delegatos ad cognoscendũ de isto impedimento affinitatis: istis iudicibus delegatis mandauit Papa, ut si eis conster de impedimento, separent matrimonium, non autem mandauit Papa, vt compellerent me ad restituendum sibi dotem, mulier in suo libello petiit separationem matrimonii & restitutionem dotis: Ego excipiendo proposui, ꝙ super restitutione dotis iudices delegati non possunt se impedire, cum rescripta delegatoria sint stricti iuris, & non extendantur ad alias res nõ expressas in scripto: Mulier replicabat ꝙ ipsi iudices poterant etiam cognoscere de dote: qa dos uenit accessorie ad matrimonium, & commissa causa super matrimonio videtur data commissio super dote: Dicitur ibi quod delegati poterunt se intromittere de matrimonio & de dote: quia dos uenit accessorie ad matrimonium, modo accessorium sequitur naturam sui principalis.

¶ Item põt casus figurari per l. non dubium C. de legi. & c. si diligenti. sup de foro compet. in antiq. dicitur in illa l. non dubium. quod ℨctus ℨ legem celebratus est nullus. Sed quid? ponamus quod in illo contractu interuenit iuramentum ad confirmandum contractũ: an valeat? Dicitur in illa l. quod non, quia iuramentum est accessorium ad contractum, & istud verum, quòd non valet talis contractus de iure ciuili: sed de iure canonico non est uerum indistincte, si illud iuramentum sit sine preiuditio salutis æternæ. c cum contingat. de iureiurando. in antiq.

¶ In capitulo, si diligenti, de foro ꝓpe. in anti. dicitur, ꝙ clericus non põt consentire in iudicẽ laicũ: nec prorogare eius iurisdẽnem ẽt de licentia sui proprii epi. Sed quid? ponamus quod aliquis clericus consensit litigare coram iudice sæculari, & iurauit seruare illum consensum, an valeat iuramentum? Dicitur ibi quod non: quia iuramentum est accessorium ad cõsensum, & accessorium sequitur naturam sui principalis.

3 Io. A. & phi. dicũt nõ obligatũ ad principale teneri ad accessoriũ, faciendo principalẽ attn ꝓtestatio limitat uoluntatem l. 2. ff si qs cau. Pe. de Anch. tenet cõtra

Universidad de Deusto
Biblioteca

[Prima glossa dicit vnde sumpta, & ponit exempla. Secundo signat & soluit sex ℨria. Tertio ponit quandam distinctionē Accur. & subdit duas cōcordantias.] a ¶ Accessorium.] Hęc regula sumpta est ex l. ff. eo. tit. cum principalis, & l. nihil dolo. §. cum principalis. pone casum in principali destructo: quia dī destructum & accessorium. 16 q. 7. & hoc dicimus. Item si causa principalis. ſ. matrimonii cōmittitur: sic & accessorii, ſ. dotis & dote post

ā Ibi gl. dicit ꝙ ecclesia nō cognoscet de dote principali ter per l. i ℨctib. i fi. C. de non nu. pec. c. ex tenore §. de foro cōp. Cāp. in 1. par. q. 90. tracta. de dote. 2 per quę iura patet, ut ēt dicit Dynus regulam locū habere, siue loquaſ de principali inducēdo, siue tollendo, siue cōfirmando. Io. And.

3 Qđ non militat in accessoriis legatis sicut institutione principali, ergo ſ principale, & ista est rō in iuſo accessorio. Hip. sing. 126.

diuorcii resti. de prudentia. 1 Ratio, vt dicit Io. Monachus, quia dos non potest esse sine matrimonio, licet matrimoniū possit esse sine dote: patet; quia dos accedit matrimonio. ff. de iure dot. l. 3. Item si non tenet contractus nec ipsius accessorium. C. de legi nō dubiū concor. de foro competen. si diligenti. de offi. dele. prudentiam §. fexta. in fi. de fide inſt. um inter dilectos. ad finem. ℨ eo. lib. de rescrip. ca. 1. & cap. penul. & de præbendis, ſuper eo Et optime p̄ decretale ℨ. eo. lib. de offic. deleg. si super gratia. vbi potestas executorum dato rum ad gratiam, non petit re integra morte concedēs, sicut nec gratia, vbi potestas illa accessoria est ad gratiā, & de præscript. cum ex officii. vbi sicut nō præscribitur visitatio, nec procuratio ratione visitationis debita. 2 Contra ℨ. de iureiur. debitores, & c. cū cōting at, vbi de hoc, & supra eod. lib. eo. tit. licet vbi tenet accessorium, & non principale Sol. illud pp animæ periculum, quod eueniret, si non seruaretur iuramentū & dic, vt in prædicta decretali. cum cōtingat. Item contra C. de episcopali audientia, Authen. liberi furiosi. vbi tenet legatum, & non testamentū, vel hæredis institutio. Solu. illud speciale in odiū filiorū, 3 qui contempserunt patrem, ut not. Ber. in præsticta de cretali, inter dilectos. Item ℨ. C. de luiti. pig. Intellige re vbi sublata personali, remanet hypothecaria. Sed

rium a naturam b sequi cōgruit principalis.

¶ Idem

QREGVLA XLIII.
Vi tacet, c consenti-

dic vt ibi: quia nō fuerat sublata personalis pacto, sed tpe, & personalis tollitur spatio trigin-a, hypothecaria spatio quadraginta annorū: Et ideo sublata personali tempore, adhuc remaner hypotecharia per decem annos C. de præscriptio. triginta annorū. Item notissimi. secus si pacto vel alio modo ut sup. dixi. Item contra. C. de prędi. minor. l. & si is, qui desierat esse curator, vendidit rem minoris, & sic non tenuerat vendi tio: valet tamen obligatio de euictione. Sol. licet non tenuerit venditio quo ad pupillum vel minorem, tenuittā quo ad illum curatorem olim: & ideo cū quo ad ipsum tenuerit principale, non mirum si tenet accessorium. Item contra C. si aduersus vendi. l. prima. & Auth. sacramenta. dic vt supra. Item ff. quibus modis vsufruct. amitt. l. quid tamen. in principio. & l. Græc. ff. de fideiussoribus l. generaliter. Sed illa sunt spalia. Item no. Accursius. C. de pactis l. pacta, quæ contra, & ff. ad legem Falcidiam, quod die bonis §. ſ. ꝙ in pactis quæ fiunt præter legem, tenet accessorium, & non principale, in his quæ fiunt ℨ m legem, vtrunque: in his quæ contra, neutrum. Concōrdat ad hanc regulā ff. de pecu. lega. l. 1. & 2. ubi dicitur quōd peremptio principali perimitur accessorium.

4 Hæc gl. ex nouella. Io. an. huc est translata.

b ¶ Naturam.) Regulæ 4 iuris ciuilis, vt uides super gl. & antiquæ concord non posuerunt hanc dictionē, quam tamen posuit noua decret si super, quam alleg. gio. Ioan. And.

QVi tacet.) Casus figuratur per c. nonne. ℨ. de præsump. hoc modo: dicitur ibi ꝙ Christus fuit a Iudæis de duobus interrogatus siue accusatus: Primo ꝙ erat Samaritanus: Secundo, ꝙ dęmonium habebat: Christus respondit ad vnum illorum: videlicet quod ipse dęmonium non habebat: de alio tacuit: an esset Samaritanus, nunquid videtur consentire quōd erat Samaritanus? est ibi textus quod sic.

Item potest casus figurari per l. 2. §. voluntate. ff. soluto matrimonio. Dī ibi ꝙ si filius familias ℨhit matrimonium ſ̄ aliquo constituta sibi certa dote, & fiat dissolutio matrimonii per mortem mariti, vel ꝙ repudium: ꝙ actio competens pro dote repetenda est communis patri & filiæ. Sed quid? Ponamus ꝙ pr̄ solus egit secundum te filia & tacēte: numquid filia vr̄ consentire? Est ibi textus ꝙ sic quia qui tacet, consentire vr̄. Qualiter aurē intelligatur ista

re videtur.

¶ Idem.

REGVLA XLIIII.
ISQVI d †

regula, habemus in regula sequenti, is qui.

[Prima glosſ. ponit exempla: secundo ponit septem effectus taciturnitatis, & remittit.

c ¶ Qui tacet.] pone casum 54. dist. si seruus 2. sup. de præsump. nonne. ff. soluto matrimonio. Secunda. Et nouus. ſ. eo. lib. de confeſ. si post præstitum. ff. solu. matrimonium. ff. de tribu. l. 1. §. scientiam. ff. de exer. l. 1. §. sed his. Prima regula fallit. 27. dist. c. 1. 54. dist. si seruus. 20. q. 2. c. 1. de præsum nonne 1. ℨ. de iur. calum. c. vlt in fin. 5. eo. lib. de confeſ. si post præstitum. ff. solu. matri. l. 2. §. voluntatem. ff. de lib. agno. l. 1. §. pœna. ff. de loc. item quæritur. §.

qui pro impleto, & ꝙ vbicunque tacitū pactū inducitur a lege. ff. de pact. qui in futurum. Secūda fallit in eo ꝙ tacet verbo, sed contradicit facto uel signo. 74 dist. ca. 1. Itē in epiſcopo qui tacet commonitus a vicinis epis, ꝙ habetur pro contumace. 65. distin. si forte. Item in his in quibus requiritur expressus cōsensus, vt in adulto q catechizat. de cōse. dist. 4. cum pro paruulis. & in seruitute imponenda. ff. de serui. vrb. prædi. l. 1. filius §. iniurium, & in furto. ff. de fur. qui vas. §. vetare. & in soluendo matrimonio. ff. de ritu nup. in eo iudicere. C. de testa. iubemus. item in casibus not. 2. q. 7. plerique. Quid ergo in his dicemus: nunquid tacens habebitur, p consentiēte, an pro ℨdicente? Sol. Dicunt quidam ꝙ regulariter tacēs habetur pro consentiente. facit ad hoc ℨ. de reg. prox. Fallit in casibus supradictis. vel die secundo ꝙ aut est tale factum quod fieri non pōt me prohibente. Pone casum 54. distin. si seruus. & ſ taciturnitas habetur pro cōsensu. Fallit in casib. supradictis, aut est tale ꝙ fieri pōt me ꝓtradicente. Pone casum. ff. de ℨhen. emp. rem alienam, & tunc taciturnitas non obest: nam dicit regula iuris: culpa caret qui scit, sed ,phibere non pōt. ff. eo l. culpa. secundum Ioā. qui hoc no. 17. distin. c. 1. & Ber. de præsump. nonne. Vel die tertio ꝙ in facto concupiſcibili, honorabili, & meritorio, taciturnitas habetur pro consensu, ut in primis iuribus. Et not. ff. manda. qui patitur. In facto autem non est concupiſcibile, honorabile, & meritorium, sed onerosum, necessarius est expressus consensus 2. siquidem ꝙ quis assumat ꝓcuratoris officium, ꝙ res sua curetur, ut in secundis iuribus secundum Inno. ꝙ hoc no. de elect. in Genesi. Et Ioā. Mo. in regula. qui tacet. Quod uerum puto, hoc addito, ꝙ vbi ius in pœnā statuit quem tacērem haberi pro consentiente uel confiteri si post prętiturn cum similibus. Concordat aūt ſ. 3, hic habebitur, licet factum sit onerosum, exempli fica per decre. de iura calum. c. vlt. in fi. & sup. eo. li. de confeſſ. si post prętiturn cum similibus. Concordat aūt ad hanc regulam lex. ff. communi diui. l. Sabinus. vbi ſocius patens habetur pro consentiente quantum ad hoc, quia non agit ad demolitionem, & sic quō ad hoc habetur pro cōsentiente: agit tamen ad interesse: & sic quō ad hoc habetur pro cōtradicēte, & ueritate cōsiderata tacēs non loquitur, & sic nec contradicere nec consentire videtur. Huius aūt uarietatē 4 videtes per solutiones superiores simul iunctas.

a ¶ Non faterur.] Nota 5 quia non dicit, non cōsentit. & sic non contradicit regula, qui tacet. super confeſſione. uel negatione non super consensu & dissensu fundatur. hæc regula, & regula iuris ciuilis: pp attinē tiam aūt, quā hēt cōfeſſio ad cōsensum, & negatio ad dissensum. glosſatores iuris ciuilis & nostri illam ma teriam adaptauerūt huic regulæ, quæ proprie spectat ad regulam, qui tacet, ubi etiam dixi. Io. And.

[Nouus 6.] Casus primo potest figurari per ca. si quis acceperit. 33. q. 1. Ponamus ꝙ aliquis Titius cō traxit matrimonium cū aliqua muliere corrupta: fuit longo tpe cū ista muliere: tractu tēporis mulier petiit separationem, dicendo quōd cupiebat effici ma ter, & procreare filios & filias, & quōd maritus eius nō erat potens ad coitum: Vir ecōtra dicebat, ꝙ immo

mulier est corrupta, & sic non potest cognosci ex aspectu corporis an fuerit cognita uel non. Ponamus ꝙ vir prima inspectione apparet potens ad coitum, quid tunc ps̄umemus? Respondetur quōd si maritus prima facie appareat potēs, ps̄umemus cognouisse vxorem: quia in obscuris præsumitur quod est verisimilius.

¶ Item potest figurari per cap. 1. de frigi. & malefic. in antiq. Si mulier dicit se virginē, illud faciliter potest ppendi ex inspectione corporis: quia deputabuntur aliquę matronæ mulieres honestę, quæ videbunt in locis, in quibus cognoscitur virginitas, an talis sit virgo an corrupta. Sed quando mulier dicit se corruptam ab alio, tunc pōt perpēdi ex inspectione viri, vtrum habuerit genitalia arida vel vtilia, & si vir hēt genitalia vtilia, tunc in dubiis præsumitur quōd eam cognouit.

¶ Item pōt casus figurari per c. inter dilectos, de fide instru. ubi erat contentio de nomine, cuius erat sigillum appositum in instrumento: ꝙ aliqua pars sigilli erat deleta: Dicebatur quod ī scriptura sigilli debebat esse Lotharius, & tamen non erat verisimile quōd inter l, & t, posset poni o, propter paruum spatium: Dicitur ibi quōd præsumptio est quōd debet esse i, quod occupat minorem locum, quia in dubiis inspicimus quod est verisimilius.

¶ Item potest figurari in filio dicēte se exhærdatum ex iniusta causa, & agente querelam contra testamentum patris, vt testamentum rumpatur, & redeatur ad cām intestati, si hæres scriptus dicat. filium ingratum, & filius dicit se gratum: q̄ritur, cui incumbit onus probandi? Certe in dubio præsumitur pro filio, ꝙ plerunque filii consueuerunt esse grati & obedientes parentibus pp affectionem sanguinis, & in dubio pręsumitur quod est verisimilius, ideo ista præsumptio transfert onus probandi in hæredem.

[Prima glosſa dicit vnde sumpta, ponit exempla, & remittit.]

b ¶ Inspicimus.] hæc regula sumpta est ex l. ff. eo. ti. l. in obscuris inspicimus. pone casum in vito, qui contra xit cum vidua, & longo tpe habitauit cum ea, illa dicit se incognitam: in hoc ubscuro præsumitur cognita, ꝙ est verisimilius. 33. q. 1 si ꝙs accepit Item cancellata uel obscurata littera nominis, præsumitur ibi illam litteram fuisse, de qua est verisimilius. de fide instru. inter dilectos. Item in dubio verisimile est filium iniuste exhæredatum. C. de inoffic. testa. Auth. non liceat parenti. Quia verisimile est, ꝙ ingratitudinem nō commisit, vt in hoc ad propositum. Hic autē repete quod dixi sup. eo. ti. in obscuris.

ADDITIO. Quæ est contra, cum dicat spectādum quod est minimum: & ibi soluitur: quæ solutio etiam patet ex textu. l. eo. ti. semper in stipulationibus, quem ibi uide. Io. And.

7 Dicit hic Io. A. ꝙ iuramētū Apostolici iuramentis seruare statuta, nō extēditur ad illa quibus litterę suę spāliter derogant.

cotem fecro. §. fi. ff. de pub & vectig. ex dignitate personæ. l. Titia ff. de aur. & arleg ex amore pso nę. l. si seruus plurīū. de l. 2. a cōsuetudine Dy. & rhyl.

REGVLA XLVI.
IS

ris quod est verisimilius, uel quod plerunque fieri consueuit.

¶ Idem.

REGVLA XLV.
INſpicimus b in obscu-

tacet, non fatetur a: sed nec utique negare uidetur.

¶ Idem.

matronæ mulieres honestę, quæ videbunt in locis, in quibus cognoscitur virginitas, an talis sit virgo an corrupta. Sed quando mulier dicit se corruptam ab alio, tunc pōt perpēdi ex inspectione viri, vtrum habuerit genitalia arida vel vtilia, & si vir hēt genitalia vtilia, tunc in dubiis præsumitur quōd eam cognouit.

¶ Item pōt casus figurari per c. inter dilectos, de fide instru. ubi erat contentio de nomine, cuius erat sigillum appositum in instrumento: ꝙ aliqua pars sigilli erat deleta: Dicebatur quod ī scriptura sigilli debebat esse Lotharius, & tamen non erat verisimile quōd inter l, & t, posset poni o, propter paruum spatium: Dicitur ibi quōd præsumptio est quōd debet esse i, quod occupat minorem locum, quia in dubiis inspicimus quod est verisimilius.

¶ Item potest figurari in filio dicēte se exhærdatum ex iniusta causa, & agente querelam contra testamentum patris, vt testamentum rumpatur, & redeatur ad cām intestati, si hæres scriptus dicat. filium ingratum, & filius dicit se gratum: q̄ritur, cui incumbit onus probandi? Certe in dubio præsumitur pro filio, ꝙ plerunque filii consueuerunt esse grati & obedientes parentibus pp affectionem sanguinis, & in dubio pręsumitur quod est verisimilius, ideo ista præsumptio transfert onus probandi in hæredem.

[Prima glosſa dicit vnde sumpta, ponit exempla, & remittit.]

b ¶ Inspicimus.] hæc regula sumpta est ex l. ff. eo. ti. l. in obscuris inspicimus. pone casum in vito, qui contra xit cum vidua, & longo tpe habitauit cum ea, illa dicit se incognitam: in hoc ubscuro præsumitur cognita, ꝙ est verisimilius. 33. q. 1 si ꝙs accepit Item cancellata uel obscurata littera nominis, præsumitur ibi illam litteram fuisse, de qua est verisimilius. de fide instru. inter dilectos. Item in dubio verisimile est filium iniuste exhæredatum. C. de inoffic. testa. Auth. non liceat parenti. Quia verisimile est, ꝙ ingratitudinem nō commisit, vt in hoc ad propositum. Hic autē repete quod dixi sup. eo. ti. in obscuris.

ADDITIO. Quæ est contra, cum dicat spectādum quod est minimum: & ibi soluitur: quæ solutio etiam patet ex textu. l. eo. ti. semper in stipulationibus, quem ibi uide. Io. And.

60 IS qui in ius 7.] Casus potest figurari p ca Eleutherius. 28. q. 2. & per c. dilecti. de foro cōpeten. in anti. Dicitur in c. Eleutherius, quod quædam mulier fundauit monasterium de licentia diœcesani in cuius diœcesi erigebatur monasterium, & ipsum dotauit redditibus: in die dedicationis ipsius monasterii inter episcopum & religiosos fuit facta conuentio, videlicet ꝙ oblationes quæ euenirent in festis dedicationis & martyrum, quorum reliqæ erant in monasterio, episcopus hēret mediam partē, & abbas & religiosi aliā mediam: Hoc facto, tractu temporis mortuus est abbas: succesſit alius abbas, qui noluit seruare illam conuentionem: Dubitatum fuit utrū ipse teneretur vti eo iure, quo vsus fuit prædecessor? Respōdetur quōd sic, per regulam huius textus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Item in c.dilecti.dicitur, Impetrauì aliquod rescriptum delegatorium ℨ te:antequam vterer meo rescripto, es mortuus:nunquid virtute rescripti potero facere cõuenire tuos hæredes? Dℨ ꝙ sic.nec obstat c.P.& G.de offi.deleg.in antiq. vbi dicitur ꝙ rescriptum delegatorium nõ extenditur ad personas in rescripto non expressas:quia illud intelligitur quãdo sunt omnino alienę personæ: secus si sint eædem pſonę vere vel iuris fictione.Et istud verum, quãdo rescriptum est impetratum cõtra aliquem expressum in rescripto: secus si solum esset comprehẽsus virtute clausulæ generalis, & quidam alii:quia tunc hæredes illorum comprehensorum in illa clausula generali non possent conueniri virtute clausulæ generalis illius rescripti.

[Prima gl.dicit vnde sumpta:ponit exempla: secundo ponit sex casus exceptos:tertio reddit rationem regulæ,dicens eam in priuilegio personali uel pacto locum non habere.]

1 al.incipit, si qs: sed litera,is qui, uenit sub bulla. Io. And.

a ¶ Is qui in ius 1.] Hęc regula sumpta est ex l.ff.eo.tit.qui in ius.& l.aliud.§.fi. & l.non debeo.] pone casum in pacto,quia eodem vtetur successor quo prædecessor 18.q.2.Eleutherius. Item conuenitur successor per rescriptum imperratum contra prædecessorẽ. sup. de foro cope.dilecti.de hoc de rescri.significauit.Item pone in hærede q̃ non vsucapit ꝙ non vsucapiebat defunctus.ff.de diuer.& temp. præscrip.l.cum hæres.ꝙ dic ut ibi sup.eod.cum quis in ius hæres enim successor est iuris.Hæc regula fallit.ff.de proba.l.Procula.vbi

2 Ratio est, ꝑsumi tur.n. fraus illa Procula fideicommissum, quod compensare potuisset cum testatore, cum hæredibus nõ compẽsat 2. Item fallit vbicunque morte defuncti cõfirmatur dotis debitũ quã pe titum remisisse. natio,ibi enim non pẽnitet hæres.C.fa.ercisc.un.l.filiq. item in casu ff.ad leg.Fal.reperitur.Item fallit in contuentionibus, vbi ex persona successoris mutatur forus,hinc est quòd clericus etiam in ciuilibus & patrimonialibus cõuenitur coram suo iudice.11.q.1. nullus episcopus, & c.clericum nullus. vbi de hoc de foro compet.cum sit.& c.si diligenti.Item fallit in casu.sup. eo.lib.de iur.pat.c.vno. vbi ecclesia, quæ succedit laico patrono hẽt sex menses, cum tamẽ ipse laicus solũ quattuor habeat. Item legatarius legatum acceptare non potest pro parte,& pro parte respuere,si tamen decedat pluribus relictis hæredibus, vnus pro sua parte poterit acceptare,& alter pro sua respuere.ff.de leg.1. l.legatarius. [alias incipit pro parte.] Et est ratio huius regulæ, quare eo iure vti debet,quia plus iuris habere non potest,quia nemo plus iuris, &c.ℨ eod.nemo põt, cum similibus.minus non:quia hæres censetur eadem persona cum defuncto,successor cum prædecessore,patet ergo idem ius vtriusque. Et no. ꝙ dicit,eo iure;qa

3 Idẽ Dyn ꝙ modũ obiectionis declarans p cõ cord. ad quas remittit hæc gl. p cludit reg.proce dere i iure cohęrẽ pſonę, Ioã.And. philip. non eo priuilegio ex sui persona,si personale 3 fuerat prædecessoris:priuilegium, vt ℨ.eo priuil.cum suis cõcord.Idem dico de pacto personali ℨ de transact.de cęnis, & ℨ de præben.nisi,cum similibus,& facit hæc regula ad ea quę no. de præb.tuis.

PRæsumitur ignorantia.] Casus potest figurari per l. ca si vero 2.de sent.excom.in antiq. vbi dicitur, si clericus nõ incedat in habitu clericali, & aliquis iniit hæc gl. p cit manus violentas in eũ;nõ incurrit excommunicationem,si ipse ignorabat talẽ esse clericũ, secus si scieret.Sed quid in dubio præsumemus, vtrum præsumere debeat i iure ipse sciebat talem clericum,nel quòd ignorabat, & si sit præsumptio scientiæ, quòd sibi incumbebat onus probandi.? Respondeo quod præsumitur ignorantia, quia habitus demonstrabat illum laicum, ideo ista præsumptio transfert onus probandi in clericum.

¶ Item potest figurari casus per l.veritus. ff.de probat. Sed pro intellectu istius casus est præsupponendum,ꝙ si,testator legat rem suam vel alienam,valet legatum: & si legat testator rem alienam, hęres tenetur illam redimere,si possit,vel tradere æstimationem,& hoc verũ si testator sciebat rem alienã: secus si ignorabat: quia credebat rem esse suam.Sed ponamus ꝙ aliquis Titius testator legauit mihi rem alienam, forte pratum vicini sui: postea mortuus est testator: eo mortuo egi ℨ hæredẽ seruptum:&petii ut mihi traderet illud legatum:hæres excipiendo proposuit,ꝙ illud legatum nõ valebat, ex eo ꝙ testator legauerat mihi rem alienã:Ego econtra replicando allegaui, ꝙ licet testator legasset mihi rem alienam, tñ ipse sciebat rem alienam: & sic petebam vt hæres illam redimeret, & mihi traderet: vel mihi daret æstimationem, vtrum hæres teneatur probare ꝙ testator ignorabat illam rem alienam? Respondetur ꝙ non:sed ego legatarius teneor probare ꝙ ipse testator sciebat rem alienam, quia in dubio præsumitur ignorantia, quia præsumptio transfert onus probandi in me legatarium.

[Prima gl.ponit exẽpla. Secundo signat ℨria,& soluit remittẽdo.Tertio dicit regulam cessare in his quæ quis scire uel indagare tenetur, in his quæ sunt iuris naturalis,intermittens de uirtute huius præsumptionis,& de triplici modo probandi ignorantiam.]

b ¶ Præsumitur ignorantia 4.]pone casum 32.dist.pro posuisti.in fi.secundum ꝙ ibi iacet littera.de sent. excom.si vero 2.& ff.de prob.l.verius. (Sic & dñs præsumitur ignorasse cum seruus eius susceperit militiam. C. qui milita.non pos.super seruis.Dynus.)contra.16.dist. quod dicitis.1.q 1.si quis a simoniacis.9.q.1.ordinatio nes.34.q.3.in lectum. sup.de elect. innotuit. cum fi.in quibus iuribus dicitur,ꝙ non præsumitur ignorantia, sed potius scientia.Sol.dic ut no.de postu.c.1.in 3 glo. de consti.c.2. & in prædict. c.32, dist propositi. quòd circa ea quæ publice fiunt, præsumitur scientia, nisi probetur ignorantia,circa ea autem quæ fiũt occulte,præsumiti ignorantia,nisi probetur scientia,ut hic.Et scias ꝙ hæc regula uera est in his,quæ quis scire uel indagare non tenetur.In his autem quæ quis scire uel indagare tenetur,non habet locum; sicut in eligendo prælato.61.dist.c.2.q.3.dilectissimi.de elect.cum in cunctis. & ideo ibi pręsumitur scientia, nisi probetur ignorantia, vt eo.tit.innotuit. Ad hoc est quod dicit lex, quòd magistratus tenetur de idoneitate tutoris uel curatoris,quem nominauit,inquirere, & ideo imputatur ei si idoneus non est.C.de magistra.conue.l.penul.& per totum 5. Et illud ꝙ hæc regula dicit, præsumitur. Est autem huius uirtutis hæc præsumptio, ut transferat onus probandi in aduersarium,ut sup.dixi.& idem est in aliis casibus,qui not.5.q.vlt. actor sup.ut eccle. benefi.vt nostrum. Item not ꝙ ignorantia tribus modis probatur:Vno modo per sacramentum, & sic probo in ueritate me ignorasse.de sent.excom si uero 2. de exceptpastoralis.supra eo.li.de elect. ut circa. & tunc debetur id ex quo necessario 6 sequitur me ignorasse puta me tunc anniculum,uel furiosum.3 q 9.iudicas. de succes.ab intestat cum dilectus. Tertio quãdo probatur me ignorasse,puta me tunc absentem fuisse,& hoc dicere uoluit Ioan.1.q.1. si quis a simoniacis.& licet in facto proprio probabilis interdum sit ignorantia, ut 34.quæst.2. in lectum. probabilior tamen in alieno. ff.pro suo.l.ult.quod dic ut not 1.quæst.4.§ notãdum. & quia ignorantia iuris præcipue naturalis non excusat,quod dic ut no.in prædi §.notandum,de tali ignorantia non loquitur hæc regula, cum ibi par sit pœna scienti & ignoranti.16. quæst. 1. si cupis. C. de in ius vo.l.2.

Loco-

LOcupletari.] Casus primo ponitur per l.naturaliter in fi.cum l.seq.ff. de condi.inde.sic: Ponamus ꝙ alicui pupillo mutuaui pecuniã sine auctoritate sui tutoris:qui pupillus pecuniam illam nõ consumpsit: sed eam exposuit vt bonus paterfamilias, ita quòd ex illa ipse factus locupletior:

¶ Idem.

REGVLA XLVIII.

LOcupletari a non debet aliquis cum alterius iniuria, vel iactura. b

¶ Idem.

REGVLA XLIX.

IN pœnis c † beniregula,iactura:intelligas enormi: nam priuilegiũ bene affert iacturam: licet enormen inferre non debeat de hoc 25.q.2. rescripta de verbo.signif.olim.ad hoc C.de preci.impe.offer.l.quotiens.

b ¶ Iactura. 2].large sumitur pro omni damno.de pœnis, suam.

ADDITIO. Dicebat Dynus, quod regula iuris ciuilis,scilicet l. iure naturæ ff.eo.vnde hæc sumpta fuit, vbi dicitur detrimento & iniuria:&, ꝓpter

2 Hęc gl. ex nouella Io. ¶ An. huc fuit translata. † Hic adde ꝙ vbi in dubio vertit fauor aię, durior pęna imponitur. argu.not. c. ad audiẽtiã.de homic.vnde An.ch.consil.179.interpretat cũ qui ꝑsternat se.vsurarium fuisse talẽ i tota vita sua.

ipse illam pecuniam mihi restituit: postea vult repetere tanquã indebite solutam: an sit audiendus? Certe non: nam ex quo cõstat quod ex pecunia mea fuit factus locupletior: esset contra naturã quòd ipse locupletaretur damno meo.

¶ Idem potest poni casus per l.vlt.C.de vsuca.ꝑ emp. Ponamus ꝙ a pupillo emi aliquam rem,quã mihi vẽdidit sine auctoritate tutoris: ipse tradidit mihi rem: solui ei precium: modo ipse vult repetere ipsam rem & retinere pretiũ,quod apud se habet, saltem ex quo factus est locupletior: an sit audiendus? Respondetur quòd non.

[Prima glossa dicit vnde sumpta, & ponit exempla. Secundo ponit quatuor casus in quibus fallit,rationẽ reddens,& exponens hic disiunctã pro coniuncta.Tertio allegat concor.signat contraria,& soluit:etiam regulam exponit de enormi iactura.]

c ¶ Locupletari.] Hæc regula sumpta est ex l. ff.eo.tit. 1.iure naturę. Pone casum 17.q.vlt §.de dona. Apostoli ex, vbi non dicatur monasterium cum iactura cathedralis ecclesiæ.ff de condic.indebi. l. naturaliter.in fi. & l seq vbi si pupillus accepit mutuum & locupletior factus est pupillus, cum post pubertatem agẽrem exceptione repellit C.de vsuca.pro emptore.l.vlt.& concor.89.di. ecce.12.quæst 2.bonæ rei.11.q.3.si quis uero.14.quæst. 5.denique.12.q.2.primum, in prin.C. de epis. & cleri. si quis presbyter.& supra de pœ.suam.vbi sunt hęc verba:& ideo priuilegiũ interpretamur ne alteri enorme præiudicium afferat de verborum sign.quid per nouam.9.q.3. nunc vero.25.q.2. de ecclesiasticis. de consue. cuniã, quæ si infra debitum tempus nõ opponitur, locupletatur petens cum aliena iactura.C.de non numerata pecu.l.in contractibus. Item in expensis factis in re aliena.ff.de do.ex cep.l.Paulus.sed vbi est auctoritas iu ris,non põt dici iniuria. 23. quæst. 4. qui peccat.Quod ergo hic dicit,iniuria uel iactura,expone vel pro & sic 37 dist cap.1.sup.de foro compe.dilecti. C.de verborũ signif.l.penul.& ideo etiam prædict. l. iure naturæ.ff. eo.tit. vnde hæc sumpta fuit, dixit detrimento,& iniuria, & cautius. Concord.ad hanc regulam.ff. de seruit.rusti.prædi.l.Imperatores. in fine.vbi aqua de publico flumine ita demum duci permittitur,si sine alterius iniuria id fiat.idem ff.de seruit.vrba.prædio.l.fistula. C. de seruit.l vlti. in fin. cum similibus.ex quibus probatur, quòd etiam in meo facere non debeo quòd noceat in alieno.contrarium tamen probatur.ff.de dã no infect.l fluminum. § vlt. & l. Proculus ff.de aqua pluuia arcen.l.1. §.denique. Dici solet,cum facio aliquid in meo ex quo alii noceo, aut immitto in alieni, vel opus facio,& tunc non licet, vt ff.seruit.vend.l. seruit.§.Aristo.& l.testatrix, aut nõ immitto,nec opus facio in alienum,& tunc aut id dolo facio, vt noceam alteri, & tũc prohibeor:aut nõ facio dolo, sed eo solo proposito vt mihi prosim, licet per id alii noceam, & tunc non prohibeor.ff.de aqua pluuia arcen.1.§.denique,cum suis concor.& facit ad hoc quod no. 11.q. 3. si quis vero.de aucto.& vsu pal.c.3.Et quod dicit hęc

3 Idẽ Io. Mo. dicit tñ, ꝙ non diceretur dubiũ, qñ ex actis apparere posset cassationis cã. C. de sen.q̃ sine certa quã ti.l.3 ff.de re mi.milites. §. missionũ, & dixi in dec.super eo.Io.An.

de postu. puto. §. 1. Item quia de pœnis non arguimus similia: r quia pœnę non excedunt proprium casum: de pœni. dist. 1. §. pœnæ. Item vbi est tale verbum, puniantur, priuentur: intelligimus per sententiam, non ipso iure. de ele. cap. quia propter. nisi ibi essent verba quæ aliud saperẽt: puta, ipso iure, vel eo ipso. ꝙ. eod li. de elect ꝙ fit. in fine. licet ibi Card. contra, sed primum credo secũdum Guil. Item quia in dubio mitiorem casum eligimus. ff. de suspec. tut. l. hæ enim & sup. dixi. An iudex possit pœnas moderari, not. 2. q. 3 c. si quem. §. notandum. in glossa, quę incipit. vt inf. 3. q.

1 Quæ nõ sunt de mẽte, nec habẽt eũ dẽ effectũ sup quo uide qđ scripsi ꝙ. eo. lib. de ele. si post quam. § i. sup. glo. & ita, & remissiones, quas ibi dedi, &c. Io. A.

a ¶ Benignior] Dicit canon illa digniora sunt imitatione, quæ sunt excellentiora pietate. 9. dist. c. vlt.

b ¶ Interpretatio.] de multiplici interpretatione vide quod no. 1. q. 1. clericum nullus. §. ex his omnibus. de postula. præla c. 1.

[Glo. seq. ponit rationem.]

c ¶ Facienda.] ratio: quia odia restringi, & fauores conuenit ampliari. sup. eo. odia. cum suis concor.

gnior [a] est interpretatio [b] facienda. [c]

¶ Idem.

REGVLA L.

ACtus [d] legitimi contra, ipso iure, vel eo ipso, eod li. de elect ꝙ fit. in fine. licet ibi Card. contra, sed primum credo secũdum Guil. Item quia in dubio mitiorem casum eligimus. ff. de suspec. tut. l. hæ enim & sup. dixi. An iudex possit pœnas moderari, not. 2. q. 3 c. si quem. §. notandum. in glossa, quę incipit. vt inf. 3. q.

d ¶ Actus legitimi.] hæc regula sumpta est ex l. ff. eo. tit. l. actus legitimi. vt emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, serui optio, tutoris datio, &c. per ꝙ. exemplificare potes hanc regulam. ponit etiam Dynus exẽplum in auctoritate tutoris: quæ si interponatur sub conditione, interpositio est nulla. ff. de aucto. tutor. l. 1. & sic conditionalis. Item exemplum pone in sententia quæ non dẽt ferri sub condition. 2. q. 6. biduum. Item electio vel postulatio non debet fieri sub conditione. supra eo. lib. de elect. in electionib. Item matrimoniũ non contrahitur in diem. 32. quæst. 2. solet quæri. sup. de condi. appo. c. vltimo. Contra 18. dist. c. ult. 86. dist. tanta 10. q. 3. vnio, in fin. in quibus excommunicatur quis usque ad duos menses. Sol. ibi sumitur excõmunicatio pro remotione a sacramentis, excõmunicatio enim debet esse perpetua. 10. q. 1 quia sacerdotes. exponimus tamen perpetuã, id est, donec pœnituerit. 27. q. 1. de viduis. r. responso. quia pro contumacia fertur. facit supra de constit. ex litteris. Item contra. §. de elect. cum in veteri vbi eligendi potestas in certum tempus confertur. Sol. electio est ille actus legitimus, qui non recipit diem: vnde non possunt canonici sibi aliquem eligere in præiatum vsque ad festum Resurrectionis, vt nic sed potestas eligendi non est ille actus, & ideo datur in tps, ut ibi, nã & procurator datur ad tẽpus supra eod. lib. de procura. ff. quem sub ea. hinc est quòd etiam de iure communi tempora ad eligendũ sunt taxata. de elect. ne pro defectu. de concef præb. cap. 1. supra eod. lib. de iure patro. ca. vnico cum simi. Item cõtra 7. q. 1. pastoralis. 3. de fi. presby. veniens. ubi præiatura ecclesiæ dari videtur ad tempus. Solu. vt ibi not. in vit. gio. 2. Item contra: quia matrimonium licet non

1 Est pp mandatũ Papæ, dicit phil. allegans Io. A. c. cũ bãficio. ꝺ præb. sup. eod.

ditionem non recipiunt, neque diem.

¶ Idem.

REGVLA LI.

SEmel [e] Deo dicatum, recipit diem, 3 vt supra: recipiat tamen conditionẽ. de condi. appo. super e. Sol. Veritate in specta nondum est matrimonium vbi non interuenit purus consensus, vt ibi patet, immo nec sponsalia, vt sup. eod. lib. de spon. c. 1. in fin. Item contra ad id quod sup. dixi de donatione tutoris. inst. qui tes. ta. tu. da. po. §. ad cer tũ. ubi tutoris datio die recipit. Sol. quod sup. dixi, habet locũ I. tutore dato a iudice secus 4 si a testatore vt in prædi. §. Itẽ ad idẽ ꝙ. ff. de tutelis l. muto, §. penul. vbi datur a iudice sub conditione, si sa tisfecerit: & illa si satisfecerit, pura est. Et facit quod habes supra de elect. significasti. Et not. quòd sicut hi actus non recipiunt conditionem vel diem, sic nec diffunctionem, vt in prædicto c. in electionibus. Et eod. tit. vt quis duas. Item nota ꝙ regula ista indistincte loquitur de actibus legitimis, qui non recipiunt cõditionem nec diem: lex autem stricte dixit, Actus legitimi qui non recipiunt, &c. quasi dicat, al. qui sunt qui recipiunt, & aliqui non. & loquitur ipsa lex in actibus qui non sunt contractus, sed quasi. Contractus enim bene recipiunt conditionem ff. de contrahen. empt. l. hæc venditio. Et sic etiam potest solui id quod supra dixi de matrimonio, secundum Lau Gof. & Bero. qui hoc not. de condi. appo. super eo. in princip. & facit j. eod contractus.

ADDITIO. Ad probandum quòd contractus bene recipiunt conditionem, allegat Dynus instit. de empt. & ven. §. emptio. ff. de in diem addi. l. 2. de peri. & comm. ven. l. necessario pro empto. l. 2. si sub conditione. vnde locatio, societas, mandatum, & similia qui sunt legi timi actus, certum est quòd conditionem & diem recipiunt. Io. And.

[e] Semel Deo.] Casus in hac reg. figuratur multis modis. Primo per c. ligna. de consec. dist. 1. ponamus ꝙ aliqua ecclesia vetustate consumitur, ita ꝙ ista ecclesia pro sui conseruatione indiget nouo tecto. deponitur ligna antiqua: vtrum sit licitum de illis lignis adificare domum priuatam? Rñdetur ꝙ non quia ex quo illa semel fuerunt Deo dicata, non debent redire ad vsum hominum.

¶ Item põt poni casus in ea vestimenta. ea. dist. Ponamus: aliqua casula vel aliud ornamentum ecclesiæ et de panno aureo: istud ornamẽtum vetustate consumitur: sunt aliquæ petiæ integræ: vtrũ ex illis sit licitum facere bursas ad vsus hominum? Rñdetur ꝙ non quia ex quo semel illæ petiæ fuerũt dicatę Deo, ex illis nõ debet aliquid fieri ad vsum priuatorum hominum.

¶ Vel põt poni casus sic. Ponamus ꝙ aliquis priuatus fecit fieri vnum calicem; qui calix est in dñio illius q fecit fieri: fecit antequam sit consecratus. Sed ponamus ꝙ iste calix cecidit inter manus episcopi, qui illũ consecrauit: vtrum epꝰ teneatur reddere calicem illi cuius erat ante consecrationem? Respondetur ꝙ non; sed tenetur soluere pretium calicis illi cuius erat antequam esset consecratus. Et hic est vnus casus, in quo inuitus cogitur accipere pretium rei suæ.

[Prima gl. ponit exempla: secundo dicit etiam in re aliena regulam procedere. Item in eadẽ forma: tertio dicit quòd in non dicatis non procedit; signat contrarium & remittit: quanto notat nedum dominium, sed etiam vsum prohibitum.]

e ¶ Semel Deo. 5] pone casum. 12. q. 2 nulli. 3. de relig. do. ad hæc. ff. de reli. & sum. fu l. ii qs sepulchrũ. §. 1. ad idem 19. q. 3 quę semel. de consec. dist. 1. ligna. & c. vestimenta. de foro competent. conquestus. de serui permuta. mancipia. C. de sacrosan. eccle. Authen. præterea. Et habet locum hæc regula non solum in re propria, sed etiam in aliena consecrata; vnde si aurifaber habebat calicem, quem episcopus cõsecrauit, amplius non

2 Etiã ꝑ dispensationẽ vã. fm Io. And. licet multi dicant ꝙ.

non reddetur aurifici calix ipse: sed eius æstimatio, & est casus specialis, in quo priuatur quis re sua. 14. q. 6. comperimus. Et quod dixi in calice, idem est in quali bet re inanimata: secus autem inanimata, puta in seruo, & sic non est cõtra. 54. dist. frequens, &c. seq. ratio est, quam ibi not. Io.

in prædi. ca. comperimus, & Ber. in prædi. decret. de reli. do. ad hæc, qa res animata, homo, delinquit ꝑ mittendo se conseruari inanimata ve ro non. Et est si. 7. q. 1. eps in diœcesi. & ff. de acqui. poss. si rem mobilem, & l. Pomponius. in princ. Et hoc quod hic dr, intelligas in eadem forma: quia ob redemptionem captiuorum vel vrgentia debita, calices & vasa alia ecclesiastica vendi põt ęt laicis, conflata tũ & minuta. 10. q. 2. hoc quia bona ecclesiæ non dicata vel consecrata bñ transeunt ad humanos vsus, ęt serui ecclesiæ uenduntur, vel donantur laicis ęt ad seruiendum. 12. q. 2. ecclesia ficis. Argu. ꝺ de re. permu. c. 3. dic ut ibi. Item no. ꝙ di cit ad usus: quia non solum in dominium laicorum, sed nec etiam in usum transire debent res Deo dicatę. idem de consecr. distin. 1. vestimenta. ne vltio quæ Balthasar, &c. ut ibi (& Danielis. 5.)

a ¶ Humanos.] i. sęculares. i. fæcularium personarum. ad idem 1. dist. c. 1. 12. q. 2. qui diuinis & humanis. de vetus. cum esses. Hoc dico: quia ad usus clericorum qui & homines sunt, bene possunt reduci, de consec. dist. 1. ligna. Alibi sumitur humanum pro humili. 50. distin. 24 q. 1. si quis dederit. 33. q. 2. latorem. in fine.

ADDITIO. Humanus accipitur etiam pro benigno, mansueto, & misericordi: & inhumanitas econtra, ꝙ ex officii. in prin. de cen. licet. & in cle. de reli. do. quia contingit poss. princ. Io. And.

b ¶ Transferendum.] adde quod dixi sup eo. priuile gium. Ioan. And.

REGVLA. LII.

NOn [f] præstat impedimentum.] Casus figuratur per c. si uerum. 31. q. 2 hoc modo: Titius ꝺxit matrimonium cum Berta consanguinea sua, & in effectu inter ipsos erat impedimentũ, ita ꝙ matrimonium non tenuit, obstante impedimento: postea ꝺxit eũ alia, in qua non erat impedimentum; vtrum valeat illum ꝺm matrimonium? Rñdetur ꝙ sic, nec obstat primum matrimonium, quod fuit nullum; & ꝙ de iure non est sortitum effectum. Vel in electionib. ponamus sic casum: Canonici ecclesiæ Pictauen. vacante sua ecclesia celebrauerunt electionem nullam: postea ista electione non cassata celebrauerunt secundam electionem: vtrum prima electio, quæ fuit nulla (non tñ fuit cassata) præiret impedimentũ secundæ electioni? Dr ꝙ nõ. Contra iitam regulam opponit glo. de c. r. sup. de spon. eo. lib. ubi sponsalia quę sunt nulla, præstant impedimentum matrimonio ꝺhendo: vt contraxi sponsalia cum Berta, quæ non tenuerunt propter impedimentũ religionis, vel cõsanguinitatis: vtrũ potero ꝺhere matrimonium cum consanguinea Bertę? Dr ꝙ non. Dicẽdum quod illud intelligitur, qñ sponsalia sunt nulla non ex defectu consensus: sed si essent nulla ex defectu consensus, possem contrahere matrimonium cum consanguinea Bertę, ut dicitur in d. c. 1.

[Prima glo. primo ponit exempla; secundo quinq. casus exceptos, & quintum non approbat: tertio notat in maleficijs regulam non loqui.

c ¶ Non præstat impedimentũ.] 1 pone casum in matrimonio secto 31. q. 2. si uerum. In electione quæ nõ tenet. sup. de electio. congregato. In stipulatione quæ non tenet. ff. de verb. obl. si dari. Vides tñ circa matrimonium ꝙ sponsalia, quæ sunt nulla ꝑ affinitatẽ vel consanguinitatẽ, præstant impedimentũ in consanguineis alterutrius ex publicæ honestatis iustitia. Ratio est: quia publicæ honestatis iustitia inducitur ex solo consensu, unde ex quo sunt aliqua ex consensu, licet aliàs sint nulla, inducitur publicæ honestatis iustitia. Si autem essent nulla ex defectu consensus, nõ incucitur. sup. eo. lib. de sponsa. c. 1. sicut & impedimentum affinitatis inducitur ẽr per il legitimum coitũ. 35. q. 3. de incestis. Circa

dimentum, [c] quod de iure non sortitur effectum.

¶ Idem.

REGVLA LIII.

CVi [g] licet.] Casus primo figuratur per c. ecce 95. dist. vbi quæritur, vtrum liceat sacerdoti benedicere populum in fine Missæ: Rñdetur ꝙ sic, quia licitum est sacerdori quod est plus, s. conficere corpus Christi, ergo est ei licitũ ꝙ est minus, s. benedicere populũ in fi. Missæ. Et hoc intelligitur de benedictione simplici, nõ aũt de benedictione solemni, q̃ de iure cõi spectat solis epis, & aliis superioribus, licet ex priuilegio spectat aliquib. abbatibus, quæ bñdictio solẽnis impertitur in tribus horis, videlicet in Matutinis, in Missa, & in Vesperis. ¶ Itẽ põt casus figurari per c ex parte 3. de deci in antiq. Papa concessit priuilegium aliquibus religiosis, ut ipsi possint percipere decimas in certa parochia; postea fuerunt facta noualia: vtrum ex illis noualibus ipsi percipiunt decimas? Respondetur qđ sic, per rõnem huius regulę, quia si fuit eis concessum qđ est plus, uidetur eis concessum illud quod est minus. Secus si illud priuilegium esset concessum alicui laico, per c. tua eo. ti. Item secus si religiosi prescripsissent decimas antiquas, quia cũ præscriptiones sint odiosæ, non possent percipere decimas de noualibus; nã præscriptio non currit sine possessione, quia illi religiosi non possent dicere quod habuerunt possessionem istorum noualium.

[Prima gl. dicit vnde sumpta, & ponit exẽpla, secundo ponit brocharda, tertio succellive signat, & soluit septem cõtra quarto signat contraria ad negatiuum.]

¶ Cui

2 Vide qđ ibi dixi, & de hoc in præall. decre. cũ nostris. ꝺ cõce. præben. in 4. gl. Io. An.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶Cui licet.] Hæc regula sumpta est ex l.ff.eo.tit.nō dēt cui plus licet, quod minus est non licere. Et fallit hæc regula in casib. ibi not. Pone casum: presbyter in Missa conficit corpus Christi, quod maius est: bene ergo pōt benedicere populum, quod est minus. 95 dist. ecce. Itē concessis de cimis laborum, quod maius est, & noualiū quod minus est. ℨ. de decim. ex par. 3. Item cui concessum est testari, puta filiosfamilias in peculio castrē si: ergo & donare cā mortis. ff. de don. causa mortis, l. tam is, concor. 12. q. 1. præcipimus. cui committuntur animæ, & res ecclesiæ ēt. sup. de dote pot diuor resti. per veltras, cui committit vxor corpus, bene pōt cōmittere dotem. Et no. ℭ istu l est vnū brocardum: cui licet plus, & minus. Aliud, quod licet maiori, & minori. 95. dist. illud superfluū. Aliud negādo: cui nō licet minus, nec maius, de sent. excom. cum illorum, & quod nō licet in minori, nec in maiori, de elec. cum in cunctis, vbi de hoc. Cōtra ad hanc regulam sup. eo. lib. de præbē. cui de non sacerdotali. Sol. illud facit forma mandati, & eodem modo rūde ad c. eo tit. cum in illis. ℨ. vlt. & facit quod dixi supra. eo plus semper. Itē contra, de cōsecra. dist. 2. comperimus. Sed illud speciale pp vnionem. Et sic etiam rñdetur ad l. ff. de admini. tut. cum quēritur. Nam pupillus potest omnia nomina, quæ ferit tutor respuere; sed non quædam respuere, & quædam approbare. Item contra, de transla. c. vlt. vbi permittitur transire ad maiorem dignitatem, sed non ad minorē. solue vt ibi no. in glo. penul. Item ℨ. 22. q. 2. l. arorem, vbi pōt communicare, sed non obligationem dare, ad idem. 17. q. 4 miror. Item contra de torneamentis. cap. 1. de rapt. c. 2. vbi conceditur pœnitentia & non sepultura. Solu. vt no. in præd. c. 1. de torneamen. quia regulare est qđ hic dr: nisi a minore prohibeatur ex causa, vel vt cōsultatur viuis, vt ibi, vel ob aliam causam. Item ad negatiuam ℨ. 36. dist. qui ecclesiasticis, & 1. q. 1. si qui epi, vbi qui iniuste ordinem contulit, priuatur collatione illius ordinis: sed nō minoris vel maioris, sm Ber. licet Hugo. contra, sed dic ut sup. proxi. dixi. Plus ergo qualitate includit minus, sed non semper, vt sup. sicut plus quantitate non semper includit minus, vt dixi sup. eo. tit plus semper.

† No. licitū esse in licitis, & permissis arguere à maiori. de quo plene Bal. in l. cōuenti culam. C. de epi. & cler.

† De materia regulę uide ℭ plenissi me tradit Cassanē i catalogo gloriæ mūdi, part. 12. considera tione 99.

ADDITIO. In hæc regula, cui licet, &c. Io. Mo. dicit ponendum exemplum per ℨ. is qui exequitur. instit. manda. vbi si mandaui fundum emi pro centum, mādasse videor ℭ ematur pro minori, si haberi pōt: & remittit ad regulam, plus semper. Dynus ponit exēplū in patre, cui licet occidere adulterum inuentum cum filia: multo magis contumelijs afficere. ff. de adul. nec in ea. ℨ. ius occidendi. Item iudex potest deferre factori iurm in litem, quod est plus: poterit ergo taxationem iusiurandi adijcere, quod est minus. ff. de in lit. iuran. videamus ℨ. pen. Io. And.

1 Eadē rę spōsio ad l. in causę. ff. de procura. ubi licet procuratorē in totū reuocare, nō in parte secundum Dy.

eula, quæ timebãtur ex hoc bello prouentura: intendẽtes celeri, id est, veloci & opportuno, id est cõueniẽti obuiare remedio, misimus litteras quibusdã Cardinalibus existẽtibus tunc in ciuitate Romana: quæ literæ tractabant de pace reformãda & fiẽda inter ipsos reges: Et inter alia inserentes & affirmantes, quod cum ipsi reges essent special issimi filij Ecclesiæ, & cũ ipsi debeãt esse promptissimi defensores, & ꝙ aliàs fuissent adstricti multipliciter iuramento fidelitatis ipsi Ecclesiæ: Nos Papa supplicabamus eis quod inirent pacem adinuicem, & ꝙ essent muniti deceẽtero pro omni genere armorum securo pacis. His auditis & visis, Cardinales quibus litteræ fuerant: missę, istas litteras p̃sentauerunt Henrico regi Romanorum & Imperatori, & illi supplicauerunt, vt suum propositum & voluntatem pro respoſo haberent: Qui quidem Henricus audiẽs istas litteras facientes mẽtionem, ꝙ multipliciter erat adstrictus iuramẽto fidelitatis: & hoc molestę ferens, tamquam iratus respondit, se non fore cuiquam ad fidelitatis iuramẽtum adstrictũ, & de sua respõsione publice tabelliones requisiuit, quod secrete facere debebat, & voluit acta habere, qualiter ipse dicebat se nõ esse subditum, nec confitebatur se alicubi subditum. Et ista dicebat in præsentia plurium hoc audire volentium. Item ultra dicebat, quod ipse nesciebat quòd antecessores sui Romani Imperatores vnquam iuramentum huiusmodi præstitissent; & dicebat quòd non erat memor quod vnquam talia iuramenta præstitisset. Hoc dicit. vide tex. [sane,] pro sed [Dudum.] id est, olim graui discordia suscitata, id est, orta inter Hẽricũ quõdam Imperatorem, tunc regem Romanorum, & Robertum charissimum filium nostrum in CHRISTO regem Sicilię. Nos Romanus pontifex intẽdentes obuiare, id est, contraire, ne bellum fortius insurgat; celeri, id est, veloci remedio; & oppotuno, id est, ꝙueniẽti: multis grandibus periculis, quæ pericula timebantur verisimiliter prouentura exinde, idest, mediante illo bello, duximus litteras destinandas, id est, mittendas sub certa forma, hoc est, deliberauimus mittere literas quibusdam ex fratribus nostris Cardinalib. sanctæ Romanæ ecclesiæ tunc in urbe Romana existentibus: quę scilicet litteræ erant pro pace reformanda, & pro concordia solidanda, id est, firmanda inter eosdẽ reges iam nominatos. Et nos, scilicet inserentes in eis litteris, ꝙ cum ipsi reges sint special issimi filii ipsius Ecclesiæ: & quod cum ipsi sint adstricti ipsi Ecclesiæ multipliciter; & ipsi debeant esse promptissimi defensores eiusdẽ ecclesię: vult concludere Romanus pontifex: quod amplius bellum contra se inuicem non duerant: sed pacifice viuant: quia scribitur: Regna in se diuisa desolabuntur. Dictis autem litteris deductis, id est, lectis & declaratis in notitiam dicti Henrici iam promoti ad imperiũ, & idem Henricus requisitus ab eisdẽ Cardinalibus vt ipse responderet, id est declararet voluntatem & propositum suũ super contentis in litteris illis: Et cũ ipse Henricus, supplico, tulisset, id est, portasset in animo suo molestę, id est, male cõtentus, ex eo scilicet quòd habebatur mentio in dictis litteris de iuramẽto fidelitatis per eum p̃stito, ipse non respondit Cardinalibus familiariter nec secrete vt, id est, sicut qualitas pacis tractandæ exigebat, id est, requirebat. &c. texms satis pate:. Not. de dictione [Quondam,] quæ remouet de præsenti, & ponit de præterito, vt hic. & ff. de postula. l. cui. §. affinitates tamen de sua natura denotat tria tempora, præteritum, præsens, & futurũ: sicut olim & dudum, de quo de offic. deleg. cũ olim. Not. quod ad Papam spectat reformare pacem inter Christianos, & sedare discordias, & scandala. Item & ad alios prælatos si militer hoc pertinet, & maxime ad bonos iudices, vt l. 5 quisitum. ff. de vsufruct. & capit. in præsentia. de probatio in nouel. capitulo 1. & de indi. capit. nouit. & 23. qu. 1. per totum. Petr. de Anchar.

† Ligue n. es ꝓpter stola Leo nisse dra Apulia nasse pos tãs ne sui Gelo tãs tra cim Cas tonum ta federata turisq; ꝓ ges Ecc lia inter gnos Ec † ad obe bam.

† al. ita: si bi sub iuramento, &c.

† & aliàs multipliciter essent adstricti, ipsius Ecclesię debeãt † esse promptissimi defensores. Dictis autem litteris in notitiam dicti Henrici ad imperiũ iã promoti sic deductis, idem Hẽricus ab eisdem Cardinalib. requisitus, vt super contentis in illis suum propositũ respõderet, quasi molestę tulisset, quod de iuramẽto fidelitatis huiusmodi per eum præstito in dictis litteris mentio haberetur, non familiariter, [i] nec secrete, [k] vt tractandæ pacis qualitas exigebat, sed multis tabellionibus accersitis [l] & requisitis [m] ab eo quòd de responsionibus suis conficerent publica instrumenta: [n] inposſt Innocen facit de treug. & pac. capitulo 1. & de indi. capit. nouit. & 23. qu. 1. per totum. Petr. de Anchar.

a ¶ Qui nondum coronatus erat. Io. And.

b ¶ Siciliæ.] quæ est speciale patrimonium Ecclesiæ. de re iudi. ad Apostolicæ. verſic. præter hęc cum suis concor. lib. 6.

c ¶ Discordia] diuersitatem cordium designat.

d ¶ Celeri.] de celeritate vide & pro contra. de electio. cap. fi. lib 6.

e ¶ Obuiare.] vide quod not. de rescrip. ad hoc in vlglossa. & quod ibi dixi.

f ¶ In urbe.] antonomastice. de penit. & remiſ. significauit. ibi, de hoc, de verb. signi forus. ver. testes.

g ¶ pace.] quod ad eum spectabat. de iudi. nouit & ad alios prælates. 50 dist. per totum. de treug. & pac. c. 1. & vide quod not. de re iudi. ad Apostolicæ. ver. decernuit. lib 6. [per Arch. 23. q. 1. noli.]

h ¶ In eis] litteris ad Cardinales directis.

i ¶ Non familiariter.] quasi non mansuete, domestice, & amicabiliter.

k ¶ Secrete. 35. q. 3. in loco.

ADDITIO. Tangit hic pau. remissiue, quis grauius peccet, vel ille qui delinquit occulte, vel ille qui publice not. de eccle. mis. ab homine. 81. dist. clericus 32. q. 4. nemo pet.

l ¶ Accersitis.] quasi collectis, vel circa se sitis.

m ¶ Requisitis.] nota tabellionem debere esse rogatum de hoc in Specul. de instrumen. edi. §. 2. versꝰ sed pone. & §. 1. in 1. colum. [per Innocen. supra de fide instr. c. 1.]

n ¶ Instrumenta] ad perpetuam rei memoriam. 22. q. 5. maximum. 27. q. 1. omnes feming.

a ¶ Respondit.] tria capitula continet hæc responſio.

b ¶ Cuiquam.] Romanum pontificem includebat. de maior. & obe. solitæ. ad finem.

c ¶ Præſtiterat.] per nuntios, vt sequitur.

¶ Innouarat.] per seipsum. Ioan. And.

¶ Nos itaque. iste §. legit vsq. ad §. cæterũ. Et dicit qd fecit papa qũ audiuit Cardinales referentes ea, quæ dixit Henricus, & qđ responſum ipse Henricus dedit litteris suis, & quomodo Hẽricus non habuit litteras papæ gratas, & quomodo ipse Henricus dixit se non iurasse in coronatione sua quãdo fuit promotus in Romanum Imperium, nec post coronationem: Et etiam Cardinales retulerunt ipsi Papę, qua liter ipse Henricus quando recepit litteras papæ, quæ tractabant de pace: & cum secretæ esse deberent, ꝙ ipse eas publicauit, accersitis, idest, conuocatis tabellionibus, & in copia multorum hominum: & quomodo ipse nesciebat, quòd antecessores sui iurassent, & quòd ipse erat immemor, ꝙ vmquam iurasset. Et per hoc habes totum. § præcedentem repetitum. His sic recitatis Cardinalibus Romano Pontifici, ipse Romanus Pontifex attendẽs, ꝙ ipse dimitteret ipsum regem, qui de responſione sua haberet tabelliones ut conficerent instrumenta, ut posset in futurum præiudicare Romanæ Ecclesię, & talia sic recitata in principio istius §. in graue præiudicium redundarent ipsi Ecclesiæ, quatenus ipse papa, siue Romanus Pontifex prosperit annectere, & in ius commune, siue in corpore iuris redigere & scribere de huiusmodi iuramentis in huiusmodi constitutione, seu Clementina, recitans quomodo dictus Henricus quamprimum, i quamcito, & illico, siue statim ꝙ fuit electus in Romanum Regem, ipse misit nuntios, & procuratores ad nos, hoc est, ad Romanam curiam, ut ipse confirmaretur in Imperatorem, qui nũ tii procuratorium habebant ad iurandum in animam ipsius, ꝙ omnia, quæ iuranda erãt iurarent: quę quidẽ iuramenta recepimus in Auinione, ubi tunc eramus in præsentia plurium Cardinalium, Archiepiscoporũ, Episcoporum, & Abbatum hic existentium: quare illũ regem nominauimus, & eius persõnam approbauimus, & declarauimus eum esse habilem, & idoneum ad hęc, & imperialis cellitudinis dignitatem. & de ea placuit illum inungi, & consecrari, & a prædictis nuntiis accepimus iuramentum. Item similiter misimus Cardinales ad eum vt ipsũ sibi impenderent, & de nostro receperunt ab eo iuſm corporale, sicut continetur: & forma illius iuramenti describitur in libro pontificali Romano. Et forma qualiter ipse iurauit po que attendentes, ꝙ si huiusmodi responſio facta per regem Henricum pertranſeat sub dissimulatione, nel ꝙ pallietur silentio, ipsa posset redundare in magnũ & euidens præiudicium Romanæ Ecclesiæ: ideo prouidentissimus admodum dignum, i. valde dignum, fore iudicauit ibi, Ego rex Rom. hoc dicit. vide tex. Nos itaque esse opportunum, idest, conueniens, ut annectamus aliqua breuiter hmõi conſtioni præsenti in hmõi Clemẽtina. Et sum. in tex. ibi. [Dictus namque.] Et recitat qua ter Henricus tex quando fuit electus, & quomodo ipse iurauit & fecit illa, quæ tenentur facere Imperatores quando eliguntur, ideo dicit, Dictus namq. Henricus primum, ipse destinauit, i. misit ad nos nuntios solemnes, hoc est, vnam ambasiatam, quam gallice Ambaſſade appellamus, dans eis nuntiis mandatum speciale & plenum per suas litteras patentes, i. apparẽtes, & manifestas, & bene cognitas, nobis exponendi pro eo, i. nomine eius deuotionem ipsius, quia præceperat nuntiis suis dicendo. Dicatis Rom. pont. qualiter ego sum deuotus, & obediens. Et dans eis nuntiis mandatum spãle exponendi reuerẽtiã filialem, quam ipse dicebat gerere ad nos syncero, i. integro affectu, i. desiderio, & ẽt ad Romanam Ecclesiam, dicendo ꝙ erat filius ipsius Ecclesiæ: quare supplicabat ut electionem de se factam papa confirmaret, & eum discerneret inungendũ, & consecrandum, necnon, i. etiam habebant dicti nuntii speciale mandatum petendi, & impetrandi gratiam a nobis & fauorem. Et ipsi nuntii habebant mandatum speciale offerendi, & præstandi pro eo, i. nomine eius iuramentum fidelitatis debitæ nobis, & debitæ ei Romanæ Ecclesię in ipsius animam, quia per suam animam iurabat, ꝙ teneret, & faceret omnia, quæ sui prædecessores fecerant. Ideoque ipsi nuntii habebant mandatum iurandi in ipsius animam per iuramentum fidelitatis, & per iuramentum cuiusl. bet alterius generis, ac nihilominus, idest, non minus habebant tales nuntii mandatum speciale petendi a nobis unctionem, & habebant speciale mandatum petendi consecrationem impendi ipsi Hẽrico regi per manus nostras: Et etiam petebat diadema imperii impendi, idest tradi per manus nostras: hoc dicit. Not. [Decreto,] ideſt, statuto, & habemus decretus, ta, tum, & hoc decretum, ti, statutum patrum, definitum iudicium. Inde hic, & hæc decretalis, & hoc le, vt illa dicta sunt decretalia, ideſt, quæ in decretis continentur. Et pluraliter hæc decreta, torum, pro libro in quo continentur decreta. Inuenitur etiam decretalis substantiue, ut in tali decretali dicitur. Item decretus, ta, tum, inuenitur a decresco, scis, & potest, de, ibi esse augmentatiuum, uel priuatiuum. Et decretum est supinum duorum uerborum, scilicet decresco, & decerno, & decreui est eorum præteritum Decretum secundum Specul. dicitur multis modis, quandoque dicitur sententia diffinitiua, ut ff. de re iud l. decreta. uel inter locutoria. ff. de assesſo. l. 1. in fin. Quandoque dicitur id quod papa constituit, seu statuit de consilio Cardinalium nulla facta consultatione, & tunc in scriptis redigitur. ut de rescr. cap. præsenti Et accipitur hic sic in proposito. Quandoque dicitur consensus eligentium in scriptis redactus, ut 2. q. 1. legum. de elect innotuit. Quandoque est illud quòd capitulum, vel ordo, siue uniuersitas, vel maior pars ordinauit. ut ff. quod cuiusque vniuer. nomine. l. plane. Quandoque est iudicis auctoritas in alienationibus rerum præcipue minorum interpoſita, ut C. de prædiis mi. l. interpoſita. Quandoque dicitur auctoritas principis in rescriptis beneficiis interpoſita, ut de rescrip. cap. gratia lib. 6. Et secũdum Azonem illud decretum est confirmatorium gratiæ, quia ex hoc princeps insinuat suam uoluntatem, quę seruanda etiam secundum eum ligat ignorantes. Est etiam quoddam decretum decurionum, quòd in inuitos super muneribus rerum tribui potest, exceptis qui liberalium studiorum laboribus inseruiunt, & qui medendi causa funguntur, ut medici. C. de decret. decurt. l. exceptis. lib. 10. Et dicuntur decuriones, i. existentes de curia. Quandoque decretum est iussus iudicis, quo mandat bona alicuius propter eius contumaciã possideri. Et est duplex: quoddã est primũ, quoddã secun-

secundum, ut ff. de dam. infect. l. si pupillus. §. Iulianus. Nota quod contra ea, q̃ publicè delinquuntur, publice prouideri debet: sic enim prouidit papa per hãc publicam constitutionẽ contra publica delicta Henrici. No. quod dẽ breui fieri, quamuis multa dicanẽ dũmodo breuiter, vt hic in versi. breuiter. Zabarella.

a ¶ Pallietur.] idest, quasi pallio cooperiatur. concord. de vsu. pal. c. nisi in fi.

b ¶ Redundare.] prouidet circa futura de hoc de ser. non ordi. cap. 1.

c ¶ Admodum.] ponitur pro ualde. concor. de cen. grauis. & de cor. vi. c. 1. de magistris, quanto. infra de re iud. pastoralis. ver. nunquid etiam, & infra de magistris. cap. 1. post prin.

d ¶ Exponendi.] No. formam secundum quam constituendi sunt nuntii Romanorum regis petentis approbationem ecclesiæ.

e ¶ Dicebat.] Seneca 82. epistola, Nil carius existimamus, q̃ beneficium quamdiu petimus: nil vilius cũ accipimus.

f ¶ Animam.] cõcor. de iuramen. cal. c. fin. li. 6. & de testi. præsentium. lib. 6.

g ¶ Diadema 1.] proprie dicit corona imperialis, uel regia, & differt a serto, q̃ sit de floribus insertis, & a corona, quę dicitur circulus capitis de quolibet metallo: diadema vero solum de auro, & lapidibus pretiosis. & componitur à dia, quod duo, & demo, is ex sui enim rotũditate principium demit & finem.

h ¶ Oblatis.] respicit tria ad quę mandatũ habebant, scilicet exponẽdi deuotionem, petendi fauorem, vnctionem: & offerendi iuramentum.

i ¶ Decreto.] de quo

a Diadema regiũ Roma. q̃ exteris gẽtib. candidam fasciã esse cõstat. vide Alex. de Alex. Genialiũ dierũ. li. 1. ca. 28. de uariis coronarum generib. Aulũ Gellium. li. 5. noctium Att. c. 6.

tio pallietur, a posset in magnum, & euidens præiudicium Romanę Ecclesię redundare, b dignum, admodum, c & opportunum fore prospeximus, ut de iuramentis huiusmodi constitutio ni præsenti aliqua breuiter annectamus. Dictus namque Henricus quamprimum fuit in regem Romanorum electus, solemnes ad nos nuntios destinauit, dans eis per suas patentes litteras plenum & speciale mandatum exponendi d nobis pro eo deuotionem ipsius, & reuerentiam filialem, quam ad nos, & Romanam Ecclesiam syncero gerere se dicebat e affectu: necnon petendi, & impetrandi a nobis fauorem, & gratiam consuetos: offerendi quoque nobis, & præstandi pro eo, & in ipsius animam f debitæ nobis, & eidem Ecclesię fidelitatis, & cuiuslibet alterius generis iuramentum, ac nihilominus petendi a nobis per nostras sibi manus impendi unctionem, consecrationem, & Romani imperii diadema. g Prefatis itaque nuntijs in nostra, & fratrum nostrorum præsentia constitutis ad secundum dicti tenorẽ mandati Auinione, ubi tunc eramus, cum nostra curia residẽtes, in publico consistorio, in quo erat prælatorum, & aliorum, tam clericorum, quam laicorum non modica multitudo, & præmissis per eos coram nobis expositis supplicando petitis humiliter & oblatis: h Nos eodem mandato, & decreto i electionis eiusdem Henrici ex parte principum tam

ecclesiasticorum quàm sæcularium, qui eundem elegerant, nobis per dictos nuntios præsentatis, plena cum eisdem fratribus deliberatione discussis, factaque nobis de electione huiusmodi concordi, & legitimà plena fide, examinata quoque persona ipsius Henrici, prout absentia patiebatur eiusdem, & de ipsius fide, probitate, & aliis quæ in persona imperatoris sunt merito requirenda, k cum pluribus prælatis, & aliis magnæ auctoritatis uiris, qui eiusdem Henrici mores, conditionem, & statum plenius nouerant, l inquisito, eiusque persona; cuius etiam nos, & fratres nostri aliqualem m prius notitiam n habebamus, propter quod facilius transiuimus in examinatione huiusmodi, idonea reputata, ipsum nominauimus, denuntiauimus, † & declarauimus Regem Romanorũ, ipsius approbantes personam, eumq; sufficientem, & habilem declarantes ad suscipiendam imperialis celsitudinis dignitatem, ac decernentes vnctionem, consecrationem, imperijque Romani coronam sibi per manus nostras debere concedi: Et subsequenter à prefatis nuntijs sufficiens ad hoc ab eo (vt præmittitur) mandatum habentibus secundum formam in decretis, quæ incipit: Tibi domino, o comprehensam, fidelitatis recepimus iuramentum. Postque idem Henricus consecrationis, & coronationis suæ tempore aliud eisdem Cardinalibus, quos ad impendendum sibi huiusmodi consecrationis, & coronationis insignia miseramus ad vrbem, illud nostro nomine recipientibus, iuramentum præstitit corporale, quod in libro Pontificali P Romano præstandum Pontifici per Imperatorem coronationis suæ tempore ne continetur; cuius tenor dignoscitur esse

6 l. distin. episcopus & de electione. innotuit.

k ¶ Requirenda.] facit de sup. negligen. præla. grandi.

l ¶ Nouerant.] ab his inquirenda sunt talia de purg. cano. cum p. de elec. postquã. & scriptum.

m ¶ Aliqualẽ.] quasi non plenam, quia tunc non uidetur examinatio personæ necessaria. de hoc 33. distinctio. qui episcopus. in gloss. secunda. 47. dist. de Petro. & facit de appel. constitutis 2.

n ¶ Notitiam.] fuerat enim pro promotione fratris sui Teuerensis archiepiscopi aliquo tempore in curia.

o ¶ Tibi domino.] 63. distin. & fuit iuramentum Ottonis, ut ibi patet. & dicebat Gulielmus in pecu. eo. titu. §. 1. vers. illud autem. post principium: quod electus præstabat primo illud iuramentum legato apostolicæ sedis: postea quãdo coronabatur: iterum præstabat illud papæ.

p ¶ Pontificali.] quod alias uocatur ordinarium episcopale. & no ta Hostien. de fer. non or. consuluit. quodlibe le liber auth. fit: quia illius

† No. hic

De iureiurando. Tit. IX. 87

illius libri verba ibi ponũtur: simile quod de arbore dicitur per cap. 35. q. 5. ad sedem. Inducitur etiã 15. dist. canones. & ca. sancta. 33. dist. quæ ipsis. facit de offi. archid. cap. 1. & cap. ad hæc. hoc apertius ꝓbat hæc littera.

a ¶ Futuris.] illud est contra Ioan. qui not. 93. dist. legimus. quod sola principum electio facit verum Imperatorem: vides em quod etiam approbatus ab Ecclesia Imperator non est, donec coronationẽ & consecrationẽ receperit ab Ecclesia, & facit ꝓ dictam in §. porro. super verbo, reges, in glo.

b ¶ Polliceor.] dicitur l. 3. ff. de polli. quod pactum est duorum consensus atque conuentio: pollicitatio vero solus offerentis. ꝓmissum.

¶ CÆTERVM. CASVS. Hic Papa siue Romanus pontifex probat contra ipsum regem, qui dicebat se nescisse, seu ignorasse, quod antecessores sui Imperatores vnquam prestitissent iuramentum: Et probat papa dicendo, Q nunquam fuit. hæsitatum, id est, dubitatum, quin huiusmodi iuramenta exisstãt data a retro principibus id est, ab antecessoribus suis: immo ꝓbat Albertus quondam Imperator prædecessor ipsius Hẽrici, similiter Rodulphus tempore Bonifacij viij. ꝓstiterunt iuramentum fidelitatis ipsi Bonifacio. Domini mei aperui vobis portam iustitiæ capitulis: ideo uos supplico ut residuum videatis per vos. Nota text. [Cæterum,] vt supra i cle. ne Romani. de elect.

e ¶ Immediatus.] figuranter hoc dicit, cũ in possessione vltima tempora spectãda sint de causa possess. cum ecclesia. post princip. eccum concor.

d ¶ Bonifacio.] familiaris est hæc proba-

talis. Ego Henricus Romanorum rex annuente Domino futurus a Imperator, promitto, spondeo & polliceor, b atque iuro coram Deo, & beato Petro, me decætero protectorem, procuratorẽ † & defensorem fore summi Põtificis, & huius sanctæ Romanæ Ecclesię in omnibus necessitatibus, & vtilitatibus suis, custodiendo, & conseruando possessiones, honores, & iura eius, quantum diuino suffultus adiutorio fuero, secundum scire & posse meum recta & pura fide: sic me Deus adiuuet, & hęc sancta Dei Euangelia.

¶ Cæterum quin iuramenta huiusmodi fidelitatis existant à retro Romanis principib. nõ fuit hactenus hæsitatum, immo tam quondam Albertus rex Romanorum immediatus c prędecessor memorati Henrici Bonifacio d Papæ viij. prædecessori nostro tẽpore approbationis eiusdem Alberti, quàm Rodulphus pater ipsius & alii prædecessores eiusdem Romanoum reges diuersis nostris prędecessoribus iuramentum fidelitatis & obedientię pręstiterunt. Idemque Bonifacius memoratum Albertum iuramentum huiusmodi ab eo recepto de fratrũ suorum consilio (præsente prelatorum & aliorum multitudine copiosa) auctoritate Apostolica recepit in specialem suum filium e & ecclesiæ memoratę, ipsumque in regem Romanorum assumpsit, in Imperatorẽ post modum promouendum. Verum quia sæpe fatus Henricus, qui in proximis diebus fuit de hac luce subtractus, non virtutem & mentem, sed nudum verborum insectans † corticem, f sensumque confundens, iuramẽta restringendo prędicta, curiose videbatur asserere (vt prefertur) illa ad debitum fidelitatis huiusmodi non extendi: nouo morbo curiositatis g huius, luculentę veritatis antidotum h prędictis declarationis oraculo prouidimus apponendum. Quia ergo capitulis iuramento † fidelitatis i contentis sollicita meditatione pensatis, ipsa capitula k in prefatis Imperatoris iurametis quantum ad effectũ, mentem, & virtutem l ipsorũ non est dubium continerı: Nos præmissis & aliis rationibus, ne quis in Romanum assumptus principem, uel in posterum assumendus, an iuramenta huiusmodi per dictum Henricum Imperatorem præstita, & per successores ipsius in futurum prestanda fidelitatis existant, in dubitationem deducere audeat, uel super his cõtrarium astruere veritati, auctoritate Apostolica de fratrũ nostrorum consilio declaramus, illa iuramenta prędicta † fidelitatis existere, m & censeri debere.

¶ Porro pręter iuramenta prædicta idem Hẽricus suorum inhærens prędecessorũ uestigiis, n priusquam ingrederetur Italiam, uel ibidem iura aliqua exerceret, sub

tio, cum papa alium papam inducit in testem, ut not. Ioan. 9. q. 3. patet.

c ¶ Filium.] de priuileg. si papa, uerb. similiter. lib. 6.

f ¶ Corticem.] quod facere non debuit. 1. q. 1. Marcion. de verbo. significi prætera & ca. intelligentia. ff. de legi. l. scire. Io.

† al. ituẽ.

g ¶ Curiositatis.] sumitur hic pro subtilitate exquisita, nimia cura. sic de renun. ca. 1. in prin. lib. 6.

h ¶ Antidotum.] ponitur pro contra dono. num. dic vt not. ff. de pet. hære. sed & si. §. consuluit, uel pro cõtra datũ, unde dicit solet id q̃ datur ꝛ uenenum, vnde pro medicina ponitur. de iura. calum cæterum inde dẽ quidam liber Antidotarius: quia ꝛ vitia compositus est.

† al. in iuramente.

i ¶ Fidelitatis.] quid habetur. 22 q. 5. de forma. & facit 5. eo. ego N. & videre potes q̃ not. Hosti. in summa. de feu. § quid si fidelitas. vbi etiam ponit plenam & plenioremfidelitatis formam. In quo & quid differat ab homagio, dicam inf. de re iud. pastoralis. § rursus. (de hoc per Inno. de reg. iur. c. ult)

K ¶ Ipsa capitula.] contenta in fidelitatis iuramento.

l ¶ Virtutem.] ad maiorem expressionem inculcat hæc uerba.

m ¶ Existere.] non per hoc sequitur, q̃ subiecti Imperatori sint de temporali dominio Ecclesiæ. facit quod not. 81. dist. nec. legitur, & in Spec. de feu. §. 2. uersi. 4. Ioan. And.

[Glos. sequens tractat de tribus coronis imperii, & ubi, & per quos dentur, & quomodo de triplici sunt metallo, & quare, & dat simile.

† Dictio, prædicta, de est in antiquiorib. codicibus.

n ¶ Vestigiis.] qui, scilicet in ingressu Italiæ iuramentum tale præstiterat. Scire debes (prout habetur etiam in Pontificali)

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod rex Romanorũ coronatur triplici corona. Prima est ferrea, quã recipit ab archiepiscopo Coloneñ. in Aquisgrano eiusdem diœcesis: ferrum autem fortitudinẽ designat, qua vincere dẽt rebelles, & infideles conculcare. Secunda est argentea, quam ingressus Italiam recipit a Mediolanẽsi archiepiscopo in villa Modicen. eiusdẽ diœcesis: tamen ipse Hericus recepit illam Mediolani in ecclesia † sancti Ambrosij: argentum autem designans munditiam & claritatem, significat ipsum principem talem esse debere. Tertia est de puro auro, qua coronatur per Papam in ecclesia sancti Petri, ad altare sancti Mauritij: & designat aurum, quod omnibus metallis est excellentius, ipsum Imperatorem aliis regibus & principibus in potentatu & iustitia excellentiorem esse debere. Sic olim in historijs metallis dabatur tributũ Romanis, vt scripsi de fide instr. inter dilectos. super gl. indictio.

† al. Mediolanis.

ADDITIO. Hanc triplicem coronã triplici carmine adnotatam videas.

Ferrea Romani gestãt diademata reges.
Est argẽtea post hæc his oblata corona
Hinc aurum capiti fuluum datur imperiali.

a ¶ Tactis.] episcopi etiam cum fidelitatẽ iurant, tangunt sacra, vt probatur sup. eod. Ego N. in fin. Non sic quando testimonium dicunt, vel de calumnia iurant. quod dic vt de iura. calum. cap. fi.

b ¶ Exterminaret.] idem verbum de hæretic. excommunicamus § moneatur. & § seq Et dicitur quasi extra terminos vitæ, vel iurisdictionis suæ eos ponere: vnde ponitur etiam pro dissipatione, desolatione, & exilio.

c ¶ Parentelam.] alludit vulgari Italicorum, & ponitur pro affinitate. Consanguinitatem eum inire non posset. facit instit. de legitima agnat. tu. in fine.

d ¶ Successorum.] vide quod not. & dixi eod. tit. ne fratris.

[Glo. seq arguit non coronatum priuilegiare posse: remittit & talia diuersorum dicta ponit, subdens textum antiquum.]

e ¶ Reges.] Romanos vt sequitur. Et per hanc litteram videtur quod rex Romanorũ, qui nondum est Imperator vel coronatus, priuilegia dare possit: de quo satis notatur in speculo de rescrip. præsentata. § fi. ver. item quod est

1 Qui electus ẽ Imperator ãpossit ante coronationẽ priuilegia cõcedere, nide late Feliy. in c. eã te. de rescript. & Dec. cõsil. 19. uiso tenore.

testimonio suarum patentium litterarum in manibus dilecti filij Ioannis de Mollianis † scholastici ecclesiæ Tullen. capellani nostri ad hoc specialiter per nos missi, nostro & præfatæ Ecclesiæ nomine recipientis promisit, & tactis [a] sacrosanctis Euangelijs iuramẽto firmauit, quod eandẽ Ecclesiam, & fidem catholicam pura fide, totisque viribus conseruaret reuerenter, & etiam defensaret: omnemque hæresim, schisma, & hæreticos quoslibet, fautores, receptatores, & defensores ipsorum exterminaret [b] pro posse: ac numquam cum Sarraceno, Pagano, schismatico, seu alio quolibet communionem catholicæ fidei non habente, aut cum aliquo alio præfatæ Ecclesiæ inimico, vel rebelli, seu eidem manifeste suspecto, vnionem quamlibet seu parẽtelam, [c] aut confœderationem iniret, sed tam nostram, quam successorũ nostrorum personas, honorem & statum manuteneret, defenderet, & conseruaret contra omnes homines cuiuscũque existerent præeminẽtiæ, dignitatis, uel status. Eidem etiam † adijciens iuramẽto, quòd manuteneret semper atq; seruaret priuilegia omnia per prædecessores suos reges [c] ac Imperatores Romanos præfatæ Romanæ, & alijs quibuslibet Ecclesijs quocunque concessa tempore, & continentiæ cuiuscunque. Ipsaq; omnia, & specialiter ac præcipue per claræ memoriæ Constantinum, [f] Carolum, [g] Heuricum, Otthonem quartum, Fridericum secundum, atque Rodulphum prædecessores ipsius super concessione, recognitione, adnotatione, quittatione, & libera dimissione terrarum, & prouinciarum Romanæ ecclesiæ vbilibet positarum, quarum etiam multas nominatim expressit: sedi Apostolicę Romanisque Pontificibus super † quocunque tenore concessa recognouit, confirmauit, & ex certa scientia innouauit, ac etiam de

† al. Mediolanis.

[Glo seq. de donatione Constantini ponit duas opiniones, secundum approbans.]

f ¶ Constantinum.] disputant aliqui, an donatio Constantinum facta Ecclesiæ Romanæ in persona B. Siluestri, de qua 96. distinct. Constantinus. (Palea ei) valuerit, & an successor illam reuocare potuerit? Accurtius tenet, quod donatio non valuit, in Auth quo modo oportet episcop. post princip. Sed Ioannes contra, qui hoc notat 63. distinctio. Ego Ludouicus, quòd ualuerit: & quòd sit irreuocabilis, probat hæc littera, & supra de electio. fundamenta § ne autem. lib 6. & facit quod not. Hostien. in sum. de immunit. eccl. § pe. fin.

g ¶ Carolum.] de quo 11. quæst. 1. nolumus. de indi

obtentum, & hoc disputauit, & tenuit Iac. de Are. cius quæstionem ad litteram posuit Cynus in l. bene à Zenone C. de quadri. præscrip. Inno. in decre. venerabilem, dicit q̃ si Imperator non posset recipere coronam in loco debito, nihilominus auctoritatem administrandi recipere potest a Colonensi archiepiscopo, ad quem spectat, vel ex ipsa electione habet illam secundum eum, refert Hostien. de verbo. sig. super quibusdã. & quod vidit in Alemania per princ. præsidi rib. cadari & teneri, qd rex eligen. Romanorum post electionem concordem habeat omnem potestatem, quam Imperator, & q̃ vnctio a nihil addit, & facit qd ne nouo. Ioan. 93 distin. legimus vt scripsi super ver postquam. [& sic est glo. vel. futurus. in gl.] modo dic. Sed quod plus est, videtur di, & habeo formas aliquando quarundam litterarũ, ad ius adquæ de regalibus Inno. in iij. dicuntur extrahi, quæ manarunt super negotio discordiæ electionis, de qua loquitur decret. venerabilem. quarum altera dirigebatur archiepiscopis, episcopis, & prælatis & principib. Alemaniæ & Sclauoniæ; altera specialiter Moguntino, inter alia referentes quod inconcussa consuetudo imperij facta, certa, tationi consona, iuri subnixa, per patientiam iedis Apostolicæ tolerata, & per tolerantiam approbata, hoc habet, quod duobus electis in discordia, uterque admittat vt rex, & omnẽ imperij iurisdictionẽ exercet: quod declarat ibi papa locum habere, donec per papã reprobata. alterius electio fuerit approbata, aut

[a] ¶ Aduocatus.] vide quod notaui, & scripsi de elect. venerabilem. ver quod autem.

b ¶ In eo esset.] facit 43. dist. Ephesijs. 47. dist. quod adnos, de testi. constitutus.

c ¶ Aurea bulla.] patet ergo q̃ ante coronationẽ non vtitur bulla, sed sigillo. Sic & Papa aliter vtitur bulla ante coronationem q̃ post, vt not. in fi. lib. 6. super data priuilegia imperialia cum aurea bulla vidisse nõ memini nisi vnum: nec ẽt multum vt̃ expediens priuilegijs bullam auream appendi: propter pretiositatem enim metalli est de subtractione bullę periculum, ob quam ẽt causam prudentes plati & principes temporis nostri sigillis argenteis vel aureis non vtuntur.

d ¶ Archiuis.] habẽt idem verbum auth. ad hęc 30. q. 1. peruenit. vbi no. Dicitur archiui i armaria librorum, & deriuatur ab arca. Hieronymus in prologo Hester, dicit se ipsum librũ legisse de archiuis Hebræorum. [vide not. de probat. cum causam. de præscript. ad audientiam.]

DE EXCEPTIONIBUS.

¶ Visum est supra de armis actorum, nunc videndũ est de armis reorum, quę appellantur exceptiones siue defensiones.]

EXcõiciationis] primo decidit dubium. Secundo illud determinat & declarat: ibi, tenuata tamen Imo.

¶ Præsupponendum est quod habetur in § qui autem se vult excusare. instit. de ex eo. tu. vel cura. videlicet si alicui competant plures excusationes, si velit tantum vnam proponere, potest: Et si succombatin illa, nõ quã potest eam probare, tunc potest proponere aliam, & sic de aliis. Ergo idem est dicendum partibus vocatis ad iudicium, vt competunt eis plures exceptiones dilatoriæ, possunt

nouo concessit: & terras ipsas atque prouincias recognouit ad ius & proprietatem ipsius Ecclesiæ plenissime pertinere: easque nihilominus ex abundanti de nouo ecclesię sæpefatę donauit, sub prædicto se obligans iuramento, quod ipsas aliquamve ipsarum partem nullo vmquam tempore occuparet, seu quantum in eo esset, ab alio permitteret occupari: Nec in eis aut aliqua parte ipsarum iura aliqua, possessiones, aut tenutas haberet, seu quomodolibet possideret; nec in eis etiam potestatiæ seu cuiusuis capitanię, aut iurisdictionem quamcunque per se vel per alium exerceret; quodque (vt princeps catholicus & sępe dictę Ecclesiæ aduocatus [a] atque defensor) ipsam iuuaret, & consilijs, & auxilijs illi assisteret opportunis contra quoscunque inobedientes & rebelles eidem: & præcipue contra occupãtes seu turbantes terras prædictas, seu prouincias, vel partẽ quamlibet earundẽ. Sed eodem ẽt iuramento promisit, quod tam ipsam Romanam Ecclesiam, q̃ alias ecclesias, libertatẽ ecclesiasticã, bona, iura, prælatos, & ministros ecclesiarum ipsarum manuteneret, conseruaret, atq; defenderet, suo posse: Et quod Ecclesię Romanę vasallos contra iustitiam nullatenus offensurus deuotos ac fideles ecclesię, etiam in imperio constitutos benigne tractaret, nec eos opprimeret cõtra iustitiam, aut (quantum in eo esset [b]) per alium opprimi sustineret, sed in suis potius iuribus & iustitijs conseruaret. Hoc quoque iuramentum, & etiam pristinum, pro eo nobis per suos nuntios (vt præmittitur) præstitum, receptis suæ coronationis insignijs innouauit, prout in patentibus ante coronationem ipsam eius regio magno sigillo, & alijs post coronationem eandem eius imperiali aurea [c] bulla munitis inde confectis literis, (quas in archiuis [d] & diligenter conseruari fecimus) plenius continetur.

TITVLVS X.

De exceptionibus.

¶ Clemens quintus in concil. Vienensi.

¶ *Exceptio excõmunicationis opponitur dilatorie quando cunque, peremptorio non abstante. Io. And.*

CAP. VNI.

EXcom-

1 Quę exceptiones dilatoriæ possint opponi ante litem contestatam.

xa nullam proposuisti, quæritur vtrum bene dicam? Dicit Romanus pontifex, q̃ non: Nam exceptio excommunicationis est exceptio anomala: nec

est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est de natura aliarū exceptionū dilatoriarum: quia ibi est periculum excōicationis, qđ imminet in quacunq; parte litis, & incurrit snīam excōicationis minoris, & aliqñ maioris, qui participat cū excōicatis in crimine prohibito. hoc dicit. H.R. ¶ Colligo aliqua notabilia. Primo, quod

† Not q̄ excōicationis exceptio licet sit dilatoria potest obijci in qua liber pars litis cōtra naturam dilatoriarum pulchrā rōnē huius notabil. assignat hic Imola.

exceptio excōcationis potest opponi in quacunq; parte litis, & post renunciationē & conclusionem in cā ad impediendam prolationē sententiæ diffinitiuę, immo & potest opponi post sententiam ad impediendam executionem sententiæ.

[a] † exceptio dilatoria [b] in qualibet parte litis [c] opponi [d] potest, termino peremptorio [e] per iudicem assignato, [f] ad proponendū exceptiones declinatorias † & dilatorias, [g] non

Not. cum glo. q̄ exceptio excōcationis aliqñ est dilatoria, vt si opponatur contra actorem, aliquando est peremptoria, vt si opponatur contra electum vel contra eligentes. Et dr peremptoria: quia petimit & destruit electionē eligentiū, & consecrationē seu cōfirmationē electi, ita q̄ reddit electū inhabilē ad electionem. Not. q̄ iudex pōt præsidere & statuere terminum ad proponendum oēs exceptiones dilatorias, & post illam terminum nō auditur reus: quia ille terminus peremptorius habetur loco litis cōtestatæ: quia sicut post litis contestationem quis nō auditur ad proponēdum exceptiones dilatorias: sed oēs debet proponere ante litis contestationem, ita q̄ post terminum peremptorium quis non auditur c. pastoralis. allegato: sic & ille terminus perēptorius habetur p̄ litis cōtestatione quo ad exceptiones dilatorias proponendas. Not. tex. [Excōicationis.] Excōicatio l. 1. est extra cōionē Ecclesiæ separatio, vel censura ecclesiastica excludens a cōione fideliū. 11.q.3.c. nihil & § euidēter vel æternæ mortis damnatio. 11.q.3. nemo eorum. & c. nullam. Et excōicationis duæ sunt species, q̄ frequenter vsitantur, de quibus. 3.q.4. Eugeltrudā. Vna quæ maior est, & dr anathema & excludit ab ingressu Ecclesiæ, & a cōione fideliū, & a sacris: Alia est minor, quæ solum separat a sacrorum perceptione, idest, receptione de qua in c. si celebrat de cle. excom. mini. Not. exceptio est rei defensio, per quā ipse reus se defendit & tuetur ab actore. Et sm Azonem in summa. C. eod. tit. q̄ponitur large & impropriē pro omni defensione prout reo competit, & si nulla actori competit actio: Et nunc quidā vocant eam exceptionem facti, vt qñ sine actione quis calumnioſe ponit. Et plures sunt exceptiones, quędam sunt dilatorię, quædam peremptorię, quędam perpetuæ, quædam temporales, quædam sunt anomalæ, & est exceptio rei iudicatæ. Exceptio dilatoria est quæ causam differt & prolongat. insti. eo. tit. § appellantur. Exceptio perēptoria sm Spec. vocatur sic, quia actionem vel intentionem agētis perimit, vt cū quis petit decem ex causa mutui, alius excipit de pacto facto inter ipsos de non petendo, dicendo: Domine actor tu petis a me decē ex cā mutui, reminisce q̄ tali die fecisti pactum meum, q̄ numquam petes a me illa decē, quare excipio de pacto non petendo, & ista exceptio perimit actionem. Exceptio perpetua est, quæ perpetuum hēt effectū, vt cū petis a me decem ex cā debiti, excipio q̄ tu remisisti mihi. hæc exceptio perpetua dici pōt, & perpetuo cōpetit, qñcunque actor agit: quia exceptio non competit, nisi quis agat. ff. de excep. Exceptio tpalis est, quæ ad tps vtilis est, vt cū petis debitum, excipio ℥ de pacto facto de non petendo, nisi vsque ad quinquennium: iō si petis a me ante quinquennium excipiam, post quinquennium non possum excipere: quia mea exceptio est tpalis, & solum durat vsque ad quinquennū. de qua de reſcr. c. plerunq;. Exceptio anomala est, quę non sequitur normam. i. regulam aliarum: quia pōt opponi ante litē contestatam & post, & intra litis contestationem, vt exceptiones aliæ de quibus scilicet dubitatur an sint perpetuæ an temporales, vt

exceptio matrimonii, & exceptio nō numeratæ pecuniæ, & non numeratę dotis, vt no. in stit. de exc. §. appellantur. Exceptio rei iudicatę non pōt opponi, nisi qñ fit super eadem re, & qñ est ex eadē causa & eadē persona. Not. [Termino peremptorio.] peremptorium dicitur a perimendo, eo q̄ olim perimat, ut terminus peremptorius vltra quem non dantur vlteriores dilationes. Similiter exceptio dicitur peremptoria, quæ perimit actionem. Etiam citatio dr peremptoria: quia omnes alias citationes abbreuiat & accelerat, vt qñ quis citatur vno edicto peremptorio pro tribus, vel trib. citationibus præmissis, & quartum peremptorium, vt l. ad peremptorium. ff. de iud. Not. [Seruata constitutione.] scilicet c. pia. eod. tit lib. 6. vbi dicitur, si quis reus actori opponat excōicationem exprimat speciem excōicationis maioris vel minoris, & nomē excōicatoris, quē nisi intra octo dies probauerit, die qua ꝓponitur non cōputata, cōdemnatur in expensis: Sed si tunc deficiat, & iterum eandē opponat & probet, repelletur excōicatus, & valebit processus interim subsecutus. Item non nisi bis potest opponi excommunicationis exceptio, nisi emergat noua vel euidēs ꝓbatio de antiqua. Et si opponatur post snīam, impediet sententiæ executionem, sed snīa valebit. Item ex officio suo potest excōicatum publice repellere qñcūq. Hoc dicit illa constitutio, pia. quę est constitutio fel. re. Inno. No. q̄ gñalis renunciatio tacita, vt hic, vel expressa, sicut illa quę fit in fine litis, de qua. de causa post pastoralis, in fi. speciales prouisiones nō tollit per hoc quod no. de transact. c. 1. Zab.

[Glo. prima dicit quid reprobet, vel approbet.]

a ¶ Excōicationis.] Se summat reprobans quod not. Host. eo. tit pastoralis, qui dixit obstare lapsum termini huic exceptioni ꝓponendæ, licet vbi terminus status nō est, opponi posset vsq; ad snīam, & approbat q̄ ibi no. Ber. & Host. & Gul. in Spec. eod. tit. §. 2. ver. sed nunquid post, & intelligititur hoc de maiori excommunicatione, quæ repellit ab agēdo sup. eo. a nobis facit de sent. excom. si quem. Io. And.

[Glo seq. distinguit, & de quęstione remittit.]

b ¶ Dilatoriæ.] sad differendam litem actoris excōicati. de iudi. intelligimus. opponitur em̄ interdum in citer vim peremptoriæ, puta ad perimēdam electionē pro ponitur. pter excōicationē eligentium vel electi quo casu locum non habet decre. pia eo. tit. lib 6. & ibi not. dicit Gul. in Spec. q̄ etiam qñ opponitur contra iudicem, vel ℥ procuratorem, non obstat lapsus termini hoc no. in prędicto. §. ver. quid si terminus, & versi seq. de secundo dixi de procura. in nostra.

c ¶ Litis.] principalis, de cā vero appellationis plene scripsi eo. tit. significauerunt in textu & super glo. pen.

d ¶ Opponi.] quadruplex huius iuris ratio habetur in dec. pia in princ. glo.

[Glo. seq. ponit opinionem quam contra hanc tenet Host. tuetur.]

e ¶ Perēptorio.] tenet Host in decre. pastoralis. & Guliel. in Spec. de dila. §. 1. ver. eeceptoriæ. q̄ talis terminus, & si hic non exprimitur, intelligitur peremptorius, allegat decre consuluit de offic. delegat hoc probat littera illius dec. pastoralis, & Guli. ibi extunc. vt ibi scripsi. Sed dato q̄ iudex peremptorie expresserit, nō obst. hoc vult hęc littera.

f ¶ Assignato.] iste terminus assignari debet ad pertinentem actoris, non rei, vt satis dixi sup. eo. pastoralis.

g ¶ Dilatorias.] nunquid ad peremptorias proponendas posset iudex statuere terminum peremptorium? Fuit dat opinio quod non, de qua sup. eodem, pastoralis, super. 1. gloss.

[Glo. seq. iustificat textum, & ampliat.]

a ¶ Non

a ¶ Non obstante.] hanc opinionem in decre. pastoralis. approbare solebam hac ratione: quia quadruplex ratio illius decr. pia. ita vrger post terminū, sicut prius. Item quia lis contestata est quasi quidā peremptorius terminus dilatoriarum de re iud. inter monasterium, & tamen post illam proponitur hæc exceptio. Item terminus datus ad exceptionē illam probādam, qui lapsus est, non impedit illam proponi de nouo: ergo nec termi nus datus ad proponendum. Item sententia non præcludit viā huic exceptioni, multo minus termini lapsus: hæc omnia probantur in prædicta decr. pia. Et his rationibus puto decre. hāc locum habere, etiam si nominatim de exceptione excommunicationis terminus datus esset: Nec enim potest iudex beneficium iuris auferre reo, per qđ est sibi permissum quod in qualibet parte litis illā opponat de reg. iur. indultum cum concor. lib. 6.

b ¶ Constitutione.] eod. titu. pia. lib. 6. quæ statuit sub qua forma proponatur, & quotiens terminum probādi, & pœnam non probantis.

obstante: [a] Seruata tamen constitutione [b] felicis recordationis Innocentii Papæ quarti edita circa hoc in concilio Lugdunensi.

TITVLVS XI.

De sententia, & re iudicata.

Clemens v. in concilio Vien.

DE SENTENTIA ET RE IVDICATA.

CAP. I.

[Visum est supra de partibus iudicis, & de iuribus actoris & rei: verum quia examinato negotio, & iuribus partium auditis, iudex debet ferre sententiam secundum allegata & probata: ideo annectitur sequēs rubrica.]

VT calumniis.] ¶ primo præmissa ratione decidit unum casum. Secundo simili ratione decidit alium: ibi,] similia.] Tertio declarat & ostendit constitutionem locum hīe etiam ad pendentia per appellationem: ibi, [Quæ ad causas.] Imola. ¶ Præsupponēdum est primo ex ꝓb vna & eadem sententia non est licitum ter appellare: Secundo præsupponendum est, ꝓ licet ab una & eadem sententia non possim ter appellare: tamen post quia lata est die feriato, vel me non citato: vel q̄ lata est iudice deambulante, & non sedente pro tribunali, vel si allegem aliquam aliam causam.

CASVS. Tu & ego habuimus litem coram auditore Caluiginaci, vel coram alio iudice inferiore: ipse tulit contra me sententiā: appellaui ab illa snīa corā officiali pictauen. qui officialis sententiam ipsius auditoris confirmauit: ab illa confirmatoria iterū appellaui, & sic bis appellaui, & appellaui ad auditorem archiepiscopi Burdegalen. qui etiam confirmauit duas primas sententias. Certum est quod nō possum appellare ab illa tertia sententia. Sed ponamus q̄ antequā faceres exequi tuam sententiam, feci te citari coram iudice ordinario, & ꝓposui q̄ prima snīa lata per auditorem Caluiginaci erat nulla: Modo quæritur, vtrū pendente causa nullitatis snīa debeat exequi, vel utrū fit differenda, & prolonganda in euētum nullitatis, idest, quousq; fuerit iudicatū an snīa prima auditoris Caluiginaci valeat, an non? Respondet Romanus pōtifex, q̄ vt obuietur malitiis hominū, q̄ pendente causa nullitatis, sententia debet exequi: sed si postea pronūtietur snīam fuisse nullam, tunc executio reuocabitur. Sed quid, sanctissime pater, si non appellaui a tertia sententia, sed appellaui a quadam interlocutoria a qua interlocutoria a qua appellaui, & dedit mihi apostolos refutatorios, & pēdente appellatione processit ad diffinitiuam, & voluit exequi suā snīam? Ego dico q̄ non potest, pro eo q̄ pendet lis super appellatione interiecta super interlocutoria. Quæritur utrū ista litis pēdentia debeat impedire sentētiam? Dicit q̄ non: sed si iudicetur bene appellatū quia sententia erat nulla, tunc executio sententiæ reuocabitur. hoc dicit. H.R.

¶ Qui tres sententias contrarias inquauis causa reportauit, de illarum nullitate non egit, nec excipit ipsarum executione non facta & respicit etiam pendentia. Ioan. And.

¶ Colligo aliqua notabilia. Et primo, quòd habens tres sentētias contra se super eodē articulo, non potest appellare a tertia, siue sit diffinitiua, siue interlocutoria: sed bene pōt agere de nullitate. No. iuncta glo q̄

† De iterlectu vid Oldradū cōsil. 106. incip. qđ littera executoria.

† Not q̄ habens tres sentētias conformes contra se, si agat de nullitate, antequam admittatur ad agendum, prius debet parere sententię & executioni cum effectu. Nota, q̄ per appellationem ab interlocutoria non suspenditur officium iudicis, nisi iudex detulerit suæ appellationi c. 1. sup. de dolo & cōtuma. arg sumpto a contrario sensu. Not. q̄ si appellatur ab interlocutoria, & pendente appellatione ferat snīa & executioni demendetur: si dicatur bene appellatum & male pronuntiatum: tūc sententia est nulla, & executio reuocabitur, nec nocebit appellanti. Not. tex. vt calumniis. & dic illas præsumi in quotidiano litigatore, qui nec accusator nec testis esse potest. Romanus singu. 314. per c. suspectos. 3. q. 5. Idem Corsetus in sing. suis uer. an redemptor sub littera T. per c. nullus. eod. cā & q. facit. § 1. 46 distin. & habens iustā cām decipiat illos calumniatores. c. dominus. 23. q. adde quæ ego dixi in c. cupientes. de elect. Not. quid sit cā possessionis, & quid causa proprietatis. ℥. de cau. pos. & proprie. c. causa & in c ecclesia Sutrina. illo. eo. titu. & notatur in cano. redintegranda. 3. q. 1. Et dicitur petitorium, quando quis petit rem pure & simpliciter. Sed possessorium dicitur quando duo sunt in controuersia de aliqua re vel beneficio, & alter petit sibi possessionē illius rei adiudicari: & postea cognoscitur super ꝓprietate, & si fuerit uictus in proprietate seu petitoria ipse restituet possessionem quam habuit. Not. [Executioni.] tū tex. fallit si executio sit irreuocabilis. arg. ca. baptizari. 5 dist. exemplum, ut cognitio virginis in cā matrimoniali. 32. q. 6. si Paulus. est decisum per 430. q. Tholosanæ capellæ. Item fallit si nullitas sit euidētissima Bal. per illum tex. ibi. C. ne liceat in vna eademq; causa. ter. prou. l. 1. Oldrad. consi 106. idem tenet declarans hanc cle. item non fiet executio, si adsit prompta ꝓbatio nullitatis. arg. l. is a quo ff. vt in posteg & hic vide sing. Corseti. versi sententia. posiū sub littera S.

¶ Et no. q̄ si iudex tulit snīam, in qua condemnat Titium in centum, ipse illico non mandat suam sententiam executioni: immo Titius habet tempus quod dat iudicatis ad soluendum, s quattuor menses. Quattuor mensibus elapsis si Titius non soluerit, iudex mittit apparitorem, idest, clientem ad domū Titii: & facit executionem de bonis suis vsq; ad summam illorū centum, in quibus fuit condemnatus, & bonis acceptis usque ad dictam quantitatem, sententia iudicis dr executioni mandata. Not [Sententiæ diffinitiuæ.] quid sit sententia diffinitiua, & sententia interlocutoria, vide s. in cle. si ante. de do. & contu. Et not. hic plures diffinitiuas ferri super eodem facto: & illæ simul plus possunt una sola l. de pupillo. §. opus ff. de ope. no. nunper quam dixit Aug. referentē hic Barba. q̄ optimum

est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est petere confirmationem sententiæ, quamuis ab ea appellatū non sit facit tex.in l.si quos.& ibi Bar.suadet.C.de decur.q confirmetur contractus iurisgentiū. Not [Tali prætextu,]idest tali colore, q dicit se appellasse ab interlocutoria vel grauamine, non dēt pē dere executio prædictarum trium sententiarum, vt apparet in textu ibi[Similiter.]

[Gl.prima summat, dicit respicere pendentia, commendat & dat simile]

† Causa dr beneficialis qū agitur de titulo bñficii simplicis, aut maioris, dignitatis: secus si agat de ecclesia, vt de proprietate. gl. in cle. 1.§. de cā possess.

a ¶ Vt calumniis.]Casus. Qui tres sententias contrarias in quauis causa reputauit, de illarum nullitate non agit nec excipit; ipsarum executione non facta. Et respicit etiam pendentia nouum & æquum quod hic dicitur; cui est simile §.ea. compil. de sequestra.possess.c.fin.& huic princ.concor.de pœnis.calumniam.

Calūniis litigantiū est obuiādum.

b ¶ Quauis.] includit spirituales, quasi spirituales, criminales, ciuiles, & mistas.

† In quodā manuscripto ita:ad agēdū uel excipiēdum de nullitate, &c.

c ¶ Tres.]succesiue,& super eodem articulo: non.n. locum habet hæc pars quando super diuersis articulis licet eiusdem causæ, tres interlocutoriæ sunt latæ contra partem.

d ¶ Contra se.]de tertio,qui vult propter suum interesse executionem sententiæ impedire,habetur eo.ti. cum super & ibi satis no.Inno. & Host.

e ¶ possessorio.]concor.prædi.decre.1.de sequestra.

f ¶ Sententias.]non dicit diffinitiuas:sicut ∫ parte ,pxi. per quod patet etiam in interlocutoriis quorū facienda sit executio, locum habere quod hic dr, & in quo iure petatur illarum executio, vide in Spe.de sen.excom.§.penul.circa fi.

[Glo seq.quattuor remissiones facit.]

1 De materia huius glossæ ui de Sebastianum Vantium in tract.d nullitatibus processuum, & sententiarum.

nomina, & concor. de sen. excom. constitutionem lib. 6. & inf. de sent. excom. grauis in fi.

a ¶Tertio.] de sent. excom. sacro. & c. constõnem. lib. 6. debet ergo hȝe aliquorum dierũ interualla, ut ibi dȝ, nec dȝ hoc sufficere ꝙ emanaret vnum peremptorium ꝓ hanc litteram.

b ¶Moderãdum.] de appe. cũ sit Romana.

c ¶Nullo.] simile de coha. cleri. & mulie. sicut.

d ¶Taliter.] scilicet per diœcesanos nominatim, & tertio prefixo termino congruenti.

e ¶Prœmissum.] scilicet publice & personaliter.

f ¶Resũpserint.] lapso termino. hoc dico: quia si habuisset terminum mensis, & v. die dimisissent, decimaquinta resumpsissent, dummodo intra terminum postea dimississent, non esset locus pœnæ. 1

g ¶Quandocunq;.] quasi etiam post tempora longiora. & est simile de ord. cog. c. 2. Io. And.

[Glo. seq. litteram exponit, duas lecturas ponit, & inducit simh ¶Omnino.] s. quo ad duo priuilegia, q̃ poterant habere, per decre. vnicam. de cleconiu. lib. 6. & si hic coniungis totã illam partem, scilicet priuilegium clericale quãdiu, & c. multum facit ad id quod no. de cle. coniug. Io. in 4. q. sed si istud, omnino, intendit perpetuitatẽ priuationis inducere, vt si coniungatur hic illud verbum, solum. priuilegiũ clericale eo ipso amittant, resultaret contrarius intellectus. similis disputatio de hac dictione, omnino. ff. de fideiussoribus. l. Græce. §. illud.

i ¶In rebus.] proprijs, in quibus alias gauderent immunitate. eo. tit. c. vlt. de immu. eccle. c. 1. lib. 6.

K ¶Quandiu.] Recuperabunt ergo desistentes priuilegium. & facit de vita & hone. cle. c. vlt. & qđ ibi dixi post Inno. ibi etiam no. Ber. & facit quod no. 32. dist. nullus. & 18. dist. si qui sunt presbyteri.

1 Quia in talibus finis ẽ spectandus. Pau. Cardi. Fon.

2 De hoc verbo vide Iaſ. in l. Cẽturio ff. đ vulg. & Abbatẽ in ca. 1. in vlt. no. extra de sent. & re iudicata.

tio [a] moneant, vt sic ab huiusmodi officijs intra conuenientem † terminũ monentium ipsorum arbitrio moderandum [b] de sistant, & quod ipsa nullo [c] vnquam tempore reassumant.

¶Qui si taliter [d] moniti ab his non desiterint, aut ipsa (vt prœmissum [e] est) exercendo resumpserit [f] quandocumque, [g] coniugati omnino, [h] non coniugati vero in rebus: [i] & si omnino incedant vt laici, † in personis priuilegium clericale, quãdiu [k] prœmissis institerint, eo ipso [l] amittant.

¶Aduersus vero alios [m] clericos, negotiationibus vel commercijs secularibus, vel officijs non conuenientibus clericali proposito publice insistentes, vel arma portantes, sic canonica seruare studeant instituta [n] quod quibuscunq. vestibus? Dicit ꝙ cleterici dẽnt abstinere à veste diuerso calore colorata, & si vtantur publice, ipsi incurrũt pœnas hic contentas Sed quæritur nunquid presbyteri pñt portare caligas scacatas? Dicit ꝙ non. hoc dicit. H. R. ¶ Colligo aliqua notabilia Et primo, ꝙ per decentiam exteriorem cognoscitur honestas morum interiorum. No. ꝙ clerici prohibentur portare vestes diuersiscoloribus coloratas: Vade si sint clerici beneficiati, ipso facto sunt suspensi a perceptione fructuum sui beneficij per sex menses: Si non sunt beneficiati, tunc per sex menses sunt inhabiles ad obtinendum beneficium quodcunque. Si vero sint in dignitate constituti, tũc magis puniũtur. Not. ꝙ clerici interueniẽte cã sufficienti, puta causa timoris, pñt assumere vestes laicis. No. [vitgata] ideſt, viridi. No. [sancimus] vt sup. in clem. cum ilfusio de denuntiatione. Not. [Censemus.] vt sup. cle. causam. de electione. No. [Tõsuram,] ideſt, coronam clericalem. de tõdeo. Not. [Deferentibus,] ideſt, portãtibus a defero, defers, detuli: & est compositum de fero, fers, vt sup. in cle. si ante, de dolo & cõtu. No. [personatum.] personatus, tus, tui. Et

& illi ab excessibus compescantur huiusmodi, & ipsi de damnabili circa hęc negligentia nequeant reprehendi.

¶Idem.

¶ Prœmisso exordio punit primo clericos beneficiatos vtentes publice virgata vel partita veste. Secundo subdiaconos, & diaconos. Tertio omnes clericos tonsuram publice cum tali veste portãtes. Quarto, habentes dignitatem, personatũ, beneficium curatum; & sacerdotes & religiosos publice portantes talem vestem vel insulam. Quinto: punit oẽs prędictos vtentes tabardo notabiliter breui, integre fodenato, Sexto: certas caligas clericis interdicit. Io. And.

CAP. II.

QVO-

persona fœ. ge. est rationabilis creaturæ individua substantia. Et secundum hoc dicitur persona: quasi per se una. & est etymologia. Et secundum hoc persona videtur spectare ad deitatem. Item persona dicitur histrio repręsentator comœdiarum: quia diuersis modis plonat diuersas pſonas repræsentando. Et hinc pſona dicitur in Grãmatica ipsum suppositũ, qñque ꝓprietas persona fiti, qñq; ꝓprietas vocis, qñq; vox ipsa, qñq; modus significandi, & qñque personalis proprietas. Item persona dicitur in Ecclesia, qui dignitatem habet præcteris. Et hoc ab histrione sumptum est, qui diuersas ꝑsonas repręsentando, diuersos solet accipere ornatus, secundum dignitatem personæ, quam hẽt repręsentare. Et hinc tractũ est vt persona dicatur in Ecclesia, quæ dignitas personatus dr, nam fm diuersos gradus dignitatis personæ distinguuntur in Ecclesia. Et hinc ẽt tractum est, ut in Grammatica vna persona dicatur prima, alia secunda, alia tertia, quod fit rõne dignitatis. Inde venit hic personatus, tus, tui, dignitas vel officium personę, fm Hug. & hæc personalitas, tatis. Not. [per decentiam,] ideſt, per cõuenientiam habitus: quia non omnes habitus sunt conuenientes clericis. Not. ibi, [Scacatis] ꝙ scacatio dr claudo vel claudico, siue inæqualitas & est Græcum. & inde sumptũ est hoc nomẽ scacatus, ta, tum. Et dic caligis scacatis, ideſt, inæqualibus. Glo. tractat pro. residuo. Not. ex cã rõnabili licitum est clerico vti veste virgata vel partita, & dic rationabilem causam, scilicet timoris, etc.

tit. clerici. Not. ꝙ hic punitur solum qui publice, vtitali veste: secus ergo si occulte, puta in camera vel in prãdio: vt quia caret alio panno. Solus ergo publicus vsus hãc pœnã meret. fi. s. c. proxi. secũdũ Pau. Zabai.

[Glo. prima summando diuidit, & dicit ad qd emanauit.]

a ¶ Quoniam.] Casus: præmisso exordio punit primo clericos beneficiatos vtentes publice virgata vel partita veste: Secundo subdiaconos & diaconos. Tertio. & omnes clericos tonsuram publice cum tali veste portantes. Quarto habẽtes, dignitatẽ, personatũ, beneficiũ curatum, & sacerdotes & religiosos publice portãtes talẽ vestẽ vel insulam. Quinto punit ǫmnes ꝓdictos utẽtes tabardo notabiliter breui, integre fodenato ad Sexto certas caligas clericis interdicit. emanauit executiue

b ¶ Congruentibus.] congruentibus uestium respicit nõ solum clericos, de quibus hic & in iuribus prælleg. tis, & monachos, de quib. ꝺ ſta. mona. ne in agro. sed etiam omnes laicos. 41. dist. §. 1. & c. parsimoniam. 30. dist. si quis virorum. & variatur ex diuersitate sexuũ. ea. dist. si qua mulier.

c ¶ Cessante.] sup. eo. Deus qui.

d ¶ Indignum.] de sent. excom. in audientia. eo. titu. si iudex laicus. lib. 6. deinin. item apud. § si quis virgines. & est simile de stat mona. recolentes.

e ¶ Clericus.] includit habentem primam tonsuram tantum de æta. & qual-cum contingat.

[Gl. seq. allegat duas concor. & dubium soluit.]

f ¶ Partita.] dicit canõ, ꝙ diuersi coloris, uel diuersæ partis uestis esse non debet. 20. q. 1. c. vlti. in fi. alibi, ꝙ uestis non debet esse uaria sericis texturis, nec habere uariorum colorum ornamenta. 21. q. 4. c. 1. in fi. Et ꝙ licet uestes rubei & viridis coloris prohibitæ sint clericis. sup. eo. c pœnæ tamen istius constitutionis locum habent solum in uestibus hic expressis. & concor. qđ dixi sup. c. proxi.

g ¶ publice.] concor. sup c proxi.

ADDITIO. Dicit Lau. ꝙ dicitur publice portare cum multitudini hoc pateat: sicut etiam dicitur publice alea tor, vel usurrarius, uel maleficus, uel meretrix, ue excõi eatus. de excef. prælat. inter. de maleſi. c. 2. de exceptione exceptionem. 34. dist. uidua. In domo uero dr secre re, quia domus rem secretam, & non publicam denotat. 6. q. 1. ex merito. Zabarella.

[Glo. seq. soluit dubium, & solutionis obiectionẽ.

h ¶ Vtentur.] uestibus ergo etiam prius factis publice uti non poterit sine hac pœna, nec propter hoc constitutio respicit præterita: damnat enim solum futurum vſum. & facit quod dixi sup. ea. compil. de æta. & qualitate.

i ¶ Rationabilis.] puta timoris eo. tit. c penult.

k ¶ Sex menses.] inchoandos post talem publicam delationem.

[Glo. seq. quæſt. soluit, & rationem reddens contraria respondet: inducit simile, & dubium soluit.]

l ¶ Beneficiorum.] omnium, propter indefinitam de hoc de elect. vt circa, libr. 6. offendit enim vniuersum ſtatũ Ecclesiæ, nec minus vnam ecclesiam q̃ aliã. & sic soluitur, de elect. si cõpromissarius. §. huiusmodi. & §.

niam [a] † qui abiectis uestibus proprio congruentibus [b] † ordini, alias assumere, & in publico portare rationabili causa cessante [c] præsumit, professorum illius ordinis prærogatiua se reddit indignum: [d] Præsenti constitutione sancimus, quòd quicunq; clericus [e] uirgata uel partita [f] ueste publice [g] utetur [h] (nisi causa rationabilis [i] subsit) si beneficiatus extiterit, per sex menses [k] a perceptio

ne fructuũ beneficiorũ, [l] quę obtinet, sit † eo ipso [m] suspensus. [n] Si uero beneficiatus non fuerit; in sacris tamen ordinibus citra sacerdotium [o] constitutus, per idem tempus [p] reddatur eo ipso inhabilis [q] ad ecclesiasticum beneficium obtinendum. Idem quoque censemus de clericis aliis [r] vestem talem [s] simul & tonsuram [t] publice deferentibus clericalem. ¶ Diguitatem uero, personaseq. lib. 6. vbi specialiter offenditur ecclesia, ad q̃ indignus eligitur, vel ad quam dignus electus impeditur: & est simile ſ. de pœnis c. 1. post prin. posset autem talis eligere, de elect. cum Vintoñ.

m ¶ Eo ipso. hic ergo non est necessaria monitio nec sententia. aliter s. ea. proximo.

[Glo. seq primo solui tra dubia: secundo quærit & soluit, & de duobus remittit: n ¶ Suspensus.] si tamen interim illos perciperet, non est irregularis, cum hoc non sit expressum in iure. de sent. excom. is qui libr. 6. nec beneficiis priuatus, cũ hoc hic nõ exprimatur, sicut in casu, de elect. ca. 1. §. fin. & c. cupientes §. cæterum. lib. 6. tenetur tamen, ad ipsorũ restitutionẽ. Sed cui fiet restitutio? hic uidendum est cui accrescant fructus tempore suspensionis, puto ꝙ quotidianæ distributiones accrescãt sociis, vt di xi sup. ea. compil. de æta. & qualita. vt hi qui. fructus pbẽdæ uel distincti beneficii accrescant ecclesiæ. de cleri. non resi. c. penult. & sic intellige quod no. 91. dist. clericus uictum. & quod not. Inn. de coha. cler. sicut. Quid aũt si isti suspensi nollent interim officiare ecclesiam, & an interim eligant uel el gantur? Vide quod not in prælleg. §. cæterum. in glo. non ergo.

o ¶ Sacerdotium.] hic ergo est ius diuersum inter sacerdotium & alios sacros ordines. concor. 55. dist. ex anti. quis. ne cle. uel mo. c. fi.

p ¶ per idem tempus.] sex mensium.

q ¶ Inhabilis.] tenet Guli. in Spe. tit. §. superest. uersic. sed nunquid potest, ꝙ legatus & episcopus hanc pœnã infligere possint, etiam in perpetuum clerico & laico ex cã. & uides ꝙ in defectum beneficii succedit hæc pœna 1 inhabilitatis: alibi deficiẽte beneficio succedit pœna excommunicationis ꝑ de deci. cap. 1.

r ¶ Aliis.] qui nec beneficiati sunt, nec in sacris.

s ¶ Talem.] iurgatam uel partitam.

[Glo. seq. infert ex copula, & arguit. Secundo quæritq; quæstionem declarat, soluit. opi. ponit. Tertio, specialia quærit & soluit.

t ¶ Et tonsuram.] si ergo uestem ferant siue tõsurã, nõ est locus pœnæ. & facit ad ea q̃ not. & scripsi de apost. tuæ. uides enim ꝙ constitutus in minoribus, sæcularibus uestibus utens, non incurrit hãc pœnã, nisi immisceat tonsurã. Et quia de tonsura clericorũ iura uariis verbis utuntur: quædam dicunt rasuram in parte superiori admodum sphæræ. 24. dist. § clerici & c. seq. Dicitur autem sphæra rotunditas, uel corpus, seu spatium rotundum: quædã dicit coronã & rasurã. 12. q. 1. duo sunt. quædam tonsuram & coronam. eo. tit. clerici. de ele. contu. cap. ult. & inf. de celeb. Miſ. c. 1 quędam simpliciter tonsuram. eo. tit. clericus. simile de cle. coniu. Ioannes. & c. ex parte eo. tit. c. unico. lib. 6. & eo. lib. de biga. altercationis. de senten. excom. si iudex. & hic, quid hæc uerba intendant, uideamus. Circa hoc scien dũ, ꝙ clericis deputatis ad diuina ministeria, competit rasura & tonsura in modum coronæ ratione figuræ; quia corona est signum regni & perfectionis, cũ sit circularis carens angulo, in signum carentię sordiũ, quia ubi angulus, ibi sordes. se ergo & alios uirtutibus regere, & sordib. mundare dẽnt: & sic in Deo regnabũt, ut in prædi. decre. duo per rasurã autẽ ex parte superiori capilli

† al ita: sit ipso facto suspensus

Suspensionis tpe durante cui accrescũt fructus cleri ci suspẽsi.

Corona, tõsura, & rasura differentes aliqualiter quid in clericis repræsentant.

Sordes sunt i angulis.

† al competętem.

1 Notat Imo. ꝙ inferior a papa ex statuto in habilitare põt clericos ad obtinẽda bñficia Fon.

capilli subtrahuntur, ne mens ipsorum per occupationes temporales retardetur a cõtemplatione mysteriũ diuinorũ. Summitas enim capitis est eminentia mẽris. facit de sacra vncti. c. vnico. ver. fi. in veritate per ipsius ergo denudationem mẽtis releuatio designatur: Et qa conuersi ministeriis diuinis non occupantur, superius nõ raduntur: licet inferius tondeantur, quia tẽporalia deponunt. Tõsura uero ex parte inferiori capillos tondet vsq; ad releuationẽ sensuum, scilicet visus & auditus: ne scilicet oculos uel aures impediãt. & est signũ qp pscindẽda sunt vitia cordis & corporis ne intuitũ diuinorũ impediant: & ex his debetur corona cęlestis. Vnde dicit canon, qp incedere dẽnt clerici detonso capite & patẽtibus auribus. 24. distin. c. penult. Ex pdictis videtur qp proprie rasura respiciat partem superiorem: quã dicimus clericalẽ: corona, circulum capillorum: tonsura, abscissionẽ ipsorum. facit de sent. excom. contingit. 2. ibi, circuncisis crinibus. Hostiensis tamen in decre. clerici. eod. tit. vt ibi scripsi, qđ s. dixi clericam, vt uocare tonsuram, dicens qp maiorẽ tonsuram, & altiorem, & rotundiorem coronam dẽt habere monachus, quam clericus. & notauit etiam de hoc in summa, eo. tit §. 2. Hæc dicta ad discutiendũ an tonsura cõsistat in clerica, uel in tõsione criniũ, uel in utroque: & specialiter per hoc ad textũ, an clericus in minoribus deferens talẽ uestẽ cũ clerica & longis crimibus, uel ecõtra tonsis crinibus, sed sine clerica incurrat hãc pœnã. Et in primo casu, si clericã caputio uel aliter cooperit, & in secũdo, si tonsionẽ criniũ cooperta portat forte uestito caputio: certũ est qp non est locus pœnæ: per uerbũ, publice, quod respicit utrumque s. uestem & tonsuram: remanet ergo dubium cũ alterũ solũ defert & publice egeret declaratione: sed credo de mente, qp si tantũ in publico exhibet, ꝛ, qp uideatur clericus cũ ea uestẽ, locus sit pœnæ. raro enim uel nunquam in capite caputiũ, oirretum, cappellum uel aliquid tale deferens, ostendit utrumque.

† al. pileũ iuuenũ.

Clericus anres habeat parẽtes.

1 Infula fasciaerat in modũ diadematis (ut ait Seruius li. 10. Aeneid.) a qua depẽdẽbãt uittæ ab utraque parte.

tum seu beneficium aliud obtinens, cui cura immineat animarum, necnon cæteri in sacerdotio constituti, ac religiosi quilibet, quos oportet per decentiam habitus extrinseci [a] morum intrinsecam honestatem ostendere, si (præterquã ex causa rationabili) publice uestem ferant huiusmodi, aut infulam [b] seu pileum † lineum [c] publice portent in capite, sint eo ipso beneficiati, videlicet a perceptione fructuum beneficiorum, quæ obtinent, suspensi per annum. Cæteri [d] uero sacerdotes & religiosi quilibet per idẽ tempus [e] reddãtur inhabiles ad quodcũq; [f] beneficium ecclesiasticum obtinendum.

¶ Sed & tales § & cæteri quicunque clerici utentes epithogio [h] seu tabardo foderato usq. ad orã, [i] & ita breui, quòd uestis inferior notabiliter uidea tur: [k] epithogiũ ipsum† sæculares clerici & religiosi administrationẽ habentes, teneantur intra mensem [l] dare pauperibus. Cęteri uero religiosi administrationem non habẽtes, intra idem tempus illud teneantur suis superioribus assignare in pios usus aliquos conuertendum. [m] Alioquin beneficiati suspensionis, cæteri [n] uero inhabilitatis pœnas prædictas per idem tempus [o] se nouerint incurrisse. Huic insuper adiicimus sanctioni [p] Ut clerici præserga usque ad talos 23. dist. penult. & si breuitatẽ uestis superioris diceremus huius constitutionis causam ut deretur constitutio locum habere etiam in tali rabardo non sic foderato: quod non credo, cum sit pœnalis & sic non extendenda. de electio. statutum. lib. 6.

l ¶ Intra mensem.] quia supra dixi utentes, uideatur ꝛ mensis incipiat poti inchoationem usus.

[Glo. seq. arguit, quærit & soluit.]

m ¶ Conuertendum.] facit ad not. 12. q. 1. non dicatis. qp monachus administrationẽ carens eleemosynã facere non possit. Sed quid si talis monachus erat in studio de licentia abbatis, a quo multũ distat? Satis puto qp tunc quis administrationẽ non habeat, hanc erogationẽ facere possit: per ea quæ not. Host. in summa de pœnit. & remiss. §. quibus & qualiter. char. pen. uers. qđ facientibus eleemosynam. ubi tenet quod monachus, qui de licentia abbatis est in studio uel peregrinatione, põt facere gratuitum eleemosynã moderatã al legat de offi. deleg. præterea. ff. de procu. ad rẽ. & l. ad legatum. de iud si longius. fortius ergo faciet hanc ne cessariam. & facit quod not. de accu. ex parte.

n ¶ Cæteri uero.] non beneficiati.

[Glo. seq. ponit tres lecturas.

o ¶ per idem tempus.] annale, ut sic respiciat qđ proxime dictum fuit, a uer. dignitatẽ, citra. uel ut restringatur pœna potest intelligi de sex mensibus, de quibus in principio dixit. uel die diuersificari pœnas fidictas, scilicet anni & sex mensiũ secundum qualitates diuersas clericorum, de quibus præmisit, ut semestre locum habeat in iis, de quibus loquitur usque ad uer. dignitatem est in usu, cum maior uel saltem eadem ratio.

d ¶ Cæteri.] nõ beneficiati; & religiosi pœnam hic expressam incurrunt ultra pœnã excõicationis, qui ligatur per aliam constitutionẽ de cleri. uel mo. c. 2. lib. 6.

e ¶ Per idem tempus.] annale.

f ¶ Quodcunque beneficium.] includit præstimoniam, uel pẽsionẽ, quã haberet in titulũ. facit quod dixi de resc. postulasti. g ¶ Et tales.] de quibus proxime dictum est.

† al. ipsũ

h ¶ Epithogio.] Dictũ est ab epi, quod est supra, & tego tegis.

i ¶ Oram.] sine aspiratione designat finẽ uel extremitatem rerum præcipue regionum & uestium. Vnde dicitur 1. Regũ. 24. qp Dauid scidit oram clamidis Saulis. 2. q. 7. § de his. & Genesis 42. Repeterũr in ora faccorum ligatas ipecunias. ad Hæbreos 11. Sicut arena, quæ est ad oram maris. Nõ aspiratur etiam qñ scribitur pro pluralis de os, oris. aspiratur autem qñ designatẽ pus: ut horam Tertiã, uel Nonæ.

Ora sine aspiratione & ora aspiratione, qđ de notat.

k ¶ Videatur.] Dicit canon qp superiores uestis clericorum debet esse talaris, idest, longa usque ad talos 23. dist. penult. & si breuitatẽ uestis superioris diceremus huius constitutionis causam ut deretur constitutio locum habere etiam in tali rabardo non sic foderato: quod non credo, cum sit pœnalis & sic non extendenda. de electio. statutum. lib. 6.

l ¶ Intra mensem.] quia supra dixi utentes, uideatur ꝛ mensis incipiat poti inchoationem usus.

[Glo. seq. arguit, quærit & soluit.]

m ¶ Conuertendum.] facit ad not. 12. q. 1. non dicatis. qp monachus administrationẽ carens eleemosynã facere non possit. Sed quid si talis monachus erat in studio de licentia abbatis, a quo multũ distat? Satis puto qp tunc quis administrationẽ non habeat, hanc erogationẽ facere possit: per ea quæ not. Host. in summa de pœnit. & remiss. §. quibus & qualiter. char. pen. uers. qđ facientibus eleemosynam. ubi tenet quod monachus, qui de licentia abbatis est in studio uel peregrinatione, põt facere gratuitum eleemosynã moderatã al legat de offi. deleg. præterea. ff. de procu. ad rẽ. & l. ad legatum. de iud si longius. fortius ergo faciet hanc necessariam. & facit quod not. de accu. ex parte.

Eleemosynã facere an qđ monachus possit

Universidad de Deusto Biblioteca

† No. q̃ obreptio uitiat litteras bñficiales ipso iure, q̃ melius ꝓbat hic, q̃ alibi. & ñ hoc de reſcr. ad au dietiã. 2. Zab.

a ¶ Vel alteri.]Si intelligas ſecundæ, planum eſt, q̃ ſequitur de gratia ſurreptitia, vt eod. tit. ca. cum in illis. li. 6. ſed ſi de prima hoc intelligas: tunc licet gratia ſit ſurreptitia quo ad diſpenſationem pluralitatis, non tñ quo ad prouiſionem dignitatis, ex quo propter illã paratus eſt dimittere primam. Vnde ſi Mutinenſis Archidiaconus impetrat archidiaconatũ Bononienſem nõ curatũ, uel curatũ, hoc tñ expreſſo; & diſpenſatur cum ipſo ſuper vtroq. tenendo, licet diſpenſatio pluralitatis non valeat, ex quo Mutinenſis Archidiaconus habet curam, & hoc non expreſſit propter rationem quã ſ. dicam ſuper uerbo, momenti; videtur tamen quod valeat impetratio, ita q̃ per ipſam Mutineñ dimittendo, conſequi poſſit Bonon. Non enim habetur in iure expreſſum, q̃ impetrans qui tenetur facere mentionẽ beneficiorum, quæ habet, teneatur etiam qualitatem eorum exprimere: ſicut nec hꝰ in iure, q̃ teneatur exprimere qualis ordo ſit annexus beneficio, uel quantitatem reddituum, quam habet ex uno beneficio, vel pluribus, licet beneficia teneatur exprimere. cum ergo per expreſſionem nulla fiat diſpenſatio, ſed ſolum uitiatur ſurreptio. eod. ti. non poteſt. in fin. lib. 6. vꝰ q̃ valeat impetratio, ex quo illud expreſſit, licet non expreſſerit illius curam, ſicut ualet, licet non expreſſerit annexionem ordinis, uel redditꝰ quantitatem vt dixi, & ratio decre. cum in illis adaptatur, cum de dignitate conſequenda quæritur, non cum de exprimenda: Niſi dicas aliter legendo, q̃ hoc nouum declarat, uel inducat hæc conſtitutio: i q̃ et qualitas curæ imminens beneficio quod habet impetrans, exprimenda ſit in impetratione, quod probat littera, nullius penitus, quæ ſequitur, quaſi hoc ſit de his quæ poſſent mouere principem ad gratiam denegandam. facit eo. ti. quamuis. & c. is cui. 1. reſpon. li. 6. & quod no. Compoſt de reſcri. c. capitulum in fine magnę gloſſæ, & vꝰ expreſſum ſ. ea. compi. de offi. ordi. ca. 2. ſi intelligitur illud ſpeciale, quod ibi ponitur de ſpecialitate, quæ ẽt exprimat qualitatem curæ, & talem expreſſionẽ communiter hodie faciunt impetrantes, & caute. Poſſet da ri tertia lectura, q̃ miſtura diſpenſationis, & gratiæ ꝓ uiſionis in eadem littera conceſſarum uitiat vtramque, quæ ſi ſegregatæ forent, ualeret prouiſionis gratia, ut primo dicebatur. Contra hanc facit de reg. iur. vtile. li. 6. & quod ibi no licet enim ſecunda gratia diſpenſationis pendeat a prima, & ſic ſit inſeparabilis, prima tamen gratia, ſ. prouiſionis bene eſt ſeparabilis a ſecunda, quare illa utilis per illam inutilem utiari non deberet. hoc egeret declaratione. in dubio tamen placet prima lectura. Ad inducta ſecundo reſpodetur, primo ad litteram ſequentem, ut ſtatim dicam. Ad id quod allegatur de motu principis, reſpondeꝑ de decret. non poteſt in fine ſuperius allega. in decret. is cui ſecundum cum primo tenebatur, & ideo primũ eſſe debuit non curatum, ſi enim primum dimitteret, cura non obſtaret, ut ibi, 1. reſpon. decre. 2. de offi. ordi. requirit ſpecialem mentionem beneficii, ut non ſufficiat generalis. & eſt pro Hoſt. contra Compoſt. in iis, quæ no. de reſcri. in noſtra. in fi. ſed non requirit expreſſionem qualitatis, ut ſuperius dixi.

b ¶ Nullius.]vniuerſale negatiuum eſt, & adhuc ſub mittit penitus. & facit ad ſuperius dicta, quib. tamen non obſtabit hæc littera ſi dicas, gratia. ſ. ſuper pluralitate conceſſa fecit enim mentionem ſup. de mandato prouiſionis & de gra diſpẽſationis. Primum conſiſtit in gratia facienda ſecundũ, in iam facta. facit q̃ no. de prẽb. ſi cui. lib. 6. in ult. glo. uel ſi exponas alteri de ſecunda, ut ibi dixi in prin. glo.

1 Sic dicẽ dũ eſt, q̃ ſi dictio, alieni, referat ad ſm tãtũ, uiolabis litterã ꝫ l. non aſſ. ff. de le. 3. & Hoſt. c. in noſ. ſu. de reſc. re fert Clemẽtẽ pro nuntiaſſe ꝓ hac opinione, & illã ſeruat hodie Cancellaria. Fon.

vel alteri earũ imminet non habita mentione, gratia hmõi velut ſurreptitia nullius[b] † penitus eſt momẽti:[c] quamquam confectis ſuper ea litteris ſit inſertum,[d] quòd animarum[e] cura (ſi dignitatibus[f] ipſis vel alteri earũ immineat) nullatenus negligatur.

¶ Ad hoc ſi alicui prouideri mandemus de dignitate[g] ad cuiuſcunque vel quorũcunq. collationem, ꝓuiſionem, ſeu quamuis[h] diſpoſitionem aliam in litteris. Et dicit Lau. quòd quandoque littera eſt falſa, ut quando omnino præter conſcientiam principis emanat, & tunc quicquid ex ea fit, nullum eſt de falſ. ſuper eo. pro hoc de offic. vica. ca. penultim. Quandoque ſurreptitia, ut quando de ſcientia principis eſt habita, ſed aliquid falſum eſt ſuggeſtum, uel uerum ſuppreſſum: ut hic, de conceſſ. prębend cum noſtris. Cardina.

d ¶ Inſertum]quod ſumi poteſt ex decr. de offi. ordi. ordinarii. c. ordinarii § prouideat, lib 6.

e ¶ Animarum cura 2.]hoc inducebat dubium: quaſi per hoc de curato papa prouideri voluerit & ſufficiat quacunq. parte litteræ talis uoluntas appareat ut ſic fi nis trahatur ad principium. facit de appel. ſecundo requiris cum concor. de reſcr. olim. ſicut ſufficit quacunque parte actorum certificetur ſnia C de ſentẽ. quę ſi. cer. quan l. 3. ſed hæc clauſula non ponitur ad gratiã augendam, ut inf. prox. reſponſ. ſed ad indemnitatem dignitatis in executione ſeruandam, nec ſonat in condition em prouiſionis, uel qualitatis expreſſionis, ſed potius in monitionem: unde ualeret prouiſio hac monitione non ſeruata, ut no. eodem titu. non poteſt. 2. reſpon. lib. 6.

f ¶ Si dignitatibus.]quid ſi non ponitur, ſi, puta quia dicitur prouiſio, quod animarum cura dignitatib. imminens nullatenus negligatur? Idem puto per id quod proxime dixi. Item intelligitur imminens, ideſt ſi qua imminet.

g ¶ De dignitate.]deer. ẽt, cum in illis. eo. tit. 2. reſpon. loquitur de dignitate, uel perſonatu, & ibi in 3 reſpõ. ſcilicet perſonatus. remanet ſecundum. ſ. vt ibi ſcripſi. & idem Guli. in prædi. vetſtꝰ. ſed nunquid.

ADDITIO. Infers ex hoc textu, q̃ cũ obreptio vitiet litteras beneficiales ipſo iure, proceſſus vigore talium factus eſt nullus, licet ſecus ſit in litteris iuſtitiæ. de reſcri. ſuper

h ¶ Quamuis.]illud uerbum non eſt in decre. cum illis. per quod quandoque, dicebant impetrantes, ad hoc ut aliquid adderet electionem includi. Iamdudum conſuleram contrarium in quadam cauſa Florentina, illa ratione, quia cum regulariter in iure indefinita æquipolleat uniuerſali de quo not. de electi. ut circa libr. 6. illud uerbum nihil addet. Item quia cũ per decre. cum in illis. verbum diſpoſitionis, non includat electionem, quaſi diuerſæ ſint ſpecies, uniuerſale adiectum illi ſpeciei, quamuis illam amplificet, tamen aliam non includet, maxime in hoc caſu, quo de materia reſtringibili loquimur, ꝫ vt ibi in ſecundo, § modo vides hoc hic approbatum. Vidi etiam dubitari, ſi nullus ipſorum modorum exprimatur; quia ſimpliciter mandatur prouideri de dignitate, uel primam quæ uacabit, uel quam duxerit acceptandam. nũquid includatur dignitas, cui ꝓuidetur ꝓ electionem? Et tenẽt aliq̃ ꝓ hoc caſu ita uenit modus electionis, ſicut

certa[a] eccleſia[b] pertinente, quam intra menſem[c] duxerit acceptandam, inhibentes illi vel illis, ad quorum collationẽ, prouiſionem, ſeu electionẽ,[d] dignitates in ipſa eccleſia pertinere noſcuntur, ne interim[e] ad collationem ipſarum ſeu prouiſionem procedant, vel quemquam eligant ad eaſdem, de dignitate ad quam cõſueuit[f] quis per electionem aſſumi, impetranti non poterit prouideri; cum[g] in conceſſione gratiæ[h] (ad quam non augendam, ſed exequendam debent quæ de inhibitione ſequuntur referri) nullam de electione fecerimus mentionem.

¶ Idem.

¶ Litterę ſuper prouiſione elericorum non includunt hoſpitalia, & loca ſimilia, & habentia iura ſpiritualia, niſi id exprimatur. hoc dicit. Ioan. And.

CAP. II.

PER litteras[1] à ſede Apoſtolica vel legatis[k] ipſius ſuper prouiſione[l] quorumlibet clericorum directas,[m] † de xenodochijs,[n] leproſarijs, eleemoſynarijs[o] ſeu hoſpitalibus (etiamſi eccleſias[p] vel capellas, animarum, ſiue aliud beneficium ad quod quis cõſueuerit aſſumi per electionem, ſiue quodcunque aliud beneficium eccleſiaſticum: Vacauit hoſpitale vel eleemoſynaria, vel leproſaria: Quæritur vtrum iſta loca pia comprehendantur ſub illa clauſula? Dicit q̃ non, niſi expreſſe fuerit dictũ de iſtis locis: nec ſufficit clauſula generalis, ſiue cuiuſcunq; conditionis fuerit illud beneficium eccleſiaſticũ, etiam poſito quòd illa loca pia haberent iura ſpiritualia, puta decimas, & ſepulturas: hoc dicit H.R. ¶ Colligo aliqua notabilia. Primo not. quod in materia odio ſa appellatione benefi cij eccleſiaſtici non veniunt iſta loca pia de quibus in littera iſta dicit: Et inſurgit iſtud odium, quia iſta loca pia ſunt ambitioſa. Itẽ vt euitetur ꝓvotum captãdę mortis. Nor. quod ad hoc vt iſta loca pia comprehendantur ſub gratia, non ſufficit mentio ſub clauſula generali cuiuſcunq; conditionis ſit beneficiũ eccleſiaſticũ, ſed oportet q̃ de illis fiat mentio expreſſa: hoc modo, ſiue ſint hoſpitalia, vel eleemoſynatiæ, vel leproſariæ. No. textum. [Directas.]id eſt miſſas, & venit a dirigo gis, dixi, quaſi in diuerſam partẽ rego. Et dr̃ a di, & rego, gis & cor. ri. Vnde ditige greſſus meos, ideſt, rege paſſus meos. No. q̃ comparantur litteræ Apoſtolicæ, & litteræ legatorum, ſimile de offi. leg. collatio lib. 6. quando quẽ tũ diſcõparantur, ut tangit hic Cardinalis in 3 q. [Gloſſa prima ſummat.]

† Directas. ſubaudi, ali cui, uel ail quib. executorib.

i ¶ Per litteras.]Gaſus litteræ ſuper prouiſione clericorum, non includunt hoſpitalia, & loca ſimilia, & habẽtia iura ſpiritualia, niſi id exprimatur.

k ¶ Legatis.]de latere, per decre. 1. de offi. leg. lib. 6. Gl. ſeq cum ſecunda ſequenti ſoluit duo dubia.]

l ¶ Super prouiſione.]ſatis videretur idem in litteris, quæ emanant ſuper reſeruatione fructuũ beneficiorũ, ut alia illis non includantur, niſi exprimantur per rationem, quam inf. dicam.

m ¶ Directas.]intelligo etiam proprio motu. nam motus proprius non ampliat gratiam, vel vim verborũ, licet excludat ſurreptionem eius, pro quo ſcribitur ſ. eo. ti. ſi Romanus.

n ¶ Xenodochiis.]de relig do. c. 3 & varia nomina talium locorum, vide 23 q. vlt. ſancimus, & ibi de hoc, & 1. q. 7. ſi quis omnem. ad fin. in Auth. de ali. & emphy. in prin. col. 9. & de eccle. tit § ſi ea colla.

o ¶ Eleemoſynariis.]in multis locis hoſpitalia uocantur eleemoſynarię in aliquibus domus Dei, de appel. dilecti. multa enim monaſteria ſine certo loco hoſpitalitatis habent talia officia eleemoſynariorum: & cũ omnia iſta deputata ad certum uſum, ad alium uſum ſine ꝓ papæ licentia conuerti nõ debeant. inf. de reli. do. c. 2. poſt prin. merito non comprehenduntur ſub litteris beneficialibus, qua ratione idem puto de fabricis. Eleemoſynaria, hoſpitale & Dei domus, idẽ.

[Glo ſeq. rationem ponit quam determinat: ſecũdo diuidit quattuor membra, & in tertio diſtinguit.]

p ¶ Eccleſias.]quia talia ſunt loca religioſa, quod intelligas ſi auctoritate epi ad hoc ſũt inſtituta. de reli.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Accessorii iureuenit quod principaliter non ueniret. † Nota q̃ hoc uerbũ facit nouũ ius & hoc tenet Zenze. de hoc de iud. decernimus Zabarel.

do. ad hæc. & ideo talia ſpiritalia ꝑtt illis accedere, & facit q̃ ſcripſi poſt Inno. & Hoſt. de iurepa. ex litteris. Et aduerte, quia ſi hoſpitale ſit principale, cui accedit eccleſia uel capella, per litteras non debetur, vt hic: ſi vero conuertas q̃ eccleſia ſit principale habens annexum hoſpitale: tunc non puto hoc locum habere, ſed tunc iure acceſſorij ueniet q̃d principaliter non ueniret. benefacit eod. tit ſuper eod. lib. 6. de reg. iur. acceſſorium. & quod ibi not. Quid in dubio, ut quia extat hoſpitale & eccleſia, & neſcitur quod ſit principale, & quod acceſſorium? Sol. ſi apparet poſſeſſio & denominatio per quam poſſumus alterũ præeligere, illud ſequemur. eo. tit. cum de beneficio. lib. 6. de proba. per tuas, cum ſi. ſed ſi non apparet repellam impetrantem: conſtat. n. de hoſpitali, nec conſtat illud acceſſorium eccleſiæ: nam & ſi hoſpitale & eccleſia eſſent annexa, ita q̃ neutrum principale, puto hãc deceret. locum habere per no. ne ſe. uacan. c. 1 facit quod no. de concef præb. ſi capitulo lib. 6. in gl. quæro in ſi.

a ¶ Decimas.] id eſt ius percipiendi decimas. An autem de redditibus horum locorum debeat ſolui decima, habetur in declarationibus, de quibus dicam. inf. d. deci. cap. 2.

b ¶ Spiritualia.] vt cœmeterium, & ius funerandi. ſ. de relig. domi. quia contingit. in fin.

c ¶ Decernimus.] videtur ergo eſſe ius nouum, & hic incipe conſtructum.

[Gloſſa ſequens quærit & ſoluit, ſecundo quærit & remittit.]

d ¶ Prouideri.] vnde nec hodie talia clericis ſæculatibus in beneficium dari poſſunt. ſ. de reli. do. c. 2. 2. reſpon. in princ. Sed eſt dubium, an in duobus caſib. ibi exceptis in uer. niſi in fundatione, &c. locum habebat hæc decr. & puto q̃ ſic, cum generaliter loquatur: nec ſequitur, ſi concedi poſſunt illis caſibus in beneficiũ: ergo in eluduntur in litteris: tolle inſtantiam ſ. c. proxi. eo. tit. quamuis 1. li. 6. Sicut ergo certę qualitates ſunt in litteris beneficialibus exprimendæ, ſic & ina ad hoc ut talia in litteris includantur, & tunc facta ex preſſione talium debebuntur ſolum in illis caſibus, niſi in expreſſione appareat Papam amplius voluiſſe. Et nunquid cum beneficiis permutari poſſint, dicam inf. de re. permu. c. unico.

c ¶ Apoſtolicis. 1] No. q̃ nõ repetit de legatis, & hoc forſan per id q̃ dixi in gl. proxi. Et eſt ſimile, quia legatus non confert eccleſiam ſpectantem ad præſentationem laici patroni: quam tamen Papa confert. de iurepa. cum dilectus. de offic. leg. dilectus. quod intelligas hoc expreſſo, ut ibi dixi. ſi ergo ſit circa illa reſtricta poteſtas legatorum, & circa alia. de offi. leg. c. pen. & antepe. lib. 6.

f ¶ Litteris.] Probatio ergo teſtium uel alia non ſufficerent in hoc caſu. facit quod no. eod. tit. ſi motu proprio. lib. 6. in ult. glo.

g ¶ Expreſſe.] per quod ſufficere non videntur verba generalia, vt q̃ de quibuſcunque beneficiis, dignitatibus, perſonatibus, officiis, &c. & facit ſup. ea. compil. de offi. ordi. c. 2.

S I plures.] Ponit dictum ad quod adducit ſimile, ſecundaribi. (Sicut.) Imola. ¶ Præſupponendum eſt illud quod dictũ eſt in c. de multa. eo. tit. in antiq. vide licet, quod ſi alicui obtinenti dignitatem uel perſonatum, uel eccleſiam parochialem conferatur aliud ſimile beneficiũ incompatibile, & accipiat poſſeſſionẽ

1 Secũdũ Imol. qui vult, q̃ legatus nõ poteſt expreſſe collationi ſuæ reſeruare hęc loca. unde ꝑ hãc glo. notat Barba & poſt cum Fely. cap. nullus de foro compe. col. 11. q̃ procedit arg a contrario etiam ſi corrigat ius cõe in generę. Fon.

pacificam illius: tũc uacat ipſo iure primum, ita quod collator poterit illud conferre.

CASVS. Ex diſpenſatione tenebam duas dignitates, vel duos ꝓſonatus, vel duas eccleſias parochiales, vel vnam dignitatem, & vnam eccleſiam parochialẽ, vel ꝓſonatum, & vnam dignitatem, uel duo beneficia incompati- † Vide cõbilia: fuit mihi collatum tertium beneficium ſimile: iſtud tertium acceptaui, & adeptus fui poſſeſſionem pacificam: Quæritur, vtrum duo beneficia ſuperiora, q̃ obtinebam, uacẽt ipſo iure, uel tantum unum ex illis? Dicit Clemens Papa, quod duo prima beneficia uacant ipſo iure, ſi-

CAP. III.

SI plures [h] †obtinens [i] dignitates [k] aliã dignitatem aut beneficium curam animarum habens acceptet, diſpenſatione ſuper [l] hoc legitima non obtenta, eius [m] poſſeſſione adepta [n] pacifice, dignitates, quas prius habebat, ipſo facto cut ſi tenerem tantum unum ſine diſpenſatione, per adeptionem alterius ſimilis beneficii uacat primum ipſo iure, per dictum c. de multa. eo. tit. in antiq.

Nota primo iuncta glo. q̃ quis non poteſt obtinere duo beneficia in compatibilia ſine diſpenſatione: tamen epiſcopus poſſet diſpenſare in duabus dignitatibus, non autem in duabus eccleſiis parochialibus. De hac materia uide Panor. in c. de multa, de prębend. in antiq. Not. q̃ beneficia, quæ requirunt reſidentiã perſonæ, dicuntur incompatibilia: quia nemo poteſt eſſe in duobus locis ſimul & ſemel naturaliter.

No. quòd ſi alicui habenti duo beneficia incompatibilia, ex diſpenſatione conferatur tertium, & habuerit pacificam poſſeſſionem illius tertii, ipſo facto uacant duo prima: Vnde diſpenſatus ad duo beneficia incompatibilia, ſua diſpenſatio non ſe extendit niſi ad duo beneficia quæ primo obtinebat. cap. non poteſt. eo. d. tit. in 6. & ſi uellet dimittere unum, & aliud acceptare, & tunc debet eligere unum de duob. primis: quod ſi detur ſibi, ipſe non debet acceptare aliud. ſed debet prius dimittere unum de obtẽtis Sed ſi nolit ſe ponere in illo periculo, quia forte ſecundum beneficium eſt litigioſum, tunc coram tabellione debet proteſtari q̃ habita pacifica poſſeſſione illius ſecundi beneficij, ſe non intendit tale primum beneficium retinere, ſed intendit reſignare illud in manibus alicuius tertij.

[Gloſſa prima ſummat, dicit quid approbet, & conſequitur.]

h ¶ Si plures.] Caſus, quo caſu uacat una dignitas per receptionem alterius uacant etiam plures. Approbat quod no. Compoſt. de ele. dudum 2. ad fin. & Guil. ponens ad litteram, ꝓprius verba in Spec. tit. 2. §. videndũ verſi. quid ſi habens duos, & Io. Mo. de offi. ord. c. ordinarij. lib. 6. & Archidiaconus in decre. non poteſt. eod. tit. lib 6. debuiſſet clarius formari, ut inf. dicam.

i ¶ Obtinens] per ſufficientem diſpenſationem, ut aliqua fiat dubitatio.

K ¶ Dignitates.] perſonatus vel beneficia curata, uel alterum cum altero, cum ſit eadem ratio.

l ¶ Super hoc] ſcilicet ſuper illa uel illo retinendo una cum primis, vel cum altera primarum.

m ¶ Eius] dignitatis uel beneficij curati ultimo collati & acceptati.

[Glo. ſeq. prorogat, probat & determinat.]

n ¶ Adepta.] Idem videtur ſi per eum ſtaret quo minus adipiſceretur eo. tit. licet epiſcopus. de elect. commiſſa. li. 6. quod probat ſimilitudo, quæ ſequitur, ſecus ſi collatio verum quando tenet collatio vltimi, ſecus ſi collatio non teneret: quia tunc abſtinendo a poſſeſſione pœnã

[Glo. ſeq. ꝓmo ſoluit obiectionem ſuperfluitatis: Secundo ponit duas opi. reprobatas, & ipſarum iurib. reſpondet. tertio mouet, & aperit dubium: ponit opin. & diſtinguendo ſoluit.

a ¶ Vacare.] Si intelligas de jis, quæ per diſpenſationẽ habeãtur, uidebatur expeditum eo. ti. non poteſt. 2 reſpon. libr 6. inquãtum ibi dicitur quod diſpẽſatio data ſuper duobus, intelligitur de primis duobus: ergo tertium in locum primi, vel ſecũdi ſurrogare non põt: ſed quia poterat etiã nominatim ſuper illis diſpenſatum eſſe, ſcili cet ſuper tali, & tali beneficio, & dignitate, quem caſum §. ille non contingebat, utilis fuit declaratio. Et uidebatur quibuſdam quod non vacarẽt, ſed princeps deberet eligere quam ex primis dimitti uolebat. arg. ff. de excu. tut. l. 6. quę incipit, ſi duas. Alias uidebatur, q̃ ipſe idẽ prouiſus eligeret, per decre. ꝓterea. eo. ti. & c. referente. expeditum eſt, q̃ uacant omnes primæ. Ad l. prædictam rñdebat Compoſt. q̃ licet quis plurib. tutelis grauari non debeat; ꝓ unius tñ receptionem non uacat altera. Ad decretales rñdebat quod correct. ſunt per decr. de multa. & hæc ſatis plana. Sed remanet dubium ſatis forte, nunquid ualeat collatio ultimi? hoc dico propter decre. ordinarii. de offi. ord. lib. 6. ubi dr, quod habenti pluralitatem talium, etiam cum diſpenſatione ſufficienti non põt aliud tale conferri, niſi diſpenſatio ẽt extendatur ad illud: uel niſi prius habita reſignet, & utitur collationẽ aliter factam. & facit quod ibi not. poſt Gar. in ult. gl. & forte fuit hoc dubium huius decr. cum. n. illa decr. ordinarii. dicat collationem ultimi nullius eſſe momenti: ergo per eam non uacat prima. Sed in prædicta decr. non poteſt. Archidiaconus tenet q̃ non ualet collatio ultimi. Ad hoc eo. tit eum qui lib. 6. & ſic dicitur per magnum uirum pronuntiatum in curia: contra q̃ ſi pronuntiationem refert, q̃ pendebat appellatio: hoc ergo declarare procuraſſem ſi compoſitorib. adhæſiſſem. Puto tñ q̃ ſi habenti unum curatum confertur ſe cundum tale, ualeat collatio ſecundi, & ex quo ſtat p eum quominus hẽat poſſeſſionem ſecundi, uacat primum. Si verò habenti plura talia ex diſpenſatione ſufficienti confertur aliud tale, valet collatio, ſi diſpenſatio eſt etiam quo ad illud, & tunc de uacatione iuris quærimus. Si uerò nõ 1 dimiſit, collatio vltimi non ualuit, tamen per acceptationem non perdit primatimmo illa retinet, ſed ſano uſus conſidens collationem ultimi non ualere, ipſius poſſeſſionem non apprehendat, ut ſic humanitas iuſtę plenitudinis non auferatur. 2 q. 6. ſi quis libellos. de app. cum ceſſante & faciunt nota. de cler. coniug. diuerſis. cum concor. ſi vero poſſeſſionem ipſius ultimi apprehendit, hęc poſſeſſio facit primam uacare, nam hoc ea ſu cum ex tali uitioſa poſſeſſione uacaret unicum, vacabunt & illa per litteram quæ ſequitur.

[Glo ſeq quæſtionem ſoluit, & ampliat.]

b ¶ Sicut ſi.] per hanc litterã dico, q̃ ſi caſus eſſet, quod poſſeſſio ſcã non faceret vacare vnicum, ut eo. tit ſup eo. & c. ſi tibi cõceſſo. li. 6. nõ uacabũt illa plura, & hoc puto verũ ſiue ualuerit, ſiue ñ ualuerit collatio vltimi.

c ¶ Vacaret.] per decre. de multa. eod. tit. & hodie per conſtitutionem Ioannis. execrabilis. ſi primum abſq.

vacare [a] cenſemus: Sicut [b] ſi dignitatem unicam obtinenti alia ſimilis conferretur, eius pacifica poſſeſſione habita prima de iure vacaret. [c]

¶ Idem.

¶ Valet prouiſio facta proprio motu Papæ tacentis beneficia prouiſi quæcunque ſint, & quotcunque. h. d. 1o And.

CAP. IIII.

SI Romanus [d] Pontifex [e] de beneficio [f] alicui motu proprio [g] prouideat, [h] de beneficijs, quæ obtinet [i] non habita mentione, prouiſionem, ſeu gratiam huiuſmodi fore validam [k] declarauit mentionem de obtentis: q̃ritur, vtrum illa collatio ſit ſurreptitia? Dicit Clemens q̃ nõ, quia ꝓprius motus tollit omnem ſurreptionem: tamen per illam collationem papa non vr mecum diſpenſaſſe de obtentis beneficiis incompatibilibus, ſi illud beneficium eſt incompatibile, niſi iſtud dicatur in collatione. Q̃ritur quomodo cognoſcemus, q̃ Papa proprio motu mihi confert beneficium, uel quãdo confert ad preces mei? Dicit Clemens, q̃ Romanus pontifex non vr mihi cõferre beneficium proprio motu, niſi expreſſe illud dicatur in collatione, ut in c. ſi proprio motu. eo. tit. in 6. No. q̃ proprius motus papæ validat gratiam ẽ vitium ſurreptionis, ideſt ualidat gratiam, ut illa gratia non dicatur ſurreptitia. Aliam autem inhabilitatem illius pro quo ſcribitur, non tollit, niſi aliud exprimatur, ẽt ſi in illa inhabilitas ſurgat ex detentione plurium beneficiorum incompatibilium, ut gl. in uer. ualidat. quã tene menti, & maxime in eo q̃ poſtea dicit ſatis eſſe illi clauſulæ, q̃ certum operetur effectum. Et adde hic aliam gl. quæ habetur ſ. e. tit in clem. 2. in ver. directas. quæ dicit, q̃ motus proprius non ampliat gratiam, vel uim uerborum, licet excludat ſurreptionem. No. quod nomine beneficii intelligitur de quocunque, ut hic, iuncta glo. 3. & idem Pau. Nor. de uerbo, declaramus, per quod nouum ius non inducitur. de hoc de iudic. decernimus. Zab.

papæ motus ꝓprius quid operatur.

[Gl prima ſũmat, & dicit q̃d approbet, & reprobet.]

d ¶ Si Romanus.] valet prouiſio facta proprio motu papæ tacentis beneficia prouiſi quæcunq. ſint, & quotcunque. Approbat quod no. per Arch. & me, eod. tit. ſi motu proprio. lib. 6. & reprobat quod ibi no. Io. Monachus.

e ¶ Pontifex.] De legato eſt opinio 2. no. de offi. leg. c. vlt. lib. 6. & no. ſu. ea. compi. de offi. ord. c. fi.

f ¶ Beneficio.] Large ſumitur. de reg. iur. c. 1. li. 6.

g ¶ Proprio.] quod non intelligitur niſi exprimatur, ut in prædi. decr ñ motu. in fi.

h ¶ Prouideat.] vel prouideri mandet: cum eadem ſit ratio.

i ¶ Obtinet.] iuré, uel ſpe. ſup. eadem compi. de reſcri. gratiæ.

[Gl. ſeq. exponit litteram dicens, quare ſic.]

K ¶ Validã.] quo ad uitium ſurreptionis, i. non ſurreptitiam: aliam enim inhabilitatem illius pro quo ſcribitur non tollit motus proprius, ubi aliud non addat, ẽt ſi illa ex taliũ plural. tate procedat, ut quia ſine diſpenſatione habebat pluralitatem dignitatum, uel curatorum, quæ facit quem inhabilem, etiam ad minora beneficia, de elect. dudum 2. & ibi dixi in 1. gl. & patet apertius per conſtõem Ioannis, execrabilis. ſatis eſt ergo illi clauſulæ q̃ certũ hẽt effectum. Et adde hic aliam gl. quæ habetur ſ. e. tit in clem. 2. in ver. directas. operabitur prę ter intẽtionem ſcribẽtis. ſup. c. 1. de qua

2 Dic idẽ ẽo. Car. hic & Ancha. inde vlt. vt ibi notaui. F.

3 Idẽ Zab. & panor. hic, Rota deciſ. 11. cũ ſeq. in nouis: Geminianus 351. 104. & Ale. conſ. 215. lib. 7.

intentione si appareat,illi stabitur, ut dixi de rescript. cum adeo in fine.

a ¶Declaramus.]reprobat ergo, non simpliciter corri git opi.contrariam.

[Glossa sequens rationem reddit.]

b ¶ Quantocunque.] Ratio enim propri motus excludens surreptionem ,puisionis ita coaptatur curatis, uel simplicib. multis, vt vni. Item p id non intelligitur in retentione dispensatū esse. eo.ti.nō potest.in fi.li. 6. & per hoc ibi hanc opin.tenebam in i gl.

SI beneficio.] CASVS. Papa mandauit priori sancti Cirici deExolduno,ut mihi prouideret de primo beneficio uacaturo in collatione ep̄i Lemouicen. vacauit beneficiū per tm̄ tps, q̄ collatio deuoluta fuit ad capitulum Ecclesiæ Lemouicen.secundum tenorem,c.nulla.de concess.præb.in antiquis. Quæritur vtrum de isto beneficio mihi possit prouideri virtute meę gratiæ,seu mandati, ira q̄ prior sancti Ciriei executor possit mihi prouidere de beneficio illo,quod deuolutum est ad capitulum:Dicit Clemens q̄ non, quia papa per suas litteras non intendit grauare ni si ep̄m Lemouicen.&non capitulum.Sed beneficium vacauit per tm̄ tps, q̄ collatio deuoluta est ad Papam:quæritur virum virtute meæ gratiæ possit mihi prouideri de illo beneficio? Dicit Clemens q̄ sic, & sic gratia conceditur in præiudicium concedentis. Sed quid si collatio beneficii pertinet ad inferiorem,puta ad abbatem,qui prælatus fuit negligens in conferēdo, ita q̄ collatio deuoluta est ad ep̄m: quæritur, utrum il lud beneficium cadat sub gratia mea, quandiu est intra sex menses,in quibus eps potest conferre? Dicit,q̄ sic:hoc dicit.H.R.¶Colligo aliqua notabilia. Primo,q̄ quando episcopus est grauatus,ut aliquis executor de beneficiis ad episcopum pertinentibus prouideat alicui,tunc executor potest prouidere de beneficio eius collationi spectante iure deuoluto : siue etiam ad eius collationem pertinet originaliter.Not.q̄ executor poterit prouidere de beneficio spectante ad collationem episcopi, etiam si deuolutio fuerit facta ad Romanum pontificem.Et hoc est uerum,dum tamen deuolntio habeat initium in persona episcopi originaliter,quia prima collatio pertinebat ad episcopū: secus si deuolutio habuit initium in persona alicuius inferioris, & collatio propter negligentiam inferioris fuit deuoluta ad episcopum , & de episcopo ad papā. Et possem reddere rōnem , quia dum papa mandabat executori , ut mihi prouideret de beneficio uacaturo in collatione episcopi,ipse solum uolebat grauare ipsum ep̄m,sed si ipse conferret beneficium , quod fuisset deuolutum,ipse non videretur grauatus,& per cōsequens intentio papæ non adimpleretur.Item si papa conferret,uel executor illud beneficium,quod sibi deuolutum fuit ab episcopo,quod etiam ad ep̄m fuerat deuolutum per negligentiam prælati inferioris , ipse exoneraret episcopum,ita q̄ episcopus non amplius teneretur conferre beneficium:quare executor nō poterit prouidere de beneficio, q̄ deuolutum est ad ipsum papam per deuolutionem episcopi .

[Prima glossa dicit quid facit.]

c ¶Si de beneficio.] Sefummat quattuor ponens casus, & quasdam opiniones determinans, ut ¶.dicam.

d ¶ Cuiuscunq]exemptos,& non exemptos, & superiores episcopis, per hoc intendit includere .

[Glo.sequens soluit quæstionem distinguendo.]

e ¶Scribamus.]executori idem si scriberetur ipsi epi

CAP. V.

SIde beneficio c ad cuiuscunque d episcopi collationem spectante alicui conferendo scribamus : e sibi illud conferri non poterit, cuius collatio ex negligentia f † ipsius episcopi g ad eiusdem capitulum h deuoluta existit: i Licet prouideri sibi possit de illo etiam, cuius ad ipsum episcopum ex sui capituli,k vel alterius cuiuscunque, l siue ad m nos ex scopo.saluo q̄ in vlti. casu cum est deuolutum ad papā , distinguitur,an per litteras executetur offm̄,an constituatur delegatus,q̄ offi.ordin.licet. & cpen.de rescrip cum aliquibus. lib.6.

[Glossa sequēs duo dubia soluit.]

f ¶Ex negligentia.] Idem si ex delicto,licet sit opinio an hoc casu deuoluat ad capitulū,ut scripsi.de elect. cū in cunctis .in fi.& sup vlt.gl ubi uero ex cōmissione epi capitulū, uel alius haberet cōferre:hoc non impedit executorē,ut probatur eo ti.c fi.lib. 6 facit quod not. de inst.c. fi. alias posset facile eps eludere impetrantem.

[Gl.seq.qrit opinionem ponit, quam determinat.]

g ¶ Episcopi.]Sed nunquid negligentia ipsius executoris,quando.s.eo sciente ultra sex menses vacauit, beneficium,quod conferre poterat,oberit ei? Compostin.de cer.capitulū. de refer.in magna gl.in 4.chart. versi.item nunqd executor.tenet q̄ non,& decre.2.de concess pb. in ordinariis collatorib.loquitur, non in executore, q̄ confert vice Papæ.Aduerte,q̄ uerū est hoc si executor prouidere p̄t ad cuiuscunq. collationē spectet, nec ipse acceptationis adiicitur.hoc dico per decret.unicam.l. tit.1.& uide quod ibi dicam in gl ista terminus.sed si certa persona grauatur per rescriptum, & illius tps est lapsum:tunc conferre non poterit donec deuolutur ad papam, hoc probat decret.ista.

h ¶Capitulum.]vel alium,cum eadem sit ratio,& facit,inf.versi. vel alterius.

i ¶ Exittit]Intelligo tpe prouisionis ſuæ , non date, & sic est dare q̄ potestas huius executoris variat tm̄ tpa.& si j ti.c. vnico. quandiu enim beneficium est in collatione episcopi, confert illud,illo ad alium deuoluto non confert illud.ita est de beneficio ad inferiores spectante,q̄ ipse non confert,donec ad ep̄m deuoluatur,ut sequitur Rom. quia cum ep̄m papa grauare voluerit, confert executor q̄ diu est in manib.epi: nam licet ex deuolutione:proprium tm̄ est pro ea vice,& ipse tm̄ ex collatione grauat:q̄ est in manib.alterius nō confert executor,quia papa illum grauare noluit.

[Glosl.sequens quærit,dubium aperit, & soluit.]

k ¶ Capituli.]Cōiuge hic & in casu sequēti finē capituli.Sed q̄d si ad capitulū spectabat electio tm̄, & scribebat ad collationē epi, nunqd deuoluto iure ad ep̄m ofert executori? Dubiū facit illud q̄ q̄rit, an deuoluat eo casu prouisio,an electio,de quo satis scripsi ā elec. pro defectu. Item facit dubiū, q̄a &si dicatur deuolui collatio,tm̄ ex quo primo gradu assumebatur electio nē, non uidebatur includi in litteris,in quib.solum de collatione fit mētio ad q̄ satis facit.s.eo.ti.c.1.circa fi. ibi,ad quam consuevit quis per electionem assumi .

l ¶ Cuiuscunq.]Hoc dicit, q̄a p quoscūq. gradus, siue p̄ximos, siue mediatos ad ep̄m deuenerit, executor ofert quandiu est in manibus episcopi. Ioan.And.

[Gl.se.dicit primo qd determinat: secō distinguit inter deuoluta,& ꝓpria,rōnē reddit:tertio arguit ad qōnē.]

m ¶Siue ad nos.]Determinat q̄ no.In.& pet de off.de leg.sup eo.vbi dicebāt quosdā tenere q̄ delegatus Papæ ,puideret de bñficio ad Papā deuoluto. Fuit ēt hęc qō olim disputata p dñm Iacobū Canonicū Bon. q̄ in Mercu.vide in littera D.sub rub. de off. & pote.executorū.& tenuit q̄ nō posset si dicatur in rescripto,uolētes illi gratiā facere spālem , dixit.n. q̄ cū in illo alius quām pa pa non lædatur, non debet dici gratia,nec de deuolutis Papa sic scribit.induxit de cōce.præb litteras, & c. cū nostris. mirabilis solutio fuit ista. Scias aūt quod beneficium deuolutum ad Papā semper cōfert executor, ex quo prim̄ collator est de his qui p litteras grauabantur: siue nominatus , ut hic: siue innominatus, ut quia scribitur ad cuiuscunque collationem:cum eadem sit ratio:sed secus in beneficiis spectantibus ad collationem Papæ,quia uacauerunt in curia.eod.tit.c.2.lib 6. tunc enim Papa confert iure proprio non deuoluto:nec mirum si aliud in deuoluto:nam Papa dando executorem ad prouidendum auferebat collatori potestatem. de concess. præb. si capitulo. lib 6. ex quo ergo collatio de illo deuoluta est ad Papā, conferat executor, ut hic.Et licet aliàs in beneficiis fiat stricta interpretatio.eo. tit.quamuis. lib 6. hic tm̄ sit larga ꝫ concedentem. de consuetud. cū dilectus . Facit ēt hæc littera ad qōnem not. de offic. ficis ad papam deuoluta conferre , præferretur tm̄ delegatus quo ad illa q̄ sibi specialiter sunt commissa. de offi.lega studuisti. & facit de reg.iur. generi.li.6.

[Glo.seq.exponit,dicens quare sic.]

a ¶ Episcopi.]primi collatoris:quod puto necessariū. enim de Archidiacono uel capitulo ad episcopum, demum per ipsius negligentiam gradatim ad papā datur,non confert executor , cui ad collationem episcopi scribebatur. Io.And

[Glo.seq.distinguit tria tempora.]

b ¶ Succedentium .]Et sic habemus primo tps epi: secundo tempus medium aliorum facientium gradum inter ipsum & papam:tertio tps papale, primo & ultimo tempore confert executor,medio uero nō,& semper intelligas,ubi tempus acceptationis elapsum non impediat executorem.inf.tit proxi.c.unico.

SIiuxta.]primo ponit unum dictum . Secundo circa illud soluit vnum dubiū fm:ibi. (primaque.) Imol. ¶ præsupponendum est,quod quis non potest obtinere duas præbendas in vna & eadem ecclesia. c. nulla. de concess præben.in antiq.

CASVS. Papa mandauit epō & capitulo ecclesiæ Rutinensis,uel victauensis, vel Bituricensis, ut me recipe rent in canonicū & fratrē,& ut mihi assignarent p̄bendam uacantē,uel primā uacaturam,& ēt quòd assigna fui receptus in fratrem , etiam fui adeptus possessionem eiusdem præbendæ:postea uacauit dignitas, cui annexa est præbenda, puta archidiaconatus;quæritur, virum possim acceptare dignitatē cum præbenda? Vr quòd nō,qa in ista eccla non possum habere duas p̄bē das,tū Romanus pontifex decidit ꝛrium,sed per adeptionem dignitatis & p̄bendæ sibi annexæ, prima præbenda uacat ipso iure,& collator pōt illam conferre. hoc dicit.H.R.¶Colligo aliqua notabilia. primo q̄ si mandatur prouideri per rescriptum papæ alicui de dignitate,an prouideri possit illi de dignitate habē e p̄bendam annexam. Gl.est in uersi. mandati.quę vr in hoc dubitare . Et primo dicit, q̄ hoc egeret declone.

In fine vero sentit q̄ debeatur,sed loquitur eum mādatur prouideri de dignitate, alias habenti præbendā a capitulo.Nota q̄ expectans p̄bendam ex gratia Apostolica, non potest acceptare præbēdam dignitati annexā:quia dignitas,quæ est principalis,non est debita secus si expectat dignitatē: tunc.n.illam pōt acceptare , licet præbenda sit ei annexa.Nota, q̄ archidiaconatus est dignitas, quia ex vi mādati super dignitate cōsecutus hic fuit archidiaconatū . Nota casum singularē in quo rescriptū ad p̄bendam cōsummatur successiue in duobus, quod est mirabile,cum uideatur consummatū per adeptionem primæ.eod.tit.lib 6.Zabarella.

[Prima glossa summat.]

CAP. VI.

SIiuxta c nostri formā mandati d canonicatū & præbendam ecclesię Rutinensis adeptus , dignitatem quam duxerit acceptandam e ibidem expectet: archidiaconatum † inibi g post h va-

† Nota q̄ archidiaconatus est dignitas, uide doctores in ca. de multa. de præben. Archidiac cnū in c. 1. de cōsue tu. li. 6 & Abbatē in c. nouit. ꝛ iudic.

c ¶ Si iuxta.]Adeptus in ecclesia dignitatem habentem præbendam annexam,perdit primam præbendā, quam habebat in illa.

[Glosl. sequens ponit duas lecturas:declarationem petit:æquitatem exprimit.

d ¶ Mandati.] non solum secundum vnam lecturam factū narrat,prout acciderat in hac ecclesia,de qua loquitur,sed etiam fortificat dubium:quia fortius si ex receptione capituli vel aliter hēt hanc canonicam & præbendam.facit eo.tit.c.antepe li.6. vbi enim auctoritate Apostolica præbendam expectans ꝛsecutus est vnā, non videbatur q̄ aliam consequi posset facit eo. tit.non potest.2.respon.lib.6.cum concor. Sed cum ad huc,pēderet gratia in parte principaliori,& facta fuisset super vtroq; vno contextu, æquū fuit vt prima dimissa secūdā ꝛsequi posset . Alia lectura est,q̄ iste textus ponat ius,quasi dicat,ex quo papa de dignitate & p̄benda sibi voluit prouideri , cōsequitur dignitatē hñtem i p̄bendam annexam,licet prius aliam fuisset adeptus:sed vbi solum de dignitate scribebat,non poterat consequi dignitatem habentem p̄bendam annexam:cum hoc papa non intendere Egeret declaratione. Suadet tm̄ æquitas quòd decre. locum habeat siue ex vnico rescripto debeatur vtrumq;, siue ex diuersis successiue, siue sola dignitas debeatur per rescriptum aliàs habenti præbendam ab ordinario collatore.

[Glo.seq remittit, quæstionem soluit:ponit dictum quod determinat.

e ¶ Acceptandam.]de quo dic vt j.tit.c.unico.& idē puto si nō haberet beneficium acceptandi.sed debere tur prima vacans,cū ratio sit eadem,& fortior. Quod aūt hic dr de potestate acceptandi , respicit dignitatē: præbendam ergo quæ prius vacauerat necesse habuit petere,nec sibi fieret piudicium, per decre.si clericus: eo.tit.li.6 vr tm̄ qd si habens canonicatum & ius ad p̄ bendam primo vacantem,& ad dignitatem quam duceret acceptandā: præbendā quæ primo sine dignitate uacauit , noluerit petere, ꝓtestans qd hæc faciebat quia oēs dignitates ecclesiæ p̄bendas habebant annexas,& totū simul cōsequi uolebat,satis esset hæc iusta cā ad negligentiam excludendam, cum mutationes beneficiorum nec populo , nec iuri sint gratæ. 21.q.1. c.1.de transla. quanto.sed si potestas acceptandi respiceret etiam præbendam,tunc nullum dubium.

Beneficiorū mutationes gratę nō sunt.

f ¶ Archidiaconatum.] Factum ponit, nam idem in quauis alia dignitate.

g ¶ Inibi.]in ecclesia illa.& vide inf.de regula. cap. 1.lib.6.

[Gl.seq.ostendit per textum quæstionem solui.]

h ¶ Post.]datur intelligi,qd si prius vacauerat cū sua

prębenda,& ipſe ſciens recipit aliã prębendam:in acceptatione archidiaconatus ſibi viam præcluſiſſe vr.
[Glo.ſeq.aperit dubium:quærit & ſoluit.]

a ¶ Annexa prębenda.] Iſtud inducebat dubiũ:ſi.n. non fuiſſet annexa retenta prima prębenda conſequetur dignitatem ſine prębenda, quæ cum illa vacauit eo.tit. qa ſæpe.lib.6. ſed cum dignitatem ſine prębenda non poſſit habere propter annexionem,nec duas prębẽdas in eadem eccleſia de conſeſ.præb.litteras ratione annexi in principali impediri videtur:ſed prompta eſt prouiſio,ſcilicet vacationis primæ, quam ſubmittit. Sed qd dices in caſu conuerſo: adeptus ſum dignitatem per reſcriptum Apoſtolicũ : expecto ibi prębendam cum beneficio acceptandi, vel ſi vacat prębenda cum dignitate cui eſt annexa;nunquid prima dignitate dimiſſa conſequi potero hanc prębendã cum ſua dignitate: Puto ꝙ non, quia non eſt eadem ratio principalis ad acceſſorium,& acceſſorij ad principale.de conſecr eccl. vel alta.c.vnico lib.6.Facit eo.tit.quia ſæpe.& c.ſuper eo.de reg.iur.acceſſorium.lib.6.cum concor.

b ¶ Poterit.]quod intellige vbi alteri non debetur ex prioritate tpis vel prærogatiuę gratiæ vel alio iure.

c ¶ Hoc ipſo.]Patet ꝙ in prębendis eiuſdem eccleſiæ ipſo iure per receptionem ſecundæ vacat prima.
[Gl.ſeq.rõem red^dit,notat,arguit,& opi.ponit]

d ¶ Vacabit.]non.n.poſſet eſſe triplex in eccleſia ſine diſpenſatione Papali,nec valet in hoc conſuetudo.de conſue.c.1. lib 6. Et no.ꝙ plus abhorrent iura habere duas prębendas in vna eccleſia,q̃ aliàs habere duo ecclesiata. primum.n. non licet ẽt iure annexionis quã hẽt ꝓbenda ad dignitatem, vt hic ſed ſm licet iure annexionis,q̃ habet curatum ad prębendam eod.tit. ſuper eo.lib.6. Et facit ad opinionem, quam teneo in decr. litteras de conceſ.præben.ſequendo Inno.ſ.q̃ in duabus canonijs eiuſdem eccleſiæ non poſſit eps diſpenſare, licet diſpenſare poſſit in canonia & perſonatu vel officio. rationem huius ibi plene ſcripſi ſuper vlt.glo.

cantẽ non obſtante quòd certa ſit ſibi annexa [a] prębenda,poterit [b] acceptare: Primaque prębenda hoc ipſo [c] vacabit,[d] quod ſecundam cum archidiaconatu prædicto pacifice fuerit aſſecutus.

TITVLVS III.

De conceſſione prębẽdæ, & eccleſiæ non vacantis.

¶ Clemens v. in concil. Vien.
¶ *Decretum conditionale ante conditionis euentum non afficit poteſtatem ordinarij vel alterius collatoris : ſecus quando acceptationi beneficij tempus adijcitur cum decreto Et qui beneficium vacans ab executore petit vel recipit, illud intelligitur acceptaſſe, qua vacatio nota dicitur expectanti, ex quo in loco beneficij publice ſcitur.*

DE CONCESSIONE PRÆBENDÆ ET eccleſiæ non vacantis.

¶ Viſum eſt ſupra de prębendis & dignitatibus: verũ quia aliquis dubitare poſſet vtrum prębendæ,dignitates, & alia beneficia eccleſiaſtica poſſint conferri ante quam vacent, vel etiam promitti:ideo annectit rubricamde c oncẽſſione prębendæ.

C. VNI.

Vm [e] ei.] Diuiditur in quatuor partes: primo declarat qñ afficit decretum conditionale non adiecto termino menſis. Secundo,qñ afficiat illo adiecto:ibi, [Secus] Tertio,an pet endo ſibi cõferri beneficio,vel recipiẽdo illud collatũ videatur qs acceptare:ibi,[Quinetiã.] Quarto declarat qñ qs dicat hãe notitiam vacationis bñficii:ibi [Cæterum]Inno.la. ¶ Preſupponendum eſt, ꝙ ſi papa mandet alicui prouideri de beneficio eccleſiaſtico vacãte,alioquin de proxime vacaturo , licet collator nõ obediendo mandatis Apoſtolicis male faciat:tñ ſi cõferat alteri,collatio valet, ex quo mandatũ non continet decretum irritans: aliàs ſi haberet decretum irritans collatio alteri facta eſſet nulla. Et appellamus decretũ irritans,illã clauſulam,quæ conſueuit apponi in mandatis Apoſtolicis,ſcilicet, decernentes irritum & inane quicquid in præiudicium mandati noſtri attentatũ fuerit. Vel decretum irritans eſt qñ Papa mandat eps uel archiepo, conferas bñficiũ primo vocatuũ tali, qñ ſi nõ feceris, & alteri feceris collationẽ, ois ſint irrita & nana. CASVS. Aliquis pauper clericus ꝓmotus ad ſacros ordines ſine titulo vnde poſſit ſuſtentari,acceſſit ad Apoſtolicã ſedem,& notificauit: Papa, qd ſuus eps ſine titulo eum ordinauit, & ꝙ recuſauit ſibi prouidere de aliquo beneficio unde poſſit ſuſtentari, adeo ꝙ ipſe clericus cogitur mẽdicare. Papa deputauit aliquos ad ipſum examinãdum, an eſſet idoneus ſcientia ad obtinendum bene ficium:hoc facto, quia conſtitit papæ ꝙ erat idoneus, ipſe mandat eps cum decreto irritante, vt ſi conſtaret illum pauperem clericum eſſe vitæ laudabilis & honeſtæ conuerſationis, ſibi conferret beneficium certi valoris,puta 20.vel 30.librarum, vel etiã minoris valoris, ſi ipſe veilet acceptare: antequã executor illarũ litterarũ præmiſſiſſet inquiſitionem ſuper vita laudabili iſtius clerici pauperis : vacauit beneficiũ valoris 20.vel 30.librarum,quod beneficium ordinarius contulit alteri : Quæritur,vtrum valeat talis collatio? Vr ꝙ non:quia in mandato continebatur decretum irritans , quod ligat manus ordinarii, ne poſſit conferre illud beneficium: Tamen dicit Romanus Pontifex, ꝙ collatio per ordinarium facta valet : quia decretum erat conditionale: Vel etiam ponamus ꝙ executor inceperat inquiſitionẽ ſuper vita & honeſtate iſtius clerici : tamen beneficiũ illud erat minoris valoris 20.vel 30.librarum, & ſcribebatur ſub conditione, ſi vellet acceptare, & antequam iſte clericus illud beneficium acceptaſſet , ordinarius contulit alteri,quæritur,vtrũ valet collatio? Dicit qd ſic. Sed quid ſi mandabatur iſti clerico prouideri de beneficio vacãte, vel ꝓximo vacaturo,ſi intra mẽſem ipſe acceptat cũ decreto irritante : tamen ordinarius cõtulit alteri intra menſem, q̃ritur, vtrum valeat collatio? Dicit ꝙ non, quia tempus videtur apponi in fauorem acceptantis. Sed quæritur quando dicatur iſte clericus acceptaſſe beneficium: vtrum ſolum quando exprimit verbũ acceptationis coram executore,dicendo:accepto illud beneficium,& peto vt mihi conferatis,vel quando non exprimit,acceptoſ;ſed tantũ dicit,conferatis? Reſpondet qd ſufficit petere collationem beneficii ſine expreſſo verbi acceptationis.Sed queritur quando currit tẽpus illius menſis intra quem pauper clericus poteſt acceptare? Dicit quod tempus incipit currere a tẽpore ſcientiæ & notitię, quo ipſe ſcit beneficium vacare. Sed q̃ritur vtrum ad hoc qd ipſe dicatur habere notitiam,& ſcire beneficiũ vacare, requiratur qd aliquis ſibi notificet,dicendo, vade ad collatorem, vacat tale beneficium,quod potes acceptare intra menſem. Reſpondetur qd hoc nõ requiritur,immo dr habere notitiã vacationis illius beneficij,ex quo vacauerit,ubi ceſ immo ſibi imputabit ſi ipſe nõ fecerit inquiſitionẽ.

Not. primo iſta gl. qd qñ papa ſcribit ꝙ clericus pau-

pere ipſe cõſueuit illum facere examinari, vtrum ſit ſcientia idoneus,poſtea mandat vt ſibi conferatur beneficiũ ſi cõſtititerit ꝙ ſit vitæ laudabilis & honeſtę cõuerſationis. Not. ſecundo, ꝙ qñ ſcribitur pro clerico pauere ſub forma prędicta cũ decreto irritante, illud mandatum nullas habet vires,niſi prius cõſtiterit de vita laudabili : ideo eſt conſiliũ quod impetrans citius quam poterit faciat inquiri de ſua vita & cõuerſatione.
Nota quod ſi mandetur eps vt conferat beneficium certi valoris,ipſe eps non põt conferre beneficium minoris valoris nec minoris : quia verba gſa non ſunt ampliã da nec reſtringenda.
Nota ꝙ decretum cõditionale irritãs non habet effectum , niſi implera conditione.
Not. ꝙ qñ papa ſcribit, cum decreto irritãte, ſi acceptet] certum tempus,manus ordinarij ſunt ligatæ vſque ad illud tempus. Not. ꝙ nõ refert qñ quis acceptet beneficium verbo,vel re ipſa. No. ꝙ promouendus ad beneficium, dẽt eſſe idoneus in ſcientia, & quę ſcientia exigitur not.Inno.de ele. cum in cunctis,in prin. Not. ꝙ promouendus debet eſſe vitæ laudabilis, & hoc per penditur ex bonis operibus, & abſtinentia vitiorum, ſecundum Pau.Zabarel.
[Prima gla.ſumat, & diuidit, & dicit qd determinat.]

a ¶ Cum ei-] Decretum cõditionale ante cõditionis euentũ non afficit poteſtatã ordinarij vel alterius collatoris:ſecus qñ acceptationi bñficij ipſi adiicitur cum decreto. Et qui beneficium vacans ab executore petit vel recipit, illud intelligitur acceptaſſe : quæ vacatio non dr expectanti , ex quo in loco bñficij publice ſcitur.Partes patent. Secunda: ibi, [Secus.] Tertia.ibi, [Quinetiam]Quarta ibi,[Cæterum]Et determinat casus dubios circa decre.quia cunctis. eo.tit.lib.6.

b ¶ Reputamus.] p relationẽ examinatorũ ad hoc deputatorum, qb.creditur:& eſt iſta forma pauperum,in qua fit examinatio qũo legant,cantent,& cõtruant.

c ¶ Idoneum] iunge hic litteram , prouideri manda mus de beneficio, &c.

d ¶ Si per.] ecce conditionem de qua inf. loquitur.

e ¶ Inquiſitionem.]An ad hãc vocãda ſit pars, plene not.ſup.ead. compil.de offic. deleg.c vnico.

f ¶ Valoris.] De penſione prouideri non poſſet, de prąben.quamuis i.lib.6.

g ¶ Adiicientes.] niſi hoc fuiſſet additũ de beneficio minoris æſtimationis ẽt ſibi volenti prouideri nõ poteſſet,de prąben. cui de non.§.vlt. lib.6.

h ¶ Si voluerit]ſecunda conditio.
[Glo.ſeq.aperit dubiũ:& reſpondet & ℨ opi.notat.]

i ¶ Extunc.] Hoc fortificabat dubium,quaſi a tpe dabat papa voluerit ꝙ decretum afficeret, ſed ℨrium rẽdetur, & ſupplemus ex nunc vt valeat extunc. 1 Fa-cit de vot. & vot.red licet ad ſi. & ſic facit hæc littera ℨ Ægi.pro Inno. Hoſt & Abbate in eo quod ſcripſi de appel.prętera 2.ſuper ver. excommunicatum.

k ¶ Attentari.] non dicit ẽt ignoranter, & tñ ex inferioribus patet, ꝙ certis caſibus hoc decretum afficit ignorantes.per quod patet,quod decretũ papæ afficit ignorantes.& de hoc de electio.ſi eo tempore.lib.6.& Probatur de prąben.c.pen.eo.lib.

l ¶ Effectum.] Alias fuiſſet cõdictum ſuper incerto,eo. tit.e.r.§.ſubiunctum.in ſi.lib.6.
[Glo.ſeq.exponit,& conſulit.]

m ¶ Extet.] prima. ſ. ꝙ per executoris inquiſitionem ſit repertus,& c. vtile conſilium eſt ꝙ ſuper illa pronuntiet executor: vel quod facta mentione de illa in

ei [a], quem in ſcientia reputamus [b] idoneũ,[c] ſi ꝓ [d] inquiſitionẽ [e] executoris ſibi deputati à nobis repertus fuerit eſſe vitę laudabilis,& conuerſationis honeſtę,de beneficio certi valoris [f] alicui prouideri mãdamus, adijciẽtes [g], quòd de beneficio minoris valoris poſſit eidem ſi voluerit [h] prouideri, ac extunc [i] † etiam inane decernentes & irritum ſi ſecus à quoquam quauis auctoritate contige-

bus rationibus quæſtionem ſoluit ,ſolutioni obijcit, & reſpondet,opinionem ponit,& dicit primum æquum, tertio format dubium,& ſoluit]

ꝓ ¶Executorem.] Si.n. non afficit poteſtatem ordinarij,ergo nec executoris alterius,qui maior eſt ordinario,de off. deleg. ſane. 2 & cũ hoc oporteat intelligi de executore ſecundo : primus.n.cõferret beneficium ẽt poſtq̃ eueniſſet conditio. Item cũ hic dicatur ꝙ ſecundus confert ante conditionis euentũ,per qd a ℨtio infertur ꝙ poſtq̃ eueniſſet cõditio primi,conferre nõ poſſet 2.ité cum generaliter de executore loquatur, per quod ẽt executorem in forma gratię vr includere: hic vr ſolui ꝙ hic fuit diſpuratum,an impetrans primo in hac forma pauperum præferatur ſecundo , qui impetrauit in forma gratię in eadem eccleſia, vel ad collationẽ eiuſdẽ, & ponitur in Mercuriali in littera N,ſub tit de præben. hic. n. vr ꝙ dummodo conditio præceſſerit vacationẽ vel ſaltem collationem factam ſecundo,debet primo. 3 Facit de reſcri.tibi qui lib.6. ſed obſtat eo.lib. & tit.c. ſi pro te Sol.ibi cõditio pendebat ex altertius arbitrio,ita ꝙ illo recuſante nullum ius hẽat impetrãs:hic vero pẽdet ex exiſtentia rei, 4 vt in primo caſu, vel ex voluntate ipſius cui facta eſt gſa in ſcõo Aliquib. vr ꝙ ſecundus impetrãs ante cõditionem in forma gratiæ ꝓferat, & ſm hoc licet hęc prima conditio quo ad idoneitatem perſonę ſit de ꝓſenti,inquiſitio tñ circa id fienda eſt de futuro. De ſecunda ẽt non dubitatur quin ſit de futuro, & ſm hoc ſequeretur ꝙ ſi duo impetrauerunt ſub hac forma, ſi ſecundus prima præuenit ad ꝓdonem , erit potior 5 cum prius ipſius decretum afficiat, vt hic. facit prædi. decre.ſi pro te. & quod no.eo. tit. ſi ſoli lib.6. æquum vr quod prius dixi, vt ex quo cõditio primi præceſſit collationẽ facta ſecundo, præferatur primus ſecundo habenti formã gratiæ vel pauperum:nec verum eſt ꝙ ſemper debeatur illi ,ꝙ quo prius eſt affecta, vt ꝓbat prædi.decre.tibi. 6 ſit ergo eſt fortior gratia cõditionata ex exiſtentia rei vel voluntate eius pro quo ſcribit, q̃ deponẽs ex voluntate tertij, ut prædixi. Sed fingas hunc caſum. Habet A.hanc formam pauperum in certa eccleſia,ſecundo hẽt B. ſpãlem gratiam in eadẽ.& talem quæ afficit: vacat beneficiũ in ipſa eccleſia, qđ ante primi conditionem exrantem ordinarius cõfert C.demũ exiſtit conditio poſtq̃ executor B.ſibi contulit illud;& poſt quæ executor A. primi illud ſibi tulit,

2 Supple ſecundo. & hoc verũ ait ꝑe. de Anch. ſi ſecundus non habet decretum.

3 Petr.de Anch.poſt Lap.tenet ℨtium:gąſa facta pure illi ſcõo, ſtatim habuit effectũ ſuum, quę iam nõ hẽt exiſtẽtia ꝑdõnis impedire. arg. c.ab eod. de elect. lib. 6.l.in ſulã.§. ſi. ff.ſol.matrimo.

4 Ancha. dicit ex ptãte executoris, cuius declaratio-ni ſtatur arg no.in ſi.c.prudẽtiam,de off.deleg.

5 Idẽ Ancha. quia bñficium eſt ei affectum, & forte ſic practicaretur. Immola.

6 Immo non ꝓbat cũ vtraq; gſa fuerit ibi pura, vna hic ditionalis qua pendente nil eſt obſo ne.Fon.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæritur cuius sit beneficium ? Dico ſm prædictã opinionẽ per decr. pen de prẽben. li 6. q̃ prius est potior. collatio em̃ ordinarij facta C. nõ valuit nec tenuit impediente gratia illius B. pro quo beneficium illud erat affectum in eũ casum, in quẽ non debebat illi A. effectus ergo cõditionis postea existentis, q̃ est vt decretum afficiat, ut hic, per illam collationẽ impediti nõ potuit. collatio em̃ facta B. non tenuit, ex quo prius extiterat primi condõ. 1 ex quib. cõcluditur qđ prędixi. assurgat ergo primus ſcõo, ex cuius persona cõsequitur qđ alias sibi periſſet : & est ſimile eod. tit. auctoritate. lib 6 Si vero collatio facta B. pẽsisset ꝺ̃dõnem primi, tunc ẽt planum esset q̃ B. potior esset beneficiõ, per hanc litteram. Idem ſi tenetur secunda opinio, quæ habet, q̃ forma gratiæ præueniens condõnem faciat ſecundum potiorem, ẽt in hẽneficio post conditionem vacante.

1 Immo tenuit pe. Anch. for titer repugnans gl. Immo ẽt ait glo. in prima cõditione huiu⁹ tex. de iure non ꝓcedere. Fon.

[Glo. ſeq. dicit quid approbat, & exponit.]

a ¶ Secus] Hic approbat quod no. ſup. eo. tit. quia cũctis. in prin. lib. 6. & quod no. Arch. eo li. de præben. dudum, & dic ſecus in hoc. ſ. quod in casu iſto non valeret collatio ordinarij, vel alterius executoris intra mensem facta licet ante acceptationem.

[Glo ſeq. ſoluit dubium, & litteræ reſpondet.]

b ¶ Cenſemus.] Licet per hoc verbum videretur ius nouum inducere, cũ tñ rõ antiqua & directe ab olim inuenta fuerit hęc forma ℨ decret. quia cunctis, ut ibi no. in 1. glo. puto q̃ reſpiciat præterita. 2 nec ℨdicat hoc verbum, quod ſm deriuatores ponitur ẽt pro iuſſu, deliberatione, æſtimatione, & ſententię prolatione, & concor. inf. proxi. reſpon. & dixi ſup. ead. compil. de proba. litteris.

2 Ex hac glo. nota quod qñ cõſtõnis rõ est antiqua, extenditur tunc cõſtõ ẽt ad ꝓterita, quod est valde notabile. Abb.

[Glo. ſeq. ſoluit dubium, & ponit ſtylum, ſecundo quęrit ponit opin. & duas ipſis rõnes, & ſoluit, ad rõnes illas rñdens. tertio aliam quæſtionem ſoluit, & ſolutionem impugnans. tenet ipſius contrarium]

c ¶ intra menſem.] iſte terminus inualuit de ſtylo & more curiæ. Idem tamen dicas de quolibet alio termino maiori vel minori in litteris expreſſo. Solet autem curia ſic ſcribere : Beneficiũ eccleſiaſticũ cũ cura, &c. ẽt ſi dignitas, &c. ſi quod vacat ad prẽſens, vel vacabit in tali, &c. quod per te vel procuratorem tuũ ad hoc legitime cõſtituũ intra vnius menſes ſpatium poſtq̃ tibi vel eidem procuratori vacatio hmõi innotuerit, duxeris acceptandum, conferendum tibi, & c. diſtrictius inhibẽtes venerabilibus, &c. ne de illis interim ẽt ante acceptionẽ huius diſponere quoquomodo pſumant: ac decernentes irritum & inane, & c. tñ ex hac littera vr̃ q̃ minus plena clauſula. ſ. habens mandatum cum poteſtate acceptandi & ſpatio temporis & decreto ſufficiat. Sed quæritur an talis expectans poſſit acceptare poſt menſem beneficium adhuc vacans? Vr̃ q̃ ſic: cũ hæc clauſula in ipſius fauorẽ oppoſita ad

Acceptare valens intra mẽſem an poſt menſem acceptare poſſit.

3 Cuius dictũ fortificat Petr. de Ancha. per l. iꝭ qui bonis. §. 1. ff. ꝺ ceſſi. bo. tñ tenet cũ gl. per l. Tha. is §. iura. ff. ꝺ fideicõ. lib. & ſequitur Imo. Fon.

ſi vacationis ipſius notitia d duxerit acceptandũ vt appoſitio menſis eiuſdem aliquid afferat c impetranti. Quin etiam f

putatum. ¶ Secus a autem fore cenſemus b, cum de creto appoſito, alicui pro uideri mãdamus de beneficio quod intra mẽſem c

dicatur, bñficium qđ in tali loco vacauerit quod duxerit acceptandum, tibi conferẽdum collationi noſtræ præſentibus reſeruamus, inhibentes ne intra menſem poſt quam tibi de vacatio

ne conſtiterit, aliquis de illo præſumat quacunq. auctoritate diſponere, &c. ponderetur ergo reſcriptoris tenor de priuil. porro Si aũt ſm nouam formam Papa dat canonicatum, & circa prẽbendã dat bñficium ac. ceptandi inf. menſem: tunc licet reſeruatio & executoris poteſtas adiungatur prẽbendę, infra menſem acceptare poterit, vt ſupra dixi: ita q̃ poſt menſem ex vi reſeruationis acceptari vel per executorem conferri non poſſit: quia tamen canonicus est ex vi canonicatus, vr̃ qđ ſi nullus ibidem expectat ẽt poſt menſem, ſibi petenti per ordinarium conferri debet, & cum decreto. i. q̃ alteri collata non tenet, per decre. ſi clericus. 2. reſpon. de prębend. lib. 6. ſed hoc caſu poſſet dici ℨ rium: quia in caſu decret. ſi clericus. expirauerat poteſtas executoris : ſed hic adhuc durat quo ad aliam, quæ vacabit, ſi acceptabitur infra menſem: nihil ẽrgo mirum ſi ibi ordinarius aditur. Item ſicut nec ibi ordinarius habet poteſtatem ſuper neglecta. 4 ita nec hic, & hoc teneas.

Referipto tñ tenor eſt ponendus.

Oppoſitio. Expoſitio. Fontana.

[Glo. ſeq. primo ſoluit vnam quæſtionem, ſecundo ſoluit incidentem ex tertia.

d ¶ Notitia.] hoc determinabit iu fin. Et nota quia in iſta forma non est locus decre. ne captandæ eo. tit. lib. 6. vt poſſit acceptare primũ incertum quod vacabit: illa em̃ locum hẽt vt ibi patet, cum ſimpliciter ſcribi libertate tur de beneficio quod duxerit acceptandũ: tũc em̃ põt conſe ſe fortunæ ſubmittere, acceptando primum vacaturũ, negligẽti vel alterius ex cauſa : ſed qñ ſcribit de beneficio qđ a Fonta. vacationis notitia intra menſem duxerit acceptandum, hæc verborum forma non patitur quod vacaturum acceptet: fateor tñ q̃ vacans põt acceptare, ẽt ſi vacabit tempore gratię. verbum. n. notitia vacationis, præſentem & futurum includit, dummodo vacet, de priuileg. quia circa nec obſtat ſi præcedat verbũ, quod vacabit in reſeruatione ſine verbo prẽſentis tp̃is, ſi quod vacat: nam illud vacabit, quod vacãs reperitur vnde dicit lex q̃ verbũ oportebit, tam prẽſens q̃ futurum tp̃s ſignificat ff. de verbo. ſign. l. verbum. in princ. & tit. Ad idem eo. tit. verbum erit. & aliud eſt dicere, vacabit: aliud, vacare inchoabit. & hoc conuenit huic

Oportebit. Fontana.

ſi ſcriptum. ff. de verb. obl. ſciendum. Sic ſatis eſt q̃ hæres ſe immiſceat, licet verbo non adeat. inſti. de hę re. quali §. pen. ff. de aeq. hære. l. Iulianus. §. ſi ſeruũ. & l. ſi quis extraneus §. interdum. Tamen quandoque non

non ſufficit facti proſecutio. de app. ab eo. 1. reſpõ. li. 6. de elect. eccleſia. j. de baptiſ. c. 1. & penult. ſed in decr. ab eo. eundo ad iudicẽ appellationis non ſatisfit iuri volenti per apoſtolorum delationem ipſum iudicem inſtrui. Electio & baptiſmus formas habent, nec ſine illis ſufficeret 1 animus ẽt de quo conſtaret : ſed cum hic ſolũ de animo & acceptatione quæraꝰ : de illo ſatis conſtat per hic expreſſa. Io. And.

a ¶ Executorem.] licet petitio & collatio de quibus hic loquitur, requirunt executoris præſentiam, cũ alias de acceptatione non apparet: acceptatio tamẽ ſine præſentia executoris fieri poteſt, dummodo de illa fides fieri poſſit, vt no. eod. titu. quia cunctis ad fin. lib. 6 quod etiam ibi placet Inno. Hoſtien. Arch. & Gul. in Spe. de act. & peti. § pen. uerſi. item not. aa. idẽ licet Compoſt. videatur uelle cõtra rii. de reſcrip. eo. capi. in glo. magna. circa ſi. verſũ. quid ſi litteræ.

4 Dicit Imo. Hoſtien. ibi expreſſe. Et ſic ſtat ordinari potitas ex cauſa ſufficit ergo alterius.

b ¶ Aut.] nota alternatiuam ſufficit ergo alterius.

c ¶ Præſenti .] Idem in procuratore haben te ad hoc ſpeciale mandatum, quod probat ſtylus cu riæ quem præmiſi, & ſcripſi de præb. accedẽs. ad hoc huius cap. ibi, uel per alium. Sicut & electio per procuratorẽ fieri poteſt. de elect. quia pp, & ca. penult. & matrimonium contrahi. de procu. c. fin. lib. 6 facit etiam eod. lib. de reg. iur. poteſt quis. & ff. de procur. ſi qui Stichum. & ff. de lega. 1. ſi ſit. §. ſi quis ita. Not. ibi. ff. de uer. obl. l. ult. in prin. & l. ſi ſtipulatus fuerim. in prin. quæ non loquuntur in procuratore.

[Gloſſa ſeq. quæſtionem ſoluit.]

d ¶ Cæterum] æquiſſima & expediens fuit etiam hęc prouiſio.

e ¶ Loco.] ſi locus ubi ſita eſt eccleſia careret habitatoribus, ſatis uideretur ponderanda notitia loci vicinioris. facit ſ. ea. compil. de foro compe. quamuis de elect. ubi periculum. § porro. lib. 6.

f ¶ Vel eccleſia.] not. per alternatiuam, q̃ ſatis eſt quòd eccleſia ſit publica, licet in loco vel oppido ſit occulta.

[Glo. ſeq. ſub dubio forte ponit dictum, per quod ẽt ſoluit quatuor dubia, & ſolutionem fortificat.]

g ¶ Nota erat.] forte quo ad hunc caſum inductus eſt rigor iſte, q̃ menſis currat etiam ei qui non fuit in culpa, vt quia tantũ diſtabat a loco beneficii, quod poſt facti am gratiam cum tunc vacaret, vel paulo poſt uaſſet. intra menſem id ſcire non potuit, uel procuratorẽ habebat in loco, ſed mortuus eſt, uel his ſimile: per hoc tñ quod in hoc caſu ſpecialiter ſtatuitur, ut ꝑ bat littera, quæ ſequitur in hoc caſu: & quod præcedit ibi, ꝓdictæ uocationis, non recedo ab eo quod no de prẽb. ſi clericus lib. 6. hic enim datus eſt menſis in litteris, qui currit a tempore notitiæ. Determinat ergo quando dicatur habere notitiam in hoc caſu, ibi uero punitur ſimpliciter negligentia, & ſic non ſe tangũt. Et ide dico de iis quæ notaui de reſcrip. capitulũ. ſug glo. & ita dico ẽt quod hic dicitur locum non habere

beneficium quod acceptare poterat, petendo ſibi per ſuum executorem a conferri, aut b recipiendo ſibi præſenti c collatũ : ipſum ex hoc acceptare & collationem taliter ſibi factam valere cenſemus.

¶ Cæterum, d vt tam diuturnis vacationibus, quã fraudibus & litibus occurratur, prædictę vacationis notitiam impetrantem interpretamur habere, ex quo ipſa vacatio in loco e vel eccleſia f huiuſmodi beneficij publice nota g erit. Imputet quidem ſibi ſi hoc caſu, quo de ipſius commodo agitur, id quòd per ſe vel per alium ſcire h potuerit, ignorauit.

TITVLVS V.

De rebus eccleſiæ non alienandis.

¶ Clemens v. †in cõci. Vien.

¶ *Religioſus qui concedit alicui ad uitam vel certum tẽpus, iuraꝝ, reddit⁹ vel poſſeſſiones adminiſtrationis cui præeſt, ſuſpenſus eſt ab officio niſi duo concurrant, nec valet conceſſio duos caſus excipit. h. d. Io. And.*

MCAP. I. ONASTE-

in caſu decre. ſi pluribus. de prębe. lib. 6. Vnde ſi papa contulit proprio motu prębendam, ſi qua vacabat in eccleſia, & duę equales uacabant: notitia uacationis poſtquam currunt decẽ dies prouiſo ad eligendũ nõ recipietur p̃ hunc modũ: q̃ ibi forſan tp̃e quo fiebat gr̃a, uel prius erat notitia vacationis, de qua hic dicitur, quã forſan impoſſibile eſſet ſcire prouiſum intra decem dies : & ſic in totum ſibi periret priuilegium optandi, qui non fuit in culpa : & idem dico de extrauagan. Ioan. quæ incipit : ſuſcepti. circa medium. ſed dato quòd hic ſubſit impoſſibilitas, uel de ſit culpa, durat tamen circa alia beneficia priuilegium acceptãdi facilius ergo procedit hic iſte rigor, ut in principio dixi, & tamen ex littera ſequenti videtur colligi, q̃ vbi ita deficit culpa, q̃ nec per ſe, nec per alium ſcire potuiſſet, nõ est locus huic rigori.

† al. ita. Idem.

h ¶ Scire potuerit.] imputatur ergo illi, qui ſcire potuit inquirendo, ſic etiam imputatur illi, qui ſcire potuit peritiores conſulendo. ff. de bono. poſſeſſ. l. in bonorum. unde dꝺ quòd vigilantibus, &c. ff. de his quæ in fraud. cred. l. pupillus.

Imputat ei qui peritiores cõſulere potuit.

DE REBVS ECCLESIÆ NON alienandis.

Cõtinuatio.

[Viſum est ſupra de conceſſione prębendæ & eccleſiæ non vacantis. poſſet aliquis dubitare, vtrũ res eccleſiæ poſſit alienari vel non, ideo annectit rubricam, de rebus eccleſiæ non alienandis.

MOnaſteriorum. CASVS. Quidam religioſus. Prior alicuius prioratus, vel habens aliquam adminiſtrationem in abbatia noſtræ dominæ de Exolduno, conceſſit alicui ad ſuam uitam redditus & fructus ſuæ adminiſtrationis ſiue prioratus : & hoc fecit ſine cauſa rationabili, vel ſi fecerit cum cauſa, tamen ſine decreto abbatis: quæritur, vtrum ualeat talis conceſſio ? Dicit q̃ non: & concedens incurrit pœnas huius cap. Sed quę ritur, vtrum religioſus poſſit locare, vel dare ad firmã aut vendere ad modicum tempus fructus ſuę adminiſtrationis ſiue prioratus ? Dicit q̃ ſic hoc dicit. H. R. Not. q̃ religioſus non poteſt alienare fructus & redditus ſui prioratus ſiue adminiſtrationis ad magnum tempus, & ſi contra fecerit incurrit pœnam ſuſpenſionis, quæ ſuſpenſio etiam ſuſpendit a celebratione, & ſi celebrauerit incurrit irregularitatem. Nota ibi, [Cõtus.] q̃ abbates aliquando habent ſpecialem iuriſdictionem in prioratibus ſibi ſubiectis, & tunc alienatio fructuum & iurium prioratus poteſt fieri cum conſenſu abbatis & conuentus ſeu etiam capituli quãdo capitulantur, & non requiritur conſenſus epiſcopi. Et iſtud hodie ſeruatur, quia priores faciunt decretari iſtas alienationes in capitulo gũali. Nota q̃ bñficiatus

poteſt

potest locare fructus sui prioratus ad modicũ tempus. Sed quæritur qđ tps dr modicum? Quidam dicũt per c.fi.ne plati vic.suas in antiq. ꝙ beneficiatus pōt locare fructus sui beneficii ad septē annos.sed cōis opinio est ꝙ potest locare ad decem annos.Nota ibi,[Cupientes occurrere dispendiis,] id est damnis,ꝙ melius est ante tēpus occurrere quam post causam vulneratā remedium quærere. Nota,inhibemus perpetuo edicto , id est prohibemus siue statuto in æternum duraturo:quia uolumus ꝙ istud edictum siue statutũ , de reb. ecclesiæ nõ alienandis , sit perpetuum , ita quòd numquam alienentur res ecclesiæ Not. reditus,tus , tui , penultima correpta. & dicit a redeo redis, & significat duo. Reditus em dicitur quod redit , quia singulis annis redeat. Vnde Ouidius de fine titulo .

† Propter expressionẽ huius verbi hæc consto ab omnibus ut lex generalis est seruanda. ut l. 3. C. de legib. Bonifaci⁹ de Vital.

Turpe thori reditu census augere paternos.

Item reditus,id est reuersio: Vnde Ouidius in Epist.

Vera queror reditu verba carere fide .

Et dic redditus,ideſt census qui singulis annis reddũtur Nota[Possessiones.] possessio, secundum Azo C. de acqui.& retinend. poss. est corporalis rei detentio, corporis & animi & iuris adminiculo concurrente. Vel sic, possessio est ius quoddam quo aliquis rẽ corporalem vere in potestate habet. Et dicitur corporalis rei ideo quia sola corporalia possidentur. Incorporalia aũt dicuntur quasi possideri , & quasi tradi per patientiã & vsum. Nam incorporalia non possunt corporaliter apprehendi , sicut sunt iura & seruitutes , & iõ non possidentur c.conquestus . de foro compe. in glos. ff.de vsuca.l sequitur.§.si via & tñ præscribuntur. possessiones sunt agri, fundi late patentes, publici, priuati, quos etiam in initio quisque vt potuit occupauit atque possedit, vnde & nũcupati sunt. Inde possessiũcula,culæ,ideſt parua possessio:nomen diminutiuum de possessio.Not.in verb.]Conuentus.] ꝙ sicut non licet prælato sine consensu capituli agere,sic nec contra hęc.Lau.qui alleg de iudi.causam.Sed primum regulariter non est uerum de rescrip.edoceri.dic, vt ibi.Itẽ nec secundum,nisi quando contractus sapit alienationem,vt hic Zabarella .

[prima glos.summat,& dicit quid facit,& diuidit.]

a ¶ Monasteriorum.] religiosus qui concedit alicui ad vitam vel certum tempus iura,redditus,vel possessiones administrationis cui præest, suspensus est ab officio,nisi duo cõcurrant:nec valet talis cõcessio.Duos casus excipit.& tria facit primo prohibet.Secũdo:ibi, [Si qs.]punit & decernit. Tertio excipit: ibi,[Verum]

b ¶ perpetuo.]ideſt, generali, vel perpetuo duraturo. de elect. vt circa.& c.perpetuo. lib. 6.

c ¶ prohibemus.]saltem quo ad pœnam fateri oportet quod est iuris noui editoria .

[Glo.seq.notat a contrario,& incidens dubium soluit.]

d ¶ Religiosus.]sæcularis ergo clericus non cõprehendit hæc constitutio , sed si tales concessiones faciunt, dic vt legitur & not.16.q.1.possessiones de iis quæ fiũt a prælat.continebatur.si alias alienant, locus est cano ni.12.q.2.monemus.eo.tit.si quis.si locans, dic vt not. ne prælati uices suas c.fi.

Glo.seq.exponit,& quæstionem soluit.]

riorum [a] & aliarum administrationum regularium dispendijs occurrere cupientes, perpetuo [b] prohibemus [c] edicto , † ne quis religiosus [d] monasterio,prioratui, ecclesiæ, seu administrationi cuiuis [e] præsidens , iura redditus [f], aut possessiones [g] eiusdem,alicui [h] ad vitam eius [i] seu aliud certum tempus, pecunia [k] etiam inde recepta quouismodo [l] concedat, nisi necessitas [m] aut vtilitas [n] monasterij,prioratus, ecclesiæ, aut administrationis huiusmodi hoc exposcat, conuentus sui, aut si conuẽtum non [o] habeat, prælati proprij [p] assensu ad hoc nihilominus [q] accedente. Si quis autem contra hoc fecerit, † pœnam [r] suspensionis ab officio [s] eo ipso incurrat, nec ex concessione ipsius recipienti ius aliquod acquiratur [t]. ¶ Verum præ-

e ¶ Cuiuis.]id est siue perpetuæ siue temporali.maxime enim propter obedientiarios, qui faciebant hoc ꝙ ctus reuocari timentes ad clausꝛum, emanauit hæc cõstitutio,& dato ꝙ nõ sint obediẽtiari,facilius remouentur a suis administrationibus.de accus.qualiter 2. in fine de simo. licet.

&c. per tuas non autem puto eam locum habere in religioso, qui præest ecclesię ſcũlari , & quasi clericus sæcularis . & hoc probat principium.

f ¶ Redditus .] differunt a fructibus,vt patebit in fine . Io.And.

g ¶ Possessiones.]ceſtas, 1 vel omnes ,

h ¶ Alicui.] priuato vel collegio.

i ¶ Eius.] recipientis vel concedentis:& talis concessio dicitur perpetua. ff.pro socio. l.1.& not. 10 q.2.perpetua.

k ¶ Pecunia.]an dans hanc pecuniam repe

missa ad locationes [a] vel etiam reddituum aut fructuum [b] venditiones ad tempus modicũ [c] faciendas declaramus vllatenus non extendi.

¶ Idem.

¶ Episcopus vnire potest eccle siam alteri , vel loco religioso donare,etiam non vocato re-

[Gloſſ.seq.dubium soluit, & solutionis obiectioni respondet,opin.ponit quam improbat,& de incidenti quæstione remittit.]

a ¶Locationes,]prohibitus alienare,obligare, vel vẽdere,pōt locare,& quod plus est conductorẽ creditoribus delegare.ff.d leg. 2.l.pe.§. institu to. Ad id ff.de loca. non solet. plati ergo locant, nec per statutum epi possunt adstringi vt locẽt certis personis de locat.c.2.Quod aũt dixi ꝙ locare non est alienare,illud verum est si fiat ad modicum tps, vt hic: & sic non obstat eod.tit.nulli.vt ibi dixi, licet Accur. in prædicto.§.institu-to.in fin.dicat ꝙ prohibitus alienare locet ad centum vel mille annos, sed non approbatur, & Dynus ibi [d] Si aũt platus locãs ad modicũ tps,intra tps moritur: quid iuris, no.ne pięla.vices suas. c. fin.

b ¶Fructũ.] concor.de elect. generali in fi.lib.6 & [Glo.seq exponit,quærit,ponit opin quam cõmendat,subdens quinque alias opi.& pro pluribus haben dis remittit.]

c ¶Ad tps modicũ] Determinat tã verbũ, locationes, ꝙ verbũ, vẽditiones. vt sit sensus: ꝙ locano ad modicum tps,& venditio fructuũ ad modicũ tps non inclu cum in ,phibitione. Sed dubitatur quod dicatur moderatus tps glo ff.de superfi.l 1 §. quod ait. dicit id relinquendũ iudiris arbitrio. allegat ff. de iure delibe.l.1. in fi.ff. de effrac.l. 1.§.1 & facit de offic.deleg. de causis de accu inquisitionis 1. respondeo.& ꝙ not.de loca. poterit. & ꝙ no. sup eo.hoc consultissimo lib.6. & vt hoc æquũ ꝓp varias conditiones regionum. Idem tenuit olim in l. fi. ff. si ager vectiga sed postea in additione vt approbasse ꝙ modicũ tps dicatur intra decem niſi C.de præscri.long.temp.l.fi. qui & a qui. ma.si cũ fideicommisso.§. Aristo.ponit ẽt opinionem , quæ habet ꝙ modicum tps dicatur triginta dierum. ff. de iti. actuque priuato.l.1.§.1. Alij biennũ. ff.loca. & condu. cẽ dñi.instit.de libel.ob.in fi. Alij quinquennium. facit quod no.Io.de coniu.ser.licet & quod not.Host.vt vi su. c.fi.De diuersis spatijs temporum pōt argui per ea quæ scripsi de fideiuſſ.c.fi. de cler. coniuga. Io. in 4.quæstione.

[a] Vna.] CASVS. papa vel epꝰ cõsiderans paupertatẽ alicuius ecclesiæ, voluit vnire aliã ecclesiam illi ecclesiæ certis ex causis: Et ponamus ꝙ illæ ecclesię habent rectores: quæritur vtrũ ad vnionem requiratur cõsensus rectorũ? Dicit ꝙ non. Sed quid si velit vnire ecclesiam parochialem alicui monasterio : quæritur, vtrum requiratur consensus rectoris ? Dicit ꝙ non, tñ nõ aufertur ꝓp aliquod prędiudicium ipsi rectori dummodo subdens quinque alias opi. & pro pluribus haben dis remittit.] ante vita,sed quantum ad valetudinem vnius non requiritur consensus rectoris.Sed quid si epꝰ vult vni re ecclesiam suæ mensæ epali, quęritur, vtrum possit eã cõsensu capituli ? Dicit ꝙ non quia nõ pōt se facto authorizare in cã sua, sed opus est qd adeat archiepꝰ. Sed utrum ipse possit aliquam ecclesiam parochialẽ vnire mensæ sui capituli? Dicit ꝙ non,quia capitulum non pōt dare consensum ad suam utilitatem Not.ꝙ epꝰ pōt vnire unam ecclesiam alteri sine consensu rectoris, sed tñ per hoc non fit prędiudicium ipsi rectori. No.ꝙ epꝰ alicui loco religioso pōt cõcedere aliquas ecclesias cũ cõsensu capituli. c. pastoralis. de dona.in antiq.tñ ut dictum est, non fit prædudicium rectori. c. cõsultationibus.eo.tit in antiq. No.ꝙ antiqtus ut epꝰ

esset particeps in suffragijs aliquorum religiosorum, donabat ecclesiam tenẽdam cum perceptione iuriũ, fructuum. Not.per hoc quod dicit, [Decernimus,] ꝙ hic Papa inducit nouum ius.Not.ꝙ dictio, alter,repetit eãdem qualitatem , probatur hic in verbo, [Alteri.] iuncta glosſ. quæ intelligit, alteri.ſ. ecclesiæ. Simile not. de dictione, alicuius, de rescript. sedes.Not.ꝙ ecclesia dari pōt loco religioso , & multis modis pōt ecclesia spectare loco religioso, de quibus de præben. de monachis. & sup. de supplen.negli.prælа.cle.vnica. Zabar.

[Glosſ. prima dicit quid faciat , & quid determinat.]

d ¶ Si vna ecclesia.] *ctore vel defensore.h.d. Zab.*

CAP. II.

SI vna † ecclesia [a] alteri [c] ecclesiæ,seu dignitati [f] alicui vel præbendæ [g] per episcopũ, [h] suo consentiente [i] capitulo vniatur, [k] aut religioso loco donetur [l] ex eo quòd rector [m] ipsius ad hoc

† Circa vniones vide statuta in cõc. Trid. sess. 7. de refo. c.6. & sess. 24. de refer.c.13.& 15. & sess. 25. de refor.cap.9.

Se summat duo dicens:& quas opiniones determinet, infra dicam : sed quę not. Innoc.& Host. vt ecclesiast. benefi.c.vno.in fine.

e ¶ Alteri ecclesiæ.]1o.q.3.vnico,& si sit alterius diœcesis per vnionem non præiudicatur diœcesano.de relig.do.c.2.& scripsi de priuil. pastoralis.

f ¶ Dignitati.] de pręben.extirpandæ § qui vero.

g ¶ Præbendæ.]vt in prædic.§ qui vero,& e.tit.exposuisti, & intellige per prædic decreta ẽt de præbenda cathedralis ecclesiæ,non obstante infra proxi. respon so,vt ibi dicam.

[Glo.seq.opi ponit, quam probat, & remittit]

h ¶ Episcopum.] de excess. præla. sicut vnire, vbi not. Innoc.& Abbas post eum, ꝙ licet ad abbates spectent ecclesiæ pleno iure, tñ illas vnire non possunt, vel vnam alteri subijcere,cum hoc sit episcopale p præd. decr.alleg. etiam de consue. cum dilectus, facit quod dicam infra.c.proxi,& infra de sta.mon.ne in agro §. ad hoc vbi dicam, an hoc scribere possint.

[Glossa sequens , successiue ponit duo dicta Hosti. quæ improbat.]

i ¶ Consentiente.] Non est iste casus, in quo sufficiat consilium , & hic reprobat quod not. Host. de iis quæ fiãt præla.nouit. vbi dicit episcopũ sine capitulo posse donare ecclesiam loco egenti ad sustentationẽ ministrorũ: allegat de dona. consultationibus. Item quia facit quod dẽt prouidendo egentibus . & in hoc officium suum exercet 12.q.1. præcipimus, &c.se. 10.q.1. regenda,&c.seq 93.dist.diaconi. ergo non est locus ꝫdictioni.de pręben.extirpandæ. 1.& 2.respon. Dicebat tamen , quod tutius erat consilium canonicorũ requirere,sed prout vides hic requiritur consensus, & sm hoc intellige prędict.decre.sicut vnire.in prin & de priuil tuarum,in prin.Not.etiam ipse Host. eo tit.cognoscitur,ꝙ de cõsuetudine præscripta 1 potest epꝰ cõpetere,vt sine consensu capituli possit conferre ecclesiam alteri ecclesiæ ad ædificationem.Et contraria eo. titu.tua.& c.pastoralis,& de dona. pastoralis,intelligi de iure communi: & cum epꝰ circa hoc indulgentiam vel præscriptionẽ non hẽt, tñ consilia præscribi non pōt sm eum:secus ẽt dixi de voluntaria concessione, quæ sine causa fieret ecclesiæ habenti congruam sustentationem.arg.1.q.2.pastor. vel quasi fieret laico: sed non puto hoc præscribibile,ꝙ ẽt in casu licito alienet prælatus sine consensu capituli, vt scripsi de do. pastoralis,in fi & facit finis huius capituli.

1 Vide Fel. & alios in ca. auditis ex de præscrip. & omnino eundẽ Fel. in ca. cum cã de re iudica.

K ¶ Vniatur.]de vnione satis not.ne sede vac. c.1. 16. q.2.& temporis.

l ¶ Donetur.] iunge litteram inf. nequaquam id poteris impugnari, & facit quod metus causa, cum dilectus, & quod ibi not.

m ¶ Rector.]de rectore ecclesię,nõ de plato cui subest

ecclesiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

1Idem Pa nor. Fon. ecclesia loquitur, cuius consensus requiri vī de sta.mo.c.1.§ ad hoc. 1 infra

[Glo seq.rationem reddit, quam opin.coadiuuat, & ostendit reprobatam opin.Hostiensis.]

a ¶Vocatus.]non extitit,ꝙ est infra. Et rō huius summitur de dona. consultationib. fit. n. talis vnio vel donatio sine prēiudicio rectoris, vt ibi. Dicebat ergo Innoc.in decret.vt nostrum, ꝙ dignitas instituta diminui nō poterat irrequisito illo,cuius erat sine cau

Vnio dua rū eccle siarū pōt fieri sine consensu ambarū.

fæ cognitione. No tū Host. de excef. præla. sicut vnire. ꝙ eps ecclesiam vnire nō poterat sine collaudatione vel consensu ambarū ecclesiarū. alleg.eo. tit.c.1.& de ijs quæ fi.à prēl.c.1. & in hoc dicebat eum a Papa differre, vt ibi scripsi:quod hic reprobatur.

[Glo.seq. docet quod approbat, signat contrarium & dupliciter soluit.]

b ¶Vacabat.] approbat quod no.Ioā.& Host. vt eccl. benefi.vt nostrum,in fine,vbi tenent ecclesiā vacantē vniri & donari posse: sicut & dignitas vacās supprimi

Ecclesia vacans vniri & donari pōt.

posset, de const. cum accessissent. Contra ne se.va.c.1. vbi sede vacāte non dissoluitur vnio:æque igitur videretur ꝙ tunc fieri nō posset.Sol.illud in epālibus sedibus. Vel ibi Papā principalius mouit secunda rō:ne.s. notari posset de subita mutatione,& ꝙ ordinationem prius factā feci sset contemplatione personæ tunc viuentis nunc defunctæ:alias etiam vnionem episcopatuum facit mortuo altero eōrum,vt 16. q. 1. & temporis.

[Glo.seq.ponit obiec.& solu.quam fortificat per similia,& per opinionem.]

Minus ꝑ hibet q̄n maius ꝑ mittitur.

e ¶Defensor.] Videbat ꝛrium, quia si res ecclesię vacantis ex cā dignitati donetur, oportet defensorē dari, ut eo.tit.dudum.li.6.Est ergo hoc de casibus,in quibus minus prohibetur, vbi maius permittitur: pōt em ecclesia vacās dari sine defensore, vt hic:sed possessio vel res ecclesiæ non, vt ibi. Et est simile de ele. nemo deinceps li.6 & ꝙ no.de consuet.cum dilectus.in 3.gl. de transla.c.vlt.in glo.pen. Dicebat Inno.de ele.significatti, vt ibi scripsi, super glo. 2. ꝙ eps & capitulum poterant aliquid statuere super bñficio vacāte, & electus illud seruare tenebatur.alleg.decre.vt nostrum,ꝙ

aIdē Pan. intelligit ibi Host.ex cā & ad tempus, 2 sed perpetuū ꝓiudiciū nō pessent inferre dignitati vel rectoriæ, ipsa sic manente: licet illam possent in totū tollere. de const.cum accessissent, vel religioso loco cōferre, de don.cōsultationibus,& c.pastoralis. Et ad id quod dr, qui pōt totum,pōt & partē. de offi.deleg.pastoralis.in princip.ff.de rei vend.quę.de tota.Rīdet Host.ꝙ in totum cōferri permittitur vt diuinus cultus augeatur. de const. ex parte, & vt pauperes sustententur. de ꝓben.expositi permittitur ēt tolli : quia superflua vel onerosa.arg.68.dist.chorepi. Diminutio vel detractio denegatur, vt ecclesiastica bñficia in sua integritate ꝑ maneant,nisi ex cā magna.remittit ad dec. dudū.eod. tit.de prēben.maioribus, & c.vacante. Ex his patet ꝙ sæpe id quod minus videtur, est maius, eod. respectu

3 placet doctorib. Font. quo ius plus illi resistit ex causa. 3

[Glo.seq iustificat,& dicit qd approbat & reprobat.]

d ¶Quod si episcopus.] Quod hic dr probatur olim per c.quæsti sunt.17.q.4.& approbat quod not.inf.Io. in §.prædente,& quod not.de don.pastoralis, & reprobat quod no.Inno.in dicto c.vt nostrum, vt eccle. benefi vbi tenebat, ꝙ auctoritate capituli sui episcopus poterat ecclesiam in suos vsus conuertere.

[Glo.seq.primo rōnem reddit,quam per opin.coadiuuat.Secundo arg.a minori,qōnem soluit.Tertio no. ad duas opin.Host.& vtramque determinat.]

e Mensę suę.]vt dicebat Io.in gl.ptius alleg.eps non pōt auctorizare in facto proprio, 4 sicut nec œconomus,10.q.2.hic vsus.in fi.nec tutor.ff.de au.tu.l.1. & l. pupillus.nec prælatus, de insti.c.fi. & idem de capitulo, & statim sequitur : quod ēt tenebat Gul. in Spec. de ijs quæ fi.a præla. in fi. & facit quod dixi post Inn. de censi. probibemus. super glosf. 2. Et not. quia si nō valet vnio, cum alter solus.f.eps vel capitulum auctorizat in facto ꝓprio, fortius non valet cum auctorizaret vterque vt si communiter mēsæ epi & capituli per eos vnitur ecclesiæ.Facit autem hæc littera

4 Videalex.cōsil. 79.li.1. cap. circa primum. & consilio.in quo ad ꝓ fama. col.

ita nec licebit actori in reconuentione, vt ibi: aliud sit tolli substantialia iudicij per rescriptū: & sic restringitur ad casum cōuentionis expressum, facit de reg. iur. quæ à iure. lib. 6. cum concor. & sit huius rō: quia in primo valeret impetrantis renūtiatio C. de tēp. appella. l. vlt. ad fi. in secundo non. vt dicam infra in gl. Aequetū dici posset, q aut ordinarius vel delegat cognoscit de cā, in qua de sui natura summarie procedit, & tunc sit locus prædictæ opinioni Inno. & sequacium, vt qualitas causæ reconuentionē impediat, sicut & aliàs no. de mut. peti. c. 1. ifi fi. in pen. gl. & de arb. cum dilectus. in gl. 1. Aut delegatus virtute commissionis in cā, in qua aliàs plena cognitio requirebatur, summarie cognoscit: & tunc subdistingue aut pa pa proprio motu tollit substantialia; & tūc idem q supra: ad petitionem impetrātis, & tenet arg. prædictæ decretalis, & l. vlt C. de fru. & li. expen. videat esse re missa plena cognitio & in reconuentione, & sic cessābit obstaculum Inn. vt prædixi. Pro hoc facit hæc littera sic generaliter loquēs, si quid petere voluerit. & o. & ad substōnem. facit de præb. si motu proprio & c. seq. lib. 6. & quod no. in præd decre. 2. in fi. vlt. gl.

[Gl. seq. de conuentione, an fiat post litem contestatam ponit duas opiniones cōtrarias, & secundam approbat per hoc textum.]

f Exordio] No. 3tra opinionē Ber. Vin. Inno. & Guil. & Archid. quæ habet, q vsque ad conclusionem possit fieri reconuentio: & pro opinione Alani, Tan. Gos. & Host. & Ioan. Mon. quæ placet, q ante lit. cōtest. sit faciēda. vel statim post lit. cōtest. vt no. Accursius in Auth. & consequenter, in gl. fi. in Aut. de execu. §. fancimus, in 1. gl. vt plene scripsi de mut. petit. c. 1. sup. 1. gl. & contra ipsum Inn. facit quod post eum dixi supra proxi. gl. Hoc ergo teneas, q licet quandocunque reus conuenire possit actorē durante iudicio: non tñ illa conuentio vim reconuentionis habebit, vt s. simul tractetur, & firmatur, vt de ord. cog. c. 2. nisi fiat in litis exordio. vt hic.

g Siue verbo.] eligar ergo petens quod vult, vel scriptam dare, vel verbo proferre, ut de suo ore scribatur apud acta. ut solet fieri postea.

h Continuo.] tolle verbum, inferendo, quod infra, & interserit quare.

i Formari debeant.] eauti adnocati actorum faciunt triplicari libellos: vnū dant notario, qui scribit actas, aliū reo, tertiū sibi seruant ad finem, de quo dicit, vt melius & certius positiones & articulos formet. k Clarior, Item rōne memoriæ, quæ labilis est, 23. dist. præterea. C. qui test. fac. post hæc cōsultissima, vere fi. at cum humana, pp quod non scribere petitionem posset impedire & occultare veritatem: tum quia ex

Libellos triplicati libelli. aduocati. Memoria labilis.

quo peti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Positionis usus multũ releuat pro bante.

quo petitio in actis descripta est, exprimi poterit in sententia, ut moris est.

† Nota q̃ positiones sunt inuentæ ad facilioré litis expeditionẽ: si. n. qui cõfitet, cito cã terminat. unde dicit papa ul. quandoque dicit nõ posse delinquere pp̃ contumãciã partis qa confessio haberi non põt, ut not. Inn. & dolo. put. Cardinalis.

Positiones negatæ in articulos deducuntur,

Reus fatuus est si probaret defensiones suas acto ris ſtentiõe nõ fundata.

Positiones [a] ad faciliorem †expeditionem litium propter partium confessiones[b] & articulos [c] ad clariorem probationẽ vsus longeuus in [d] in causis admisit: Nos vsum huiusmodi obseruare[e] volentes: Statuimus, vt iudex sic deputatus à nobis (nisi aliud de partium[f] uolũtate procedat) ad dãdum simul utrosque[g] terminum dare possit, & ad exhibendum omnia a ct. & munimẽta[h], quibus partes uti[i] uolunt in causa post dationem [k] articulorum diem certam, quandocũq; sibi uidebitur, uel eat assignare: eo saluo, quòd ubi remissionem[l] fieri contingeret, pro testibus[m] producendis[n] possint etiam instrumenta produci, assignatione† huiusmodi nõ obstante[o]. Interrogabit[p] etiã examinandi: illud ergo tempus quo super his instatur, non currit in termino productionis: nec est congruum parti statui terminum ad probandum prius quam sciat in quibus releuetur, & quos articulos probare teneatur.

a Additiones.] non sufficit ergo citari nisi exprimatur id quod ad sententiam audiendam, quæ sent. sine appel la. rescin. l. 1. §. item cum ex edicto. facit de test. cum olim. ff. de dolo. & cõtuma cum quib. li. 6. nã si hoc in summarijs, fortius in alijs vt ſæpius, dixi. b ¶ Nõ peremptorie] Nõ fiunt per Argu. q̃ in alijs causis in quib. seruatur iudiciorum figura, sit necesse peremptoriũ exprimi, vbi non fit trina citatio ad sentẽtiã audiẽdã, qđ videtur tenere Io. 24. q. 3. de illicita. Beri. de off. deleg. consuluit. Inno. de accus. ad petitionem. Guliel. in suo amico Specul. de cita. §. viso impẽdimẽto autẽ, & in ver. quid ſeria: si lata. c ¶ In scriptis.] profectũ, quod est infra. Et huius contrarium tenebãt Aegidius, in decreta. nouit, etiam solũ ex vi illius verbi, de plano. Et per hoc p. o. duo, i quib. queniũt istæ & aliæ causæ. s. q̃ in his ita in alijs necesse sit diffinitiuã in scripto proferri. Item q̃ iudex si cut in alijs, ita in his hẽt illam per se ipsum proferre, & de utroque satis no. de sent. & re iud. c. fi. li. 6 vbi uideas. noluit ergo scripturam, quæ in sijs requiritur, & prolationẽ iudicis in his causis prætermitti, ne per id contingeret occultari veritatẽ propalatã & in iudicio diffinitã, & ꝑ̃s victorẽ ridiculose & frustra in tali ꝓcessus iudicio laborasse. d ¶ Stans. Jin hoc diuersũ est ius in his causis ad alias quæ requirunt figuram iudiciorũ, quę ferri dẽnt a iudice sedente, de quo vide in prædi. decr. in fin. de re iu. li. 6. in glo. penul. & urdetur quibus dã hoc induci etiam per solum illud verbũ, de plano. ut dixi in principio huius partis & hoc tenebat Aegi. in decr. nouit. e ¶ Conclusione.] ista litteram vẽ velle, q̃ in alijs causis requirentibus figuram iudiciorum necessaria sit conclusio, & de cõclusione habetur supra de procur. auditis, de causa possess. pastoralis & in constitutione Clemen. eo. tit. cã. de prob. qñ contra. de fide instr. cũ dilectus, & c. cum Ioannes. Communiter in sæculari bus foris apud nos non fit conclusio: in ecclesiasticis fit per partes. Item ipsius uel altera ipsarum inuita, ex quo sufficientes dilatationes datæ essent & elapsæ, pronũtiaret iudex conclusum in causa: & uide in Spec. de renun. & conclu. in princ.

f Faciẽdum.] patet ergo etiam in causis quib. tollitur figura iudicij, secundum ius pronũtiari debere, ut ai dixi super uerbo defensiones.

g Constitutionem nostram.] supra de iud. dispẽdiosã. Alias.] ut in casu decre. fi. de hæret. lib. 6. & in casu decret. in demnitatibus 3. si uero de electio. eo. lib. quod dic ut dixi in princ. super ver. figura.

h Solemnis ordo.] vt libelli oblatio, litis contestatio, & similia.

i Non contradicentibus.] innuit q̃ partibus contradicentibus non possit iudiciorum figura uel solemni tas ultra id quod hic exprimitur obseruari: qđ uerum intelligo qñ sic procedere non est in iudicis ptãe, ut quia z ꝑpa sic prodi mandat, ut in princ. cap. secus si sic procedere uoluntati iudicis relinquatur, ut in constitutione, dispendiosam, supra de iudic. ut ibi dixi sub verb. valeat, §. & o nota casum, quo sufficit tacitus

etiã post conclusionẽ ad petitionẽ partis interrogetur. consensus nõ reclamantis, cõcor. de accus. c. 2. li. 6. interdũ requiritur expressus, e. l. de reser. statutũ, in nullo, alias ñ ꝓtradicere sapit mediũ inter ꝓsensum & dissensum, quod dic vt no. de reg. iur. is qui tacet. lib. 6. ¶ Partibus. Juidetur per plurale q̃ cõtra dictio unius partis tantum non valeat: sed quære. Cõsensus tacitus qñque sufficit.

Iudex procedens uno mõ de ꝓsensu partiũ, an possit illis pœnitentib. & inuitis illũ modum ꝓsequi.

etiam partes, siue ad earum instantiam, siue ex officio ubicunque hoc æquitas suadebit. Sententiam uero diffinitiuam (citatis ad id [a] licet non perẽptorie [b] partibus) in scriptis, [c] & (prout magis sibi placuerit) stans, [d] uel sedes proferat: etiam (si ei uidebitur) conclusione [e] non facta, prout † ex petitione, & probatione, & alijs actitatis in causa fuerit faciendum. [f] Quæ omnia etiam in illis casibus, in quibus per aliam constitutionem [g] nostrã, uel alias [h] procedi potest simpliciter & de plano, ac sine strepitu & figura iudicij, uolumus obseruari. Si tamen in præmissis casibus solemnis [i] ordo iudiciarius in toto uel in parte non contradicentibus [k] partibus [l] obseruetur; non erit processus propter [m] hoc irritus, [n] nec etiam irritandus, [o] data Auinione xiij. Kalen. Decembris, Pontificatus nostri anno secundo.

figura: nunquid deinceps illis inuitis poterit seruare solẽnia? Vt sic, per regulam, quod semel de reg. iu. lib. 6. cum suis concord, & unico actu quis renunciat, & consentit, de constit. cum accessissent. vbi de hoc, de off. deleg. gratum, de appella. sollicitudinem. & sufficit semel factum, qui matr. accus. posi. insuper. & propter sui contrarietatẽ iste uiæ præiudiciales uidẽtur, & sic una electa non uenit alia. de postul. c. vnico. de elect. si quis, li. 6. Itẽ uniformis debet esse finis principio, de baptis. maiores, ante mediũ. de appel. secundo requiris. His rationib. puto, q̃ si partes expresse consenserunt, q̃ iudex in tota lite uel simpliciter seruaret ordinem iudiciarij, q̃ inuito iudice, qui sic inchoauit procedere, pœnitere non poterunt: ubi uero nõ consenserunt expresse, sed non contradixerũt: puto q̃ in occurrentib. postea contradicere poterunt facit littera præcedens ibi. [In toto uel in parte.] Item singulares actus iudiciorum sunt per se actus perfectiunde singulariter intitulatur, de libel. obl. cum rub. seq. bene facit. quod scripsi post Vinc. & Cõpostl. de teserip. dilectus 2. in prin. qđ ẽt no. Guliel. in Spec. de appel. restat. ver. & no. ſm Vinc. de cita. § 1. uersi. quid si reus.

Processus in causis plenis omisso iusti ordine, ẽt de partiũ cõsensu non tenet.

m Propter hoc.] posset enim subesse alia causa irritationis.

n Irritus.] ipso iure, ut alias de lit. contest. c. vnico. & tit. seq. accedens 1. & 2.


o Irritandus.] per sententiam, ut alias de re iudicata, cum causa, & c. cum Bertholdus. in fin. & concor. huic fini de iuram. calum. c. 1. 2. respon. in fi. lib. 6. Et scias q̃ iste finis non conuertitur nam si in causis quæ requirunt figuram iudicij, procederetur, non contradicentibus sine figura, non teneret processus. & idẽ si expresse consentirent, de hoc de off. deleg. de causis. in gl. 2. 2. q. 1. in primis. in 3. & c. seq & in Spec. de seu. prol. §. iuxta verb. quid si de partium, quod intellige, ut no. de re iud. c. vlt. lib. 6. in 5. gl. Ratio diuersitatis patet, qa in casu isto fit contra ius commune, sed in casu quem ponit littera, res redit ad ius cõmune, & ad sui naturam, quod facile fit, 35. dist. ab exordio ff. de pac. si unus §. quod si nõ in totum. Natura uero naturans, cũ ad illam redibimus, per interc essionẽ Virginis gloriosæ collocet cum electis. Amen.

FINIS.

---

a Positiones.] ad probandum ea quæ sunt in iure, non autem ad probandum consuetudines, & facta, nisi in casibus in quibus ius ipsum remittit ad facta, ut in c. 1. de consue. & in c. 1. de rescrip. lib. 6. & in c. 1. de probat. lib. 6. & in c. 1. de testib. lib. 6. & in c. 1. de fide instr. lib. 6. & in c. 1. de iudic. lib. 6. & in c. 1. de sponsa. lib. 6. & in c. 1. de elect. lib. 6. & in c. 1. de rescrip

Universidad de Deusto
Biblioteca



PRO istius arboris declaratione, quã formatgloſſã hic, præmitte q̃ A patronus posſitus in radice ſiue in prima cellula iſtius arboris habuit tres filios, ſcilicet B. C. D. vt patet aſcẽdẽdo ad tres cellulas ſequentes. & duodecim nepotes, vt patet aſcẽdẽdo ad duodecim cellulas immediate ſequentes: & triginta & ſeptẽ pro nepotes tã laicos quàm clericos, vt patet aſcendo ad duodecim vltimas cellulas. Et aduerte q̃ in iſtis vltimis cellulis clerici ſignificantur p̃ iſtã litterã C. & laici.

laici, per iſtam litteram L. ita quod quotiens ponitur littera C. in cellulis ſuperioribus ſignificat toto fore patronos clericos, & idem de littera L quo ad laicos.

SEcũdo aduerte, qđ iſte A. patronus habebat iuſpatronatus quod reliquit vnà cum hæreditate trib. filijs quos habebat. ſ. B. C. D. Cuius præſentationẽ ſm Card. hic ipſi filij duiſerunt in tres partes, & ſic per capita: nec adhuc habet locum diſpoſitio iſtius clem. Iuſpatronatus tñ eſt inſolidum penes quemlibet illorum, cum ſit indiuiſibile. eius præſentatio tñ pōt diui di, ſm Inno. c. 1. ſ. eo. tit. & Card. hic: & in prima voce ſuccederet primus filius iſtius A. ſ. B. & poſt eum duo ſi lij eius, ſ. primus & ſecundus, & iſti ſuccedent in illa voce per ſtirpes, ſm diſpoſitionem iſtius clem. ſm cõmunem intellectum: & poſt iſtos duos filios B. in eodem iure ſuccedẽt nouem nepotes ipſius B. ſ. tres clerici & ſex laici, qui ponuntur in duabus cellulis deſcendẽtib. à duobus filijs B. in quarum eſt prima ſra C. & in ſecunda ſunt litteræ C. duæ, & litteræ L ſex: & iſti nouem ſunt pronepotes ipſius A. primi patroni poſiti in prima cellula.

SImiliter C. ſecũdus filius ipſius A. ſuccedet in ſecũda voce, & quattuor filij eius poſiti in quattuor cellulis deſcendentib. à cellula C. ſuccedent eidem C. in illa voce per ſtirpes, iuxta tenorem iſtius cle. & eodẽ iure decem nepotes ipſius C. ſuccedent in eodem iuspatronatus per ſtirpes, quorum nepotum quinque ſunt clerici, & alijs laici. Et ponuntur oẽs iſti nepotes in quattuor cellulis ſuperioribus trahentib. ordinem à quattuor filijs C. in quarum prima ſunt vna ſra C. & tres L. in ſecunda, duæ C. & vna L in tertia, duæ C. in quarta, vna L. & oẽs iſti ſunt pronepotes ipſius A. ſi cut alij nouem, ſecundum computationem gl. hic.

SImiliter D. tertius ipſius filius A. ſuccedet in tertia voce ſicut dictum eſt de duob. primis filijs, & ſex filij eius poſt eũ ſuccedent in illa tertia voce iuris p̃ ſentandi per ſtirpes, eodem modo ſicut dictum eſt de alijs, ita q̃ illi ſex non computabuntur niſi pro vno, ſicut eorum pater qñ viuebat. ſ. D. & decem & octo nepotes ipſius D. eodem modo ſuccedent in illa voce p̃ ſtirpes ſuccedendo ſex filijs ipſius D. & iſti decem & octo nepotes ponuntur in ſex cellulis deſcendentib. à ſex filijs D. quorum nepotum nouem ſunt clerici, & alij ſunt laici, vt patet in figura, ſecundum Immolam hic: & omnes iſti decẽ & octo ſunt pronepotes ipſius A. primi patroni.

TErcio conſidera, ſecundum gl. hic quod iſti tres ſ. B. C & D. æqualiter ſucceſſere iſti A. in hæreditate, & in iure patronatus ei hẽditati annexo; & ſic diuiſa hẽditate quelibet habet quattuor vncias & totidem in iurepatronatus ei annexo, licet ſm Imo. hic, & Inno. in c. 1 eo. tit. hẽdes inæqualiter ſuccedant. Iuſpatronatus tñ ad eos tranſit æqualiter, ut ponamus qđ A habet hẽdes B. C. & D. & q̃ B. ſuccedat eidem in ſex vncijs, D. in quattuor, C. in duab. & ſic in portionibus inæqualib. omnes tñ æqualiter ſuccedent in iurepatronatus annexo illi hæreditati.

QVarto notandum eſt pro declaratione vltimarum cellularum, in quibus reponũtur pronepotes ipſius A. qđ licet aliqui illorum pronepotum ſint clerici aliqui laici: iuſpatronatus tñ illis cõpetit iure laico, non iure eccleſiaſtico, immo iure ſucceſſionis: & perinde haberi dẽt ac ſi eſſent omnes laici quo ad iſtud ius, ita q̃ clericorum non erit melior conditio p̃ cle ricatum in iſto caſu. ex quo infertur, q̃ clerici in iſtoca ſu poterunt variare in eorum præſentatione ſicut laici vſq; ad acceptationem à ſuperiore factam, nec habebũt iſti quatuor menſes ad præſentandum ſicut laici, ſm Card. hic, & Panorm. in c. eam te. de iurepatro. & ſecũdum Spe. in tit. de relig. domi. in §. vnico. ver. eſſet ẽt ſufficiens, quod eſt valde notandum pro declaratione iſtius figuræ.

QVinto notandum eſt, quando vni ſoli patrono originario ſuccedũt plures hæredes per capita: illi ẽt ſunt patroni in capita, & tunc non ſeruatur diſpoſitio iſtius cle. filij vero iſtorum hẽdum ſuccedũt in ſtirpes eorũ patrib. vt eſt videre in trib. cellulis B. C. D. deſcendentib. à cellula A. nam illi tres reſpectu A. eorum patris ſuccedẽt in capita: duo filij B. quattuor filij C. ſex filij D. ſuccedent in ſtirpes ſublatis de medio eorum patribus. ſ. B. C. D. & tunc ſeruabitur diſpotio iſtius clem. ſm gl. hic Card. & Imo. & ſecundum Roc. de cur. in tract. de iurepatro. colum. 148.

SExto pro declaratione diſcrepantiarum, quæ ſolẽt eſſe in iſtis cõpatronis, aduertẽdũ eſt circa p̃ſenta tiones, q̃ in pari numero ſtipitũ ſiue patronatuum originariorũ regulariter locus eſt gratificãdi, dũmodo merita p̃ſentatorum paria ſint, & non obſtet aliud canonicũ impedimẽtũ. Numerus tñ ſtirpis pōt eſſe par, & eius p̃ſentatorum erit impar, vt eſt videre ſi unus p̃ſentaretur ab uno filiorum B & à tribus filijs C. alter præſentaretur à tribus ſi lijs D. & ab vno filio C. ibi q̃ libet præſentat à quattuor: & tñ ſi cœtera ſint paria, p̃ſentatus ab uno filiorum B. & à tribus filijs C. præfertur: quia licet ab æqualibus præſentenẽ in numero, nõ tñ in ſuffragio. Cardi. in princ. q. 2. & Imol. col. 5. Ex quo infert. Cardi. vbi ſ. q̃ non ſunt hic tot ſuffragia uocum, quot ſunt capita patronorum: nam una ſtirpes non habet niſi unam uocem, ut decem & octo nepotes ipſius D qui ponuntur in ſex cellulis ſuperioribus partis dextræ, non habent niſi unam uocem ſicut D. eorum auus habebat, & de alijs idem.

ADuerte tñ ad unum, licet gl. magna aliter dicat hic & male, q̃ illud quod ſit à maiori parte unius ſtirpis, reſpectu minoris partis eiuſdem, habetur pro ualido quo ad illam ſtirpem, reſpectu p̃ſentationis fiẽ dę q̃ totam illam ſtirpem, dummodo non contemnatur minor pars: quia plus obeſt cõtemptus unius quã contradictio multorum, ut dicit tex. in c. uenerabilem ſ. de ele. & ideo ſi minor pars ſtirpis recte uocata à maiori in p̃ſentatione fienda diſcordet, nihil habebit in præſentatione pro illa uice, ut poſſumus uidere ſi tres ex quattuor filijs C. præſentarent unum, & quartus nollet eum præſentare, ille quartus nihil haberet in p̃ſentatione. Idem ſi quattuor ex ſex filijs D. p̃ſentarẽt unum, & alij duo alium, p̃ſentatus à duobus non hẽret ius ex parte præſentationis illorum duorum: immo dicit Panor in c. cum inter canonicos. de ele. poſt tex. ibi, quod maior pōt renuntiare ſuori introducto in honorem totius collegij, quod eſt ualde notabile & regulariter uerũ, & traditur regula per Bar. in l. qđ maior. ff. ad municip. falli: tamen in ſex caſibus poſitis per Sozi. in regula, factum in fallen. ſuis.

SEptimo not. ſm Roc. ubi ſ. in declaratione illius uerbi, ipſe, uel is à quo cauſam habuit, & gl. hic, q̃ licet iſta arbor intelligatur in deſcendentib. eodem modo dicendum eſt in collateralibus, ſ. quod fiat ſucceſſio in ſtirpes in iurepatronatus, licet aliter dicaẽ de hæreditate collateralium, ut per ſcriben. in §. cum filius. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. deſc. Alia tñ iurade bita patronis rõne iuſis patronatus, ut alimentain egeſtate pinguiora quàm alijs pauperib. de fructib. eccl. patronatę, honorarius locus proceſſionalis, ſtudioſum obſequium, debentur per capita patronis, licet iura præſentandi debeantur per ſtirpes, ſecundum Inno. & Panor. in c. 1. ſ. iſto tit. Card. & Imol. hic, & Roc. ubi ſupra.

ADuerte tñ ad unum dictum Io. de Im. hic col. 2. circa medium, qđ declarare ſigillatim quot gradus p̃ſentationis haberet quelibet iſtarum perſonarum ſituatarum in cellulis ſuperioribus, illud eſſet magis tędioſum quàm ſubtile, cum quilibet bonus computator hoc facilius iuueniat quàm bonus canoniſta, & ẽt propter difficultatem probationis: nam pauca habemus alia iura hæc probantia, niſi iſtam cle. ideo non eget altiori declaratione.

APOSTIL-

Universidad de Deusto
Biblioteca

APOSTILLAE SEV BREVIVSCVLAE SVPPLETIONES,

Titulos Clementinarum luculenter declarantes, cum capitulorum numero in marginibus signato.

Cap.1. [De summa Trinitate & fide catholica.]
FIRMITER credenda pro fundamento circa titulos humanitatis Christi, iuxta Euangeliũ Ioan. 19. & ꝙ virtutes per baptismum infundantur infantibus in habitu.

Cap.3. [De rescriptis.]
Subaudi regulariter exequendis: & fallit in quinque casibus de quibus hic.

[De electione.]

Cap.8. Subaudi formaliter facienda, & etiam confirmanda, canonice, aliter cassanda, fallit in quinque casibus, & qualiter causæ beneficiales, quæ ad curiam Romanam deuoluuntur, per appellationes prosequi deant.

[De renuntiatione.]

Cap.1. Subaudi vt facta canonice admittatur, & teneat. nisi cum procuratoris ad renuntiandum reuocatio intimatur superiori, &c.

[De supplenda negligen. prælat.]

Cap.1. Subaudi auctoritate Apostolica per superiores & ordinarios circa collationes priorãtuum regularium, vt non applicentur mensæ.

[De ætate & qualita. ordinand.]

Cap.3. Subaudi necessario requisita, & ad consequendas beneficia iuxta canones, & de promotione canonicorũ ad sacros ordines obseruanda, iuxta ecclesiæ consuetudinem generalem.

[De officio vica.]

Cap.1. Subaudi perpetui, vt etiam assimiletur alijs sacerdotibus curatis in iure.

[De officio deleg.]

Cap.1. Subaudi & executoris apostolici cum potestate sub delegandi certum articulum.

[De officio ordi.]

Cap.2. Subaudi & eius potestate & iurisdictione plena sibi competente, & collatione beneficiorum etiam per legatos facta.

[De procura.]

Cap.4. Subaudi vt eorum mandata generalia uel specialia ad iudicia vel negotia exequi debeant, etiam probati per litteras: fallit in quattuor casibus, de quibus hic.

[De in integ restit.]

Cap.1. Subaudi concedenda ecclesiæ læsionem probandi intra quadriennium continuum, &c.

[De iudicijs.]

Lib.ij. Cap.1. Subaudi ordinarijs & quandoque summarijs & citatione, & alijs eorum partibus: & in toto iudiciali processu canonice procedẽdo: & de citatione p edictum.

Cap.1. [De foro compe.]
Subaudi, vt s. forum rei actor quilibet sequatur, fallit in casu de quo ibi.

[De causa possessio, & proprieta.]

Cap.1. Subaudi s. simul eodem iudicio tractanda: nisi suspendatur possessorium, etiam in secunda instantia alterius partis.

[De dolo & contu.]

Cap.1. Subaudi scilicet canonece punienda: vt, s. absque alia citatione procedi possit ad definitiuam contra friuole appellantem. Cap.2.

[Vt lite pendente nil inno.]

Subaudi. s. neque per iudicẽ, neque per actorem, neque per alium quemcumque etiam post citationem intimatam partem plene informantem. Cap.1.

[De sequestra. possess. & fruct.]

Subaudi quandoque permissa, scilicet post primam sententiam latam in Romana curia in possessorio, vel petitorio. Cap.1.

[De probation.]

Subaudi quibuscunque regulariter admittendis. s. ex verbis Papæ renuntiatiuis de facto proprio uel alieno, in quo fundant intentionem. Cap.1.

[De testibus.]

Subaudi & attestationibus regulariter admittendis etiam Christianis contra iudæos & Sarracenos etiã in criminalibus: non tamen post publicationem, & in causa appellationis super eisdem vel directo contrarijs articulis. Cap.1.

[De iureiurando.]

Subaudi regulariter præstando, & obligatorio, & obseruando: & per Imperatores, & reges Romanæ fidelitatis in forma, de qua hic. Cap.1.

[De exceptionibus.]

Subaudi, excommunicationis & alij, regulariter admittendis tam dilatorijs, quàm peremptorijs. Cap.2.

[De sententia & re iudi.]

Subaudi ferenda canonice, & exequenda, & confirmanda. Cap.7.

[De appellationibus.]

Subaudi iudicialiter & extraiudicialiter regulariter admittendis, & temporalibus earum. Lib.ij. Cap.1.

[De vita & honestate clericorum.] Cap.2.

Subaudi moraliter obseruanda iuxta canones.

[De præbendis.] Cap.1.

Subaudi canone impetrandis, per quarum impetrationem etiam motu proprio vacant priora beneficia incompatibilia, nec in ea veniunt dignitates curatæ, eleemosynatiæ, nec hospitalia.

[De concessione præb en. & ecclesiæ non vacantis.]

Subaudi & mandato de prouidendo, cum sufficiente decreto ne ad id compellantur, aliàs priuantur ordinarij ante conditionis insertæ euentum sine temporis adiectione currentis, ex quo publice in loco est nota vacatio. Cap.1.

[De rebus ecclesiæ non'alienandis.]

Subaudi nisi ex necessitate seruatis seruandis: & vnione earum mensæ episcopi non facienda. Cap.1.

[De rerum permutatione.]

Subaudi & beneficiorum altàs quàm permutantib. conferendorum. Cap.1.

[De testamentis & ultimis uoluntatibus.]

Subaudi & eorum executore: ad cuius rationes reddendas religiosi etiam exempti sunt compellendi. Cap.1.

[De sepulturis.]

Subaudi ecclesiasticis regulariter prohibitis tempore interdicti ecclesiastici, aliàs exempti contrafacientes eoipso sunt excommunicati.

[De do-

[De decimis.]

Cap.2. Subaudi nõ vsurpãdis & appropriandis per religiosos: & de decimis beneficiorum secundum taxam & monetam loci exigendis absque occupatione ornamẽtorum ecclesiasticorum.

[De regularibus.]

Cap.2. Subaudi mendicantibus, scilicet etiam licite ad nõ mendicantes trãslatis, non assumendi regulariter ad locum, nec vocem capitulo, nec ad prioratus, & tacite per annum professis cum habitu professorum.

[De statu monachorum]

Cap.2. Subaudi nigrorũ & alborum moderando in vestibus, cibo, potu & sacramentis: vagatione & armis & monasterijs monialium visitandis annis singulis.

[De religiosis domibus vt episcopo sint subiectæ.]

Cap.2. Subaudi Beguinis abolitis, &c. & pijs locis, vt eorũ cura non postponatur.

[De iurepatronatus.]

Cap.3. Subaudi vt patroni per dioecesanum compellantur ad assignandum congruam portionẽ præsentatis, &c. & vt eorum plures hæredes vocẽ vnius tm habeant.

[De censibus.]

Subaudi & procurationibus per religiosos regulariter soluendis, visitantibus in temporibus à iure statutis Et pedagijs & guidagijs non exigendis ab ecclesiasticis vel ecclesijs

[De celebratione missarum.]

Subaudi & diuinis officijs debite celebrandis in cathedralibus & collegatis, &c. in quibus commensales Cardinaliũ & episcoporum possunt se illis coaptare.

[De baptismo.]

Subaudi in ecclesijs & fontibus deputatis faciendo: salua necessitate & potestate deferendi principibus: alias præsumentes castigentur.

[De reliquijs & veneratione sanctorum.]

Subaudi in quibus Dominus laudari iubetur, & de festo sacri corporis Christi cum indulgentia.

[De immunitate eccl siarum.]

Subaudi regulariter seruanda, iuxta concilium generale & Lateranense, reuocato c. clericis, e. ti. in 9.

[De consanguinitate & affinitate.]

Subaudi regulariter non contrahendo in gradibus prohibitis, neque aliàs p clericos uel religiosos: aliàs eo ipso sunt excommunicati sæpius nũtiandi.

[De magistris.] *Lib.5.*

Subaudi deputandis ad linguam Hebraicam, Arabicam, Chaldæam docendã. Et de moderatione expensarum circa doctoratum. Cap.1.

[De Iudæis & Sarracenis] Cap.1.

Subaudi quibus Machometi nominis prohibetur inuocatio, & ad veneranda corpora suorum deuotorũ peregrinatio.

[De hæreticis.]

Subaudi per diœcesanum & inquisitorum simul cõ Cap.1.
demnandis, &c. & de octo erroribus Beguinarum vel Beguinorum.

[De homicidio voluntario & casuali.] Cap.1.

[Subaudi commisso per furiosum infantem, vel ar
ctatum vt non inducat irregularitatem.

[De usuris.] Cap.1.

Subaudi super quibus statuentes, aut statuta non re
uocantes, aut iudicantes quod soluantur, aut solutæ
non reputant, sunt excommunicati; & ꝙ eorũ libri edã
tur, & pro hæreticis habeantur, negantes eas exigere
non esse peccatum.

[De excessibus prælatorum.]

Subaudi non committendis & puniendis scilicet si Cap.1.
suis iuribus non contenti alijs iniuriantur.

[De priuilegiis.]

Subaudi ministrandi sacramenta prohibitis religio Cap.2.
sis: alias ipso facto sint excommunicati. Et quod liceat
archiepiscopis crucem ante se deferre etiam per loca
exempta.

[De pœnis.]

Subaudi offendentium episcopos & filiorum, capiẽ Cap.3.
tium ecclesiasticos, ut propterea renũtient beneficiis
& excommunicantur etiam religiosi prohibentes de
cimas solui.

[De pœnitentijs.]

Subaudi non iniungendis per quæstores: aliàs puni Cap.2.
tur per ordinarium.

[De sententia excommunicationis.]

Subaudi ipso facto incurrenda à religiosis & domi
nis temporalibus & eorum subditis uiolãtibus inter Cap.4.
dictum: & ut sorores scilicet tertii ordinis tunc ad di
uina non admittantur.

[De verborum significatione.]

Subaudi uidelicet illius clausulę, simpliciter & de Cap.2.
plano sine strepitu & figura, &c. & regulæ Mẽdicãtiũ.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXTRAVAGANTES TVM VIGINTI D. IOANNIS PAPAE XXII. TVM COMMVNES SVAE INTEGRITATI *VNA CVM GLOSSIS RESTITVTAE.*



VENETIIS. MDC.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IOANNES Papa XXII. natione Gallus, patria Caturcensis ex prouincia Aquitania, anno MCCCXVI. Romanus Pontifex creatus est. Is præter constitutiones Clementis V. prædecessoris, multas quoque suas publicauit.

Ad quas Zenzelinus de Cassanis, quem alii Genzelinum vocant, vberes composuit commentarios.

TABVLA EXTRAVAGANTIVM TVM Viginti Ioannis xxii. tum etiam titulorum, & capitulorum Extrauagantium communium per alphabeti ordinem distincta.

Tabula Extrauagantium viginti Ioannis xxij. secundum ordinem alphabeti.

A

Dapostolatus, titul. iiij. de concess. præb. & eccl nnn vacantis. pag. 37
Ad nostri apostolatus. tit. xj. de priui leg. js. 59
Ad conditorem ti. xiiij. de verborum significatione.
Ad onus. tit. j. de elect. & elect. potestate. 3
Antiquæ. ti. j. de voto & vo. redemptione. 45

C

COpiosus in misericordia. tit. viij. de iudæis & Sarracenis. 53
Cum ad Sacrosanctæ, ti. xiij. de sen. excomm. suspen. & interdicti. 67
Cum inter nonnullos. tit. xiiij. de verborum significatione. 101

D

Detum crescente malicia. tit. xij. de pœnis. 61

E

Ecclesiæ Romanæ, tit. ij. de maior. & obed. 13
Execrabilis. ti. iij. de præb. & dignitatib. 16

P

Ronidens quasi. ti. x. de crimine falsi. 57

Q

Via in futurorum. ti. ix. de torneamentis. 54
Quia nonnumquam. tit. xiiij. de verborum significatione. 84
Quia quorundam. titu. xiiij. de verborum significatione 107
Quorundam exigit. titu. xiiij. de verborum significatione. 73

S

Ancta Romana. tit. vij de religiosis domib. 48
Sedes Apostolica. ti. iiij de conc. præb. & ecclesiæ non vacantis. 34
Si fratrum. tit. v. ne sede vac. aliq. innouetur. 38
Suscepti regiminis. tit. j. de electio. & elect. ptāte. 5

Tabula titulorum quinque librorum Extrauagantium communium secundum ordinem alphabeti.

A

D E

Victoritate & vsu pallij. lib. j. 132

C

CElebratione missarum. lib. iij. 225
Censibus, exactionibus & procurationibus. lib. iij. 217
Consuetudine. lib. j. 127
Crimine falsi. lib. v. 238

D

Decimis. lib. iij. 210
Dilationibus. lib. ij. 259
Dolo & contumacia. lib. ij. 160

E

Lectione. lib. j. 128
Emptione & venditione. lib. iij. 197

F

Vrtis. lib. v. 237

H

Haereticis. lib. v. 232

I

Mmunitate ecclesiarum. lib. iij. 228
Iudicijs. lib. ij. 156
Iudæis. lib. v. 231

M

Aioritate. & obedientia. lib. j. 142

N

NE sede vacante aliquid innouetur. li. iij. 189

O

Officio custodis. lib. j. 133
Officio delegati. lib. j. 133
Officio iudicis ordinarij. lib. j. 139

P

Aenitentijs & remissionibus. lib. v. 246
Pœnis. lib. v. 248
Postulatione prælatorum. lib. j. 127
Præbendis & dignitatibus. lib. iij. 165
Priuilegijs. lib. v. 237

R

Ebus ecclesiæ non alienandis. lib. iij. 196
Regularibus & transeuntibus ad religionem. lib. iij. 214
Religiosis domibus. lib. iij. 216
Reliquijs, & veneratione sanctorum. lib. iij. 224

S

Chismaticis. lib. v. 235
Sententia excommunicationis. lib. v. 259
Sepulturis. lib. iij. 200
Simonia. lib. v. 229

T

Reuga & pace. lib. j. 151

V

Ita & honestate clericorum. lib. iij. 164

Tabula omnium capitulorum Extrauagantum communium per alphabeti ordinem.

A

ADcertitudinem, de sent. excom. 262
Ad cuiuslibet. de præb. & digni. 185
Ad nostrum. de regul. & transeunt. ad relig. 225
Ad regimen. de præb. & dign. 186
Ad Romani. de præb. & dig. 187
Ad vniuersalis de treu. & pa. 151
Ambitiosæ de reb. eccl. non alie. 196
Antiquorum, de pœn. & remiss. 247

C

CVm detestabile. de simonia. 230
Cum Matthæus. de hæreticis. 234
Cum nonnullæ j. de præb. & dign. 186
Cum nonnullæ ij. de præb. & dign. 186
Cum præexcelsa. de rel. & ven. sanc. 226

D

DEbent superioribus, de iud. ord. 139
Declarationes, de decimis. 211
Detestandæ, de sepulturis. 200
Dignum arbitrantes, de Iudæis. 232
Dispendijs. de postul. prel. 127

Di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tabula capitulorum Extrauagantium communium.

Discipulorum. de celebr. miss. 225
Diuina, de priuil. 243
Diuinis de pœnis. 245
Docta sanctorum, de vita & hon. cle. 164
Dudum bonæ, de schismatis. 235

E

ET si Domici j. de pœn. & remis. 254
Et si Dominici ij. de pœn. & remiff. 256
Et si deceat. de maior. & obed. 150
Et si in temporalium de præb. & dig.
Excommunicamus. de sent. excom. 1581
Ex debito. de elect. 12
Execrabilis. de præb. & dign. 167
Ex eo. de hæreticis. 232
Exhibita. de priuilegijs. 224
Ex supernæ. de præb. & dign. 165

F

FRequentes. de iudicijs. 136

G

GRaue nimis. de reliq & ven. san. 227

I

IN delictorum. de dilation. 159
Infideles. de furtis. 237
Iniunctæ. de elec. 128
Inter cunctas. de priuil. 138

M

MAlitijs. de auctor. & vsu pallij. 132
Meruit. de priuil. 243
Multa mentis, de Iudæis. 231

N

NVper i. de præb. & dign. 181
Nuper ij de præb. & dign. 182
Nuper iij. de præb. & dig. 182

P

PAstorali. de immun. eccl. 219
Præ solicitudinis de præb. & dig. 184
Postulasti de præb. & dign. 266
Prouide. de sent. excom.

Q

QVemadmodum. de pœn. & remis. 255
Quia cunctos de off. cust. 133
Quia nonnulli. de sent. excom. 262
Quod olim. de immu. eccl. 228

R

RAtio recta. de religiosis dom. 216
Regimini i. de empt. & vend. 197
Regimini ij. de emp. & vend. 199
Rem non nouam. de dolo & contum. 160

S

SAluator. de præb. & dign. 179
Sancta Romana. de elec. 139
Sane in vinea. de simonia. 219
Sedes Apostolica. de offi. deleg. 134
Si religiosus. de elect. 140
Spondent. de crimine falsi. 258
Super cathedram, de sepul. 208
Super gentes. de consue. 127
Suscepti ne sede vacante. 189


V

VAs electionis. de censi. &c. 218
Vas electionis. de hæret. 233
Viam ambitiosæ de regular & transl. ad relig. 214
Vices illius. de treuga & pace. 154
Vnam Sanctam, de maior. & obed. 143
Vnigenitus. de pœ. & remis. 253
Vt prælatorum. de maior. & obed. 419
Vt quos. de offi. iud. or. 142

FINIS.

ARBOR CONSANGVINITATIS.

Non gignunt dextros qui stant in parte sinistra,
Læua dat uxores, dat tibi dextra mares.



Universidad de Deusto
Biblioteca

FIGVRA Arboreas licet ad septimū deberet gradum potendi, cum vsq; ad eum secundum decreta sit prohibitio cōiugalis su. q. 3. cap. de affinitate, & extra de clande. despon c. cū inhibitio. tñ quia per iura noua ipsa coniugalis prohibitio est in tribus postremis gradibus reuocata, vt dicto c. cum inhibitio. & de consan. & affin. non debet, ideo vsq; ad quartam duntaxat figuram hanc duximus extēndam. Nec idipsū gradum cognitionem quoquo pacto impedit. Quin duorum aut trium computationem agnouerit, illam etiam vsque in gradum centesimum, & eo amplius si opus sit, deducere poterit.

Quam apissime hęc imprimatur, tum consanguinitatis tum affinitatis, arbor iudicet qui huiusce causæ trigesimā quintæ cum canones & legit, & intelligit.

Consanguinitas est attinentia personarum ex eo prouenies, ꝙ una descendit ab altera, uel ambæ ab eadē. Vel est uinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum. Et dicitur a con. quod est simul, vel vnitum; & sanguine, quasi sanguinis vnitas.

Linea est collectio personarum ab eodem stipite descenden ium gradus continens, & numero distinguens, & est triplex, scilicet graduum descendentium ascendentium, & collateralium.

Gradus est habitudo distātium personarum, qua cognoscitur quota agnationis vel cognationis distantia duæ personæ inter se differunt. Et dicūtur gradus ad similitudinem graduum scalarum, uel locorum procliuium, quia gradimur de proximo in proximum.

CONSANGVINITAS PER tres regulas declaratur.

PRIMA. Regula magistralis pro linea recta. Ascendentium & descendētium quot sunt personæ de quib. quæritur, computatis in termedijs una dēpta. tot sunt gradus inter eos. Si igitur vis scire quantū d fiat abauus a Petrucio (Petrucium esse fingimus in cel lula ubi est facies) utroque computato & inter medijs quinque sunt personæ: de me vnam, quattuor sunt gradus: sic de alijs.

¶ Pro linea collateali duæ sunt regulæ.

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis dē stat a communi stipite, toto distant inter se uel sui attinēt. Exemplum pone. Cum facias abauum stipitē inter P. & pronepotem propatrui (nam illi sunt in linea æquali:) quilibet distat a stipite. quarto gradu: ergo ĩter se quarto. De computatione tantummodo canonica loquor.

¶ Collateraliū in linea inæquali quoto gradu remotior distat a communi stipite, toto distāt inter se. Exēplum pone faciendo abauum stipitem. P. & filius propatrui sunt in linea inæquali. Computemus ergo a remotiori, scilicet a p. sed p. distat a stipite quarto gradu, ergo a filio propatrui quarto. Semper intellige secundum canones.

¶ Pro arbore cōsanguinitatis secundum computationem ciuilem dantur tales regulæ.

PRIMA. In linea recta ascendentium & descendentium quot sunt personæ de quibus quæritur computatis inter mediis una dempta, tot sunt gradus inter eas.

¶ Pro linea collaterali.

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis dē stat a communi stipite, toto duplicato distant inter se, uel sibi attinent. Nam secundum leges quælibet persona gradum facit in collateralibus. Computatio enim Legistarum ob aliud fit, quam computatio Decretistarum.

¶ Collateralium in linea inæquali quot sunt personæ stipite demoto, tot sunt gradus. Si amplioré optas enucleationē, recurre ad Ioānis Andreæ declarationem.

CIRCA LECTVRAM Arboris diuersis olim diuersum modum tenentibus, Ioannes de Deo Hispanus post dum assumens, per suas metricas regulas ipsius intellectum nisus fuit aperire: sed proper multitudinem regularum, & uersuū obscuritatem aliquibus notum ignotum, alijs ignotum ignotius reddidit. Attendens igitur ego Io. Antinter decretorum doctores minimus & indignus, inuentionem arboris ex eo fuisse, ut habentibus materiam consanguinitatis, & affinitatis ignotam nota: & habentibus notam, ex oculorum in spectione notissima fieret: antiquorum scripta reuolui, & (prout expedire credidi) compilaui.

¶ Primo quærens ad utram ue arborem ad quid fuerit inuentio arboris necessarias. Secundo, an sit authentica Tertio, ad quid in uolumine decretalium repetita quæ olim fuerat in decretis.

¶ Primæ q̄stionis ex superius dictis patet solutio. probatio enim ad oculum alias uincit insti. de gradi. & agnationi. 27. q. 1. nec aliqua. Ex ostensione enim facti quædam melius percipiūtur quam elocutione, extra de donat. Apostolicę. vers. si. Hinc est, quod agrorum dimensio subiicit oculis. 16. q. 3. inter de præscrip. ga in iudicante. C. si. reg. l. 3. Ventris inspectio: an mulier sit prægnans. ff. de uen. inspi. l. 1. in prin. Locorum pit dicitiæ inuestigatio, an mulier sit uirgo. extra de pb. positis an arcta, de frig & ma fraternitatis, uel alterę impedit. eod. tit ex litteris. Iniuriæ, an sit atrox. C. si matio. ff. de fer. l. 2. Et litteræ papales an sint uerę ue falsę. de cri. falsi. licet.

¶ Ad secundum dic, quod arbor authentica est, quā patet ex canonib. Isidori, & Alexādri 34. q. 5. c. 1. 2. & ult.

¶ Ad tertium dic, ꝙ quia in decretis de consanguinitate, & affinitate tractatur, utile fuit ibi arborem ponere, & quia in decretalib. est idem tractatus, & in hoc uolumine utile fuit repeti, ex eo maxime, quia nemini uenit in dubium, id satis esse ualidum satisq; famosum, quod repetita lectio, probat C. de emend. iu. colun. Item ex eo quia antiq canones circa materiam illam multum fuerunt correcti: unde expediens fuit secundum statutum iurium nouorum antiquam arborem decidere

DEinde ad. arborem cōsanguinitatis specialiter descendamus. Et primo quæritur quid sit cōsanguinitas, & unde dicatur: quid linea: quid gradus. Secundo quæritur, quomodo arbor formet. & quare sic fiat, & quare sic punctetur & interferemus regulas per quas cognoscuntur gradus, demum ponemus q̄dam notanda, & quasdam quæstiones.

¶ Ad primum dico, ꝙ cōsanguinitas est attinentia personarum ex eo prouenies, quia una descendit ad alteram, uel ambæ ab eadem. Vel est uinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum quod satis est idem. Dicitur aūt consanguinitas, quasi sanguinis unitas: a con. & sanguine: quia de communi sanguine descendūt. & quo ad probationem coniugii nō distinguo, an tales consanguinei sint producti ex uxorio coitu, uel ex fornicario, quod est expressum extra de probat. per tuas.

¶ Linea uero est collectio personarum ab eodē stipite descendentiū gradus cōtinens, & numero distinguēs. Et est triplex linea scilicet graduum descendentium, ascendentium, & collateralium, ut infra patebit, & ff. de gradi. l. 1. & l. iurisconsultus.

¶ Gradus est habitudo distantium personarū, qua cognoscitur quota agnationis uel cognationis distāt ia duæ personæ inter se differunt. Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum scalarum, uel locorum, pelium, quia ita gradimus de proximo in proximum ff. de gradi. l. iurisconsultus. §. gradus.

¶ Formatur autem sic arbor, primo uide cellulas ascendentium: secundo descendentium, demum collaterali-

lium. Ascende super cellulam vacuam: quæ tamē sit ideo vacua, quia non potuit nomē proprium habere: cūaliæ cellulæ (exceptus his, quæ per genitiuū nominatur) sumant nomen ab ipsa. Quomodo enim possemus illam cellulam nominare, quam dicimus filiū patris, fratrem fratris patrem filij, & sic de singulis? & eam alij vocant Ioachim alij Prothem: alij truncum. hos autem a nomine bidelli nostri vocemus eam Petrucium. Et scire debes, ꝙ cōpetenter illę cellulæ mediæ ascendentium & adscendentium diuiderentur directe per medium, vt à latere dextro illarum cellularum ponerentur nomina mariū, vt abauus, proauus, &c. a latere sinistro nomina mulierum, vt abauia, proauia, &c. quia positi à latere dextro descendunt a maribus, & econuerso. Supra cellulam vacuam est cellula hęc continens pater, mater, & vnum punctum supra, & vnum infra. Supra illam est cellula auus, auia, continens duo puncta supra, Et duo infra. Supra illa est cellula proauus proauia continens tria puncta supra, & tria infra. Supra illā est cellula abauus, abauia, habens quattuor supra, & quattuor infra. D scendendo sub cellula vacua est cellula habens filium & filiam: & habet vnum punctum supra, & vnum infra. Sub illa habens nepotem & neptem, & duo puncta supra, & duo infra. Sub illa pronepotē & pronepotem: & tria puncta supra, & tria infra. Sub illa abnepotem & abneptem, & quattuor puncta supra & quattuor infra.

¶ Antequam ad collaterales transeamus, scire debes ꝙ punctorum numeratio est numeratio graduum habito respectu ad cellulam vacuam, & puncti superiores denotant computationem secundum ius canonicum. puncti inferiores secund um ius ciuile, &c. Ponitur autem cōputatio canonica in superiori parte cellularum: ciuilis vero in inferiori, vt detur intelligi ex cellētia iuris canonici ad ciuile: & maxime quo ad hunc casum, quo instruimur in matrimonijs, quæ licite contrahi possint necne: & cum matrimonium sit sacramentum ecclesiæ, in eo præcipue lex minor est ea none. extra de secun. nup. c. vlt. & pēn Vides autem ex punctatione prædicta, quod in computatione ascendentiū & descendentium concordat vtrumq; ius: quia in eis semper persona addita pſonæ per carnis propagationem gradum adiicit.

¶ Ad inueniendum autem gradus inter eos secundū vtrumque ius, tolle hanc magistralem regulā. Ascendentium & descendentium quot sunt personæ de quibus q̄ritur, cōputatis intermediis vna dēpta, tot sunt gradus inter eas. Si igit vis scire quātum distat abauus a Petrucio: vtro ꝙ computato & intermedijs, quinque sunt personæ. d eme vnam quattuor sunt gradus. Idem dico de ipso P ad abnepote: quia eo modo erit repetire quinq; personas: & sic quattuor sunt gradus. Si velis scire quot distet abauus P ab abnepote P. inuenies ibi nouem personas computato P. & sic octo erat gradus. Scias autem ꝙ iste P. non habet totum suam computationē in arbore. Scias n. ꝙ quilibet habet duos parentes quattuor auos: octo proauos: sedecim abauos: & sic semper ascendentes duplicantur. Vnde impossibile fuisset tot personas in arbore scribere.

¶ Quæro an inter ascēdentes & descendentes prohibitio copulæ cōiugalis excedat quartū gradum? Et dicit Goff in sum. de consang & affini. §. iterum quantum, ꝙ non, per decre. non debet. eod. tit. quæ genera liter loquitur. Alij communiter contradicentes inter ascendentes & descendentes perpetuam esse prohibitionē dicant: & quod de quarto gradu dicitur, in collateralibus locum habet. ad hoc. 35. q. 3 progeniem. & duobus capitulis sequent. in quibus dē. ꝙ olim nō solum vsq; ad secundum gradum. sed eriam in quarto notitia erat parentelæ, extendebatur prohibitio. Ex quo ergo certum est alterum descendentem & alterū ascendentem, perdurat prohibitio, ad idem institu. de nup §. 1. ff. de rit. nup. l. nuptiæ. & hoc verum puto.

¶ Ad collaterales transeamus, & ad fratrē & sororem & causa breuitatis prosequendo solū partē medium arboris ad modū vexilli: qua intellecta reliqua intelligetur: ꝙ per se paret. dicamus de fratre & descendētibus. Sub cellula fratris, fratris filius filia: ex illa fratris nepos neptis. ex illa fratris pronepos pronepris. & frater P. est cū P. in primo gradu ſm canones: in secūdo ſm leges. Eius filius in secūdo ſm canones: in tertio ſm leges. Nepos in tertio secundū canones, in quarto secundū leges. Fratris pronepos est ipsi P. in quarto ſm canones: in quinto secundum leges: & sic debet esse vtraq; pūctatio, & isti sunt collaterates ad P. Et nunc de cellula patris secimus stipitem Fac cōsequenter stipitem de auo ex eo patruus amita: ex illa frater patruelis, & amitinus, soror patruelis & amitina, ex illa horum filius filia: ex illa horum nepos neptis. Patrus est P. secundo gradu, frater patruelis ēt secundo gradu filius in tertio, nepos in quarto secundū canones. Fer leges autem patruus in tertio, frater patruelis in quarto, filius in quinto, nepos in sexto. & sic debet esse vtra; punctatio postea fac proauum stipitem, & habet filios patruum magnū, amitam magnā, auum & auiam, auunculū magnū, & materteram magnam illos non prosequimur. Ex cellula patrui magni propior sobrinus, propior sobrina, ex illa horum filius filia, ex illa eorundem nepos neptis. Et quia P. distat à proauo quem nunc feci stipitem, tertio gradu, ergo à patruo tertio. & à propiori sobrino tertio, & à filio tertio, & à nepote qui exit lineam æqualitatis, quarto secundum canones, secundum leges vero distat P à patruo magno quarto, à propiori sobrino quinto, & a filio sexto, a nepote septimo, & sic debet esse vtraq: punctatio. Modo fac abauū stipitem cum tribus filijs, scilicet propatruo, proauo & prosauūculo, de prosauūculo nō prosequor. Ex cellula propatrui oritur cellula horū filius filia, ex illa horū nepos neptis, ex illa eorūdem pronepos proneptis. Isti oēs sunt cū P. in quarto gradu, quia P. distat à stipite in quarto gradu, & ex illa linea nullus exit lineā æqualitatis, ergo oēs distāt quarto, secūdū leges, ppatruus distat v. filius vj. nepos vij, pnepos viij. & sic dēt esse vtraq; pūctatio. Regula cā- bus in linea
¶ Nūc videndum est q̄bus regulis gradus illorū colonica prolateraliū cognoscantur. Collateralium æqualis lineæ collateralivnam trado regulam secūdum canones.

¶ Collateraliū in linea æquali quoto gradu qs distat æqua. à communi stipite, toto distant inter se vel sibi attinent. hoc secundū canones. Exemplū pone: quando facis abauū stipitem inter P. & pronepotem propatrui. nam qa illi sunt in linea æquali, quilibet distat à stipite quarto gradu: ergo inter se quarto.

¶ Secūdum leges vero aliter est, & sic dicimus regulam Collateraliū in linea æquali quoto gradu qs distat à cōi stipite: toto duplicato distant inter se, vel sibi attinent. Vides ergo ex superius dictis. & ex punctatione, ꝙ pdicti P. & pronepos propatrui distāt viij. Et insurgit illa diuersitas, qa secundum leges quilibet persona gradum facit in collateralibus. Vnde duo fratres faciūt duos gradus: secundum canones vero duæ personæ faciūt vnum gradum. Vnde (vt patet in cellula fratris) frater est cū P. in primo gradu secundū canones, in secundo, secundum leges: sed computatio eorū ob aliud fit. q̄ nostra. 35. q. 5. ca. 2. Bene ergo dē secundū leges, ꝙ in æquali linea collateraliū siue linea sit paris numeri, siue disparis. non est reperire disparem gradum. vide in linea paris numeri secūda, vel iiii disparis numeri vel iii. In prima ii. gradus, in secunda iiii. in tertia vi. in quarta viii. quod non est ſm canones, quia in æquali linea disparis numeri habemus disparē gradū; quia in prima primum, in tertia terrium, in quinta quintum: & sic de singulis.

¶ Nunc restat videre de collateralib. in linea inæqua Regula eiui li. de quibus traditur talis regula secūdum canones lis pro colla Collateraliū in linea inæquali quoto grado remotior teralib. in li distat à communi stipite, toto distāt inter se. Exēplū nea inæque pone faciendo abauum stipitem P. & filius propatrui li-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt in linea inæquali cõputemus ergo à remotiori, sic à P. sed P. distat à stipite quarto gradu: ergo à frlio propatrui iiij. & idem in descendentibus vsq; ad lineam æqualitatis: & hoc est qđ dicimus, ꝙ persona addita personæ vsq; ad lineam æqualitatis non crescit gradus qa propatruus, filius, eius nepos, & pronepos omnes distant iiij. gradu à P. Sed aliter secundum leges, secundum quas talem regulam tradimus.

¶ Collateralium in linea inæquali quot sunt personę (stipite dempto) tot sunt gradus. vnde P. à stipite distat iiij. à propatruo v. a filio vj. a nepote vij. à pronepote viij. & sic quælibet persona facit gradum, Vides ex supradictis ꝙ P nõ potest contrahere cum aliqua de arbore. Distat. n. a summo, s. ab auo: ab imo, s. a nepote; ab extremis collateralium, ab omnibus his quarto: amedijs citeriori: per quod satis patet ꝙ cum nullo potest contrahere. Sed si extremus in collateralibus: vt puta si pronepos propatrui, vel pronepos fratris: procrearet filiam, posset P. cum illa cõtrahere. licet autem contraharet in quinto gradu, remanet tã consanguinitas, prohibitio enim, quæ ꝙ ius positiuum processerat. potuit tolli. sed naturalia sunt immutabilia 5. dist. in princ.

Regula ciuilis in linea inæquali.


d Rationabilibus.] forte ideo, quia Romaninus in tantaabũ dantia non reperitur in loco curiæ citra montes exiſtentis ſicut Turonenſis groſſus. Vel quia forte nõ ſic publicum curſum habet ſicut Turonenſis groſſus, & forte difficilius eſſet lras obtinentibus Romanum ſoluere propter ſui raritatẽ quàm Turonenſem groſſum, cũ Rarum' eſt oẽ rarum dicatur ca. carum, rum, in auth. de conſul. §. quantumeunq; in fi. col. 4. 59 diſt. c. ſi officia, in fi. 14. diſt. c. legitimus.
e Cõtinet lineas.] hoc dicere potes, vt ſ. proxime ſuper hoc dixi.
f Similibus clauſulis.] alijs ab illis proxime expreſſis gratia exempli.
g Idem fiat. jvt pro qualibet linea fiat taxatio quartæ partis vnius Turoñ. pro modico aũt plus taxatio non mutet.
h Eandẽ taxationẽ.] ſ. quæ facta eſt tam de lris gratioſis, quã executorijs, ſ. in §. quia de re.
i Moderamine antedicto.] ſ. in verbo, hoc autem.
k Litteras.] ſ. gratioſas & executorias.
l Seruari volumus.] ſ. vt lræ gratiæ vltra decem, executoriæ vero vltra Turon. xiij. non taxentur.
m Obſeruẽt.] ſ. vt lræ gratiæ vltra x. Turoñ. nõ taxent vltra eam taxationẽ clauſularã infolitarum iuxta dictum moderamen.
n Apponantur eiſdem.] in ſalario ergo percipiendo per Abbreuiatores de litteris executorijs nõ diſtinguit, an ipſæ clauſulas ſolitas ꝓtinẽãt: ratio huius põt eſſe: quia cũ taxationẽ habeant de litteris gratiæ, & vltra pro clauſula inſolita appoſita amplius ſuper hoc executorijs laborare non hẽar ſup nouo dictamine abbreuiationis faciendæ.
o Duos tantum.] nõ ergo plures.
p Hoc licet.] Quarta pars.
q Sic.] vt dictum eſt in §. præcedenti, ſi vero.
r Prædictarum litterarum.] ſ. gratiæ.
ſ Paupertati.] No. rationem paupertatis hẽri in taxatione ſalarij, ſicut & alibi in taxatione procuratoris, extra de cenſi. cum inſtantia. & c. procurationes, & in exactione mulctæ pecuniariæ, ff. de off. pſ. l. illicita §. vlt. & in examinatione iudiciali facienda de eius cã, in corpore auth. de man. prin. § ſit tibi, col. 2. & in ap. per eum in ſcriptis emittẽda, ff. mandati. l. ſi procurator. §. ſi ignorantes, & in multis alijs quæ ſollicitus indagator per ſe poterit inuenire.
t In illa.] ſ. forma.
u Octo Turonen.] hic potes dicere q̃ dixi in parte ſecunda ſuper taxatione decem duodecim Turonen.
x Inuiolabiliter.] quaſi dicat ultra aliquatenus taxatio nulla fiat.
y Et egennm.] ſ. releuandum, potiſſime ne fame pereat, aliàs non releuans ipſum necare dicitur quo ad Deũ, 86. diſt. c. paſce. ff. de lib. agno. l. nccare, 47 diſt. c. ſicut hi.
z Intelligit.] ideſt, intendit & operam dat.
a Propheticis.] ſ. prophetæ Dauid.
b Edocemur.] in pſalmo, Beatus qui intelligit.
c Circa taxationem.] Quinta pars.

Pauperem ꝺ̃o miſeric. eſt habẽdũ.

Ignoras cęcus dicitur.

g Romanino.] id eſt pro Romanino Turonenſ. groſſus ponatur.
h Vbicunque.] vt eſt uidere in taxationibus lrarum gr & executoriarum, ſ. in d. §. qua de re. vel in taxatione clauſularum ſolitarum, ut ſ. in §. ſi uero, uel in taxatione regiſtri uel Abbreuiatorum, ut in eodem, §. uer. eandem, uel in taxatione lrarum in forma communi, ut ſ. proxima.
i Curia fuerit.] quæ ubi uideatur eſſe, uideas quod no. in c Execrabilis: in uerbo, Romanæ Eccleſiæ, & in c. Ad onus.
K Citra montes.] ſicut nunc de præſenti exiſtit.
l Pro Turonenſi ponatur.] forte quia ibi Turonẽſis non ſic publicum curſum hẽt ſicut Romanus, uel forte ex alijs cauſis, quas dixi ſtatim in gloſ. forte ideo.
m Ad hæc.] Sexta pars.
n Adijcimus ſanctioni.] ſimile de uit. & hone. cler. c. quoniam, §. ult. clem. 5.
o Quandoque contingit.] Unde ad hoc ius aptandum fuit in corpore auth. vt debi. ma. & credi §. quia uero, colla. 7. ff. de legibus, l. nam ad ea. de lib. lega. l. legaui.
p Non culpa.] ubi ergo culpa uel aliquod de ſequentib. interueniret in perſonam ſcriptoris: expenſis eiuſdem, non Abbreuiatoris eſſet littera reſcribenda.
q Negligentia.] nouerca eruditionis dicta, 83. di. c. nihil, ut pote cuncta lædente, in corpore auth. de q. §. hæc omnia col. 6.
r Ignorantię cęcitate.] No. ignorantem dici cęcum. un de & ſcribitur: quoniam quidam ignorantię nubilo turpiter exęcati: nec mirum: quia ignorantia mater dꝰ cunctorũ errorũ, 38 diſt. c. ignorantia. & ſcripturarum ignorantia Chriſti dicitur ignorantia, vt 100. diſtin. c. qui iuxta, & qui ea quę Dei ſunt, neſciũ, a Domino neſciunt: iuxta illud, ignorans ignorabitur, 100. diſt. c. qui ea, & hęc uera de illis qui habent a quo diſcerent, ſed dare operam noluerunt: in alijs. n. ſecus 36. diſt. §. uerũ, & arg. ff. de bo poſſ. l. in bonorum, q s ordo

Universidad de Deusto
Biblioteca

in bonorum possessionē seruet l. ville. & §. vlt. de iur. & fa. igno. l. regula. §. sed iure, §. vnde, C. de ingen. manu. l. si auia tua.

a ¶ D. Siliæ.] id est pigritiæ non adhibita circumspectione vel diligentia.

b Occupatione.] si. nimia aliorū negotiorū, q̄ frequenter neutrum de agilib. bene agi p̄mittit. C. de assessio l. nemo. 15. qō. presbyteros. de simili occupatione hēs i corpore authē. de tabel. lio. §. & non singant. col. 4. extra de sentē. excom. si aliquando.

c ¶ Distractione.] s. aliqua ad alios cogitatus, p̄dit. n. memoriā bñ agēdorū mēs alienis distracta cogitationibus, ar. 83. di. c. nihil. ff. de c. & postlimi. reuer. l. nihil. nec sufficit aliquid legere nisi adsit & intelligere, vt dixi in decre. q̄ quorūdā, §. nos aūt. Vel dic distractione animo abbreuiādi, sicut dicimus euit quem fore distractum ab actu cōsueto vel exercitio puta lectuarē, vel alterius operis explicandi, q̄ sicut per exercitium suscipit incremētum C. de re mil. l. milites li. 12. ff. de leg. 3. legatis seruis. §. ornatrici bus, sic & p̄ trarium suscipit detrimētum. ar. ff. de iure fil. l. non intelligit, §. diui fratres.

Lectura p exercitium suscipit incrementū.

d Occasione.] forte dolo, malitia, odio vel corruptiōe.

e ¶ Grossa] id est, in grossum vel mundum redacta.

f ¶ Procedit.] ad instar publici instrumenti ex protocollo, nihil addito nilque remoto procedere habentis, in corpore auth. de tabel. §. illi quoque. col. 4.

g ¶ Inepte formauerat.] iuxta stylum Cancellariæ, vel considerata qualitate negotij in grossam redigendi.

h ¶ Gratis.] id est nihilo exacto ab habente litteram Apostolicam obtinere.

i ¶ Fuerit rescribenda.] ad arbitrium Vice cancellarij & Correctorum curiæ, qui ad hoc sunt propositi.

K ¶ Scriptori.] cui nihil imputari potest, si prout in nota repetit, illam scripsit.

l ¶ Cuius.] id est ad cuius commodum.

m ¶ Huiusmodi.] s. inepte formata.

n ¶ Non noceat.] quia nec scriptor expensis proprij, nec ille cuius est pro rescribenda ipsa aliquid dare tenebitur, vt statim innuitur.

o ¶ Abbreuiatori.] ex cuius culpa vel facto apparet litera rescribenda.

p ¶ Satisfaciat.] s. de suo.

q ¶ Taxationē.] de qua vidisti, §. in §. de qua re. & seq.

r ¶ Cæterum.] Septima pars.

f ¶ Publica.] vtilitati singularium de se præferenda, in corpore auth. de rest. & ea quæ parit, §. quamobrē. col. 4 extra de postu. præla. bonæ, z. cum similibus.

t ¶ Sui.] s. institutorum.

u ¶ Pœna percelli.] id est puniri: pœna enim vnius metus est multorum. ff. de pœ. l. capitalium, §. famosos, C. ad l. iul. repe. l. 1 & in ext. dierum.

x ¶ Notarum ipsarum.] ex quib. līæ glossandæ procedunt, vt in §. præcedenti, & sume.] prædictas taxationes obseruent.

stiæ [a] vel ex occupatione [b], distractione [c], aut alia quauis occasione [d] Abbreuiatoris, qui notam ex qua littera grossa [e] procedit [f], inepte [g] formauerat, eadem grossa litteris gratis [h] fuerit [i] rescribenda: hoc ipsi scriptori [k], vel illi cuius [l] littera huiusmodi [m] fuerit rescribenda non noceat [n], sed Abbreuiatori [o] debeat imputari, intantum vt eidem scriptori Abbreuiator ipse satisfaciat [p] integre, iuxta taxationem [q] eiusdem grossæ litteræ rescribendæ.

Cæterum [r] vt prædicta, quę à nobis pro vtilitate publica [s] sunt instituta salubriter, eo diligentiores sui [t] obseruatores inueniant, quo transgressores ipsorum maiori nouerint se pœna [u] percelli: statuimus, vt prefati omnes & singuli, tam litterarum nostrarum, quam regi stri nostri scriptores, quam Abbreuiatores notarum [x] ipsarum (quibus etiam Abbreuiatoribus [y] specialiter vltra infra scriptas pœnas quatenus prędictas [z] taxationes obseruent, sub excommunicationis pœna [a] mandamus) qui contra premissa fecerint, plus scilicet prefatas nostras beneficiales [b] literas vel notas [c] ipsarum vel earundem [d] in dicto registro scripturas taxando, exigendo [e], vel recipiendo [f] pro ipsis, quam superius sit taxatum vsque ad semestre [g] tempus officio in quo sic [h] deliquerint, sint eoipso [i] suspensi: Et si secundo [k] deliquerint in eodem, ipso facto eodem [a] officio (quod quātum in ipsis fuerat maculare [b] conati sunt) perpetuo se priuatos agnoscant.] Nulli [d] ergo liceat, &c. Datum Auin. iiij. idus Decembris, Pontificatus nostri anno primo.

y ¶ Abbreuiatorib.] solum istis cōminati nū mādatū sub pœna excōicationis, & non alijs. Sed hoc forteiō ga ab eis priusquam à scriptoribus procedit taxatio & exactio quam factam frequēter indebite scriptores de facili sequunt quare ipsi, vtpote huius mali auctoribus fit ista comminatio, arg. 86. dist. c. tant, 24. q. vlt. c. qui aliorum, extra de cle. excō. c. latores, ff. de ser. cor. l. in hoc iudicio, C. ad l. iul. de vi pub. l. quo niam multa. cū similibus.

z ¶ Prædictas taxationes.] factas s. in §. qua de re. & sequenti.

a ¶ Sub excommunicationis pœna.] communiter dicitur, nō sufficit. C. comminationes vel epistolæ. l. interlocutio. no. extra de simonia. sicut.

b ¶ Beneficiales.] id est ad assequenda bñficia concedendas.

c ¶ Notas ipsarum.] quæ in vulgari appellari consueuerunt minutæ.

d ¶ Earundem.] s. literarum.

e ¶ Exigendo.] Exigere proprie est ab inuito extorquere, ff. de lega. 3. l. fideicommissa §. si rem, & quæ in frau. cre. leg. pupilius.

f ¶ Recipiendo.] vī intelligendum ēt à sponte soluēte, vt differat à verbo præcedenti, & arg. ad hoc extra de censi. c. exigit. de reiēti statutum. §. si quid autē, li. 6. considerata potissime vtilitate publica ob quam sensus constitutio emanauit: vt s. & est expressum in libro Prouinciali, de quo s. est facta mentio superius in §. qua de re. & sequenti.

g ¶ Semestre] i. sex mensium, de s. negl. prælā. licet.

h ¶ Sic.] s. plus taxando, exigendo, recipiendo quam debeant.

i ¶ Eoipso.] est ergo sīa suspensionis iuris, simile de elc. quām sit. lib. 6. in corpore auth. de rap. mul. §. pen. col. 9 cum similibus.

K ¶ Secundo.] nota plus puniri peccatum iterum C. ad leg. Iul. de vi publ. seruos de ser. fugi. l. quicunque ff. de iurepa. l. 1. de pœn. l. capitalium, §. solent, & l. aut damnum, §. quisquis. extra ut lit. non contestata, quoniam frequenter §. vlt. de testi. co. c. 2. de maledi. c. statuimus, 34. dist. c. quorundam, 28. dist. vna tm, cōmma cia enim facit cumulari pœnā, ff. de pœnis, l. relegati, & remissionem veniæ crimina, nisi semel commissa, non habent, C. de epis. audi. nemo deterior namque dolus eius agnoscitur, qui iterato committit, quam q semel delinquit, in corpore auth. lit. §. omnem, circa fi. col. 8, vbi de hoc nor

Peccata iterum plus puniūtur.

a ¶ Eodem officio.] s. Scriptoris, Abbreuiatoris, Registratoris, & sic de alijs.

b ¶ Maculare.] No. officium aliàs de se licitum maculari vel vituperari dici per delinquentem in eo.

c ¶ Priuatos agnoscant.] in hac decr. satis iam iure priuatos iam inducit. similē in. c. dierum. & de pœnis, c. facilis. lib. 6.

d ¶ Nulli ergo.] sup hac cla dic vt plene di xi in ca. Execrabilis. Zenzel.

TITVLVS XIIII.

De verborum significatione.

¶Cum fratres Minores indumentis vilibus secundū eorum regulam debeāt indui, de qua vilitate sit intelligendum, hoc relinquit iudicio superiorum, præcipiens sub pœna excommunicationis illis obediri, & reprehendens fratres, qui pro arbitrio suo habitus curtos, strictos, & nouitatis plenos portabant, qui transgressores regulæ non dicentur, si in hoc superiorib. obsequūtur. Superiores etiam arbitrari poterunt, an habenda sint granaria & cellaria pro necessarijs ad victum colligendis. Tādem fratres ipsos hortatur ad obedientiam, quā dicit

QVorūdam.] ¶ Diuide hanc decr. in partes quasi principales. In prima, causa & occasio multiplex p̄mittitur. In secunda parte, quorundam fratum Minorum à sui communitate ordinis discrepantiū allegatio multifaria subiungitur, ibi, in § Quia propter. In tertia, constitutio ipsa in aliquibus declaratiua admittitur: ibi, in § Quocirca. In quarta, eius constitutionis cum alijs declaratæ continuatio subinfertur: ibi, in §. Eodem modo, & cap. In quinta, omnis formidinis suspicio remouetur: ibi, prope fi. in § Nec formident.

e ¶ Scrupulositatis.] i. credulitatis non ex causis probabilibus ortum habentis, sic exponitur hoc verbum per Host. extra de simo. per tuas 2. quare talis credulitas hic cæca appellatur.

f ¶ Ambiguum.] i. dubium, simile de vsufruct. l. ambiguitatē. de testa. l. ambiguitates, de acq. pos. l. nemo ambigit.

g ¶ Indocta scientia.] sic forte dicta, qa à seipsis ipsam didicerint, non à voce magistra, contra p̄silium Hieronymi, 16. q. 7. c. si clericatus, in fi. quæ non secundum sensum proprium, sed secundum patrum traditionem addiscenda & docenda & ab eo & per eum qui eam à maioribus secundum veritatem sibi creditam seruat. 27. dist. re atum, & arg. C. de excu. artificum. l. 1. lib. 10. ff. de dona. l. Aquilius, aliter enim scientia adulterina tradi & adipisci dicitur, in prooem. digest. §. hoc autem tria.

h ¶ Ne dixerimus.] q. d. de illorum malis hic dixisse sufficiat, vt p̄ hoc plura dēnt intelligi, ar. ff. ad Mace. l. 1. in corpore auth. quib. mo. na. cessi. leg. §. & quidam coll. 6. cum no. in eis. Vel dicit se nō dicere q̄ in dicit, vt alibi de rest. spol. literas. §. nos autem. C. de epis. & cleri. si quis non dicam.

i ¶ Irreligiosa.] i non religiosa, vt sic prima syllaba priuatiue vel negatiue exponatur, arg. ff. de mil. l. miles, §. irreuerens, de iurepatro. l. 1.

k ¶ Vana.] i. extrinsecus ostentatiua, vel in veritate non obsistens arg. extra de consue. c. quanto.

paupertati et castitati esse præferendam: h. d. & est valde notabilis. Concor. c. Exiit qui seminat. eod. tt. lib. 6. & clementina Exiui de paradiso. eod. tit.

CAP. I.

QVorundam exigit cæcæ scrupulositatis [e] ambiguum, [f] ac ipsorum quodammodo indoctæ [g] scientia (ne dixerimus [h] quòd irreligiosa [i] horum sit vana [k] & in hoc superstitiosa [l] religio [m]) vt dum suis [n] maunlt [o] temere [p] sub conscientię, [q] velamento [r] conceptibus, quàm prælatorum ordinis sui cum obedientiæ [s] merito [t] prouide [u] inhærere sententijs: nos post prædecessorum nostrorum, & præsertim felicis recordationis Nicolai [x] iiij. ac piæ memoriæ Clementis [y] v. Romanorum Pontificum super intellectu & obseruantia regulæ [z] ordinis fratrum Minorum, declarationes [a]

l ¶ Superstitiosa.] exponi potest. i. in obseruantijs extrinsecis inutilis & superuacua.

m ¶ Religio.] quasi religatio seu vinculatio. Religio vnde dicitur.

n ¶ Suis.] conceptib. quod est ī.

o ¶ Maunlt.] i. plus vult vel prælegit: & sumē verbum, inhærere, quod est in fra.

p ¶ Temere.] benedicit temere: quia nullus suæ prudentię vel conceptui inniti debet, iuxta verbum sapientis extra de cōsti. c. ne initaris, nec in agēdis suo sensu vel leuitate duci. 11. q. 3. summopere, extra de const. cl.

q ¶ Conscientiæ.] in hoc non bene nec recte informatæ, arguextra de temp. ord. ad aures, de simo. c. per tuas.

r ¶ Velamento.] expone, i. velamine vel pallatione seu simulatione: alibi sumit aliter istud verbum. C. de postu. l. velamento.

s ¶ Obedientiæ.] sic no. regularem teneri ad p̄standū obediētiā prælato suo. extra de temp. ord. c. ad aures, vbi de hoc.

t ¶ Merito.] q̄nō est modicum, immo magnum, qa Deo gratū, cū melior sit obedientia q̄ victima. extra de ma & obe. illud, & ar. ad hoc. ff. de re. mili l. 2. §. in bello. cum ibi no.

u ¶ Prouide.] reputat ergo prudētia vel prouisio, suæ p̄scientiæ proprio p̄ceptu dimisso, superioris ordinationem ordinabiliter sequi, vt hic, & arg 24. q. vlt. c. quid autem mitius, 36. dist. relatum.

x ¶ Nicolai iiij.] qui condidit decr. Exijt qui seminat. de verb. sig. lib. 6.

y ¶ Clemētis v.] q̄ p̄didit decr. Exiui de paradiso. in eo ti. in compilatione suarum constitutionum.

z ¶ Regulæ.] dictæ quasi regulantis: quem in modo viuendi tam spiritualiter quàm temporaliter, vel ad rectum quem ducentis, 3. distinct. c. canon. verb. regula. Regula vnde dicitur.

a ¶ Declarationes.] ex hoc collige Papam declarationē sup rīa religionis posse facere: cum nō oīs rīa rite dictata ab ipso saltē p̄ approbationē p̄cesserit, extra de reli. do. c. ne nimia, & c. ti. c. religionum. li. 6 & ar. 21. dist. c. quis

Universidad de Deusto
Biblioteca

c.qs nesciat ad illū pōt.& dēt spectare declaratio vel interpretatio,ad quem primuit editio.C.de leg.l.vl.& de vete.iur.enucle.l.1.§.ne aūt in fi.extra. de sen. excom inter alia.11.q.1.§.ex his,nec mirum,cum ēt super articulis fidei possit declarationem facere,24.q.1.

¶ Papapōt super fidei articulis declarationem facere.

salubriter [a] editas, solidas [b] quidem, & claras, & lucidas [c], multaque maturitate [d] digestas; nostras Domino fauente indubias [e] ipsorum prædecessorum declarationibus adiungamus [f]: sicque dies [g] † diei eructet verbum, & nox nocti scientiam manifestet, ne perperam paucorum [h] dicti ordinis fratrum (quod absit) insciti a, recta ipsum declarationum verba [i] conuertens [k] in deuium, illaque [l] suis [m] eis [n] pro-

† Psal. 18.

Cōstō principis qualiter scribenda est.

a ¶ Salubriter.] i. ad salutem animarum.

b ¶ Solidas.] i. firmas quæ inconcussæ seruādæ sunt donec p illū qui potest in totum vel in partem fuerint reuocatæ.arg.40.di.c. pūs,& c.nostro.25.q.2.c.1.& 2.in corpore auth. de admi. offi.§. vlt.coll.3.cum similibus.

c ¶ Lucidas.] quia p stitutio principis dēt esse clara,non obscura 4.di.c.erit aūt lex. & non p signorum captiones,nec p compēdiosa enigmata,sed p literarum p sequentiā est scribenda & exemplicanda,ar.C.de vete.enu.l.1.§.quod autem, in contra facientem pœna falsi locum habet, vt eodem tit.l.2.§. eandem autem pœnam,aliàs est versus sub § hoc autem.

d ¶ Matutitate.] cum qua & non cum leuitate vel precipitatione facienda est constitutio principis.C.de legi.l.humanum,& in prœmio lib.6 sicut & sūa proferenda.arg.C.de sen.ex breuiculo recitan.l.2.11.q.3.c. summopere.extra de re iud.pastoralis,§.verum. Clemen.5.

e ¶ Indubias.] i. indubitatas

f ¶ Adiungamus.] aliàs adiungentes,hoc non incongruum nec insolitum existit:cum & omissum p antecessorem,p successorem suppleri & induci frequentissime sit repertum,arg.ff.de testi.l.quæsitum, extra de reser.c.litteris.

g ¶ Dies diei.] verba sunt psalmographi prophetæ Dauid.

h ¶ Paucorum.] sed quō dicit paucos,cū multi essent fratres,id qđ sequit facientes?Rndeo q pauci dicuntur respectu multo maioris numeri aliorum,45.dis.c discipulis,2,vbi 23.milia hominum pauci dicunt respectiue,ff.de ver.sig.l.maiore.extra de cle.excom.mi.c.latores.& ibi.no.

i ¶ Verba.] super quib.ex quo recta sunt & clara,nulla debet fieri in obscurum ædificatio.ff de leg.3.l.ille.§. cum in verbis,& argum.ff.de verb.obl.l.continuus.§. cum ita.

k ¶ Conuertens in deuium.] i.peruersum intellectum forte amplectentes declarationem verborum ipsorum mente circunuenta,contra iura.ff.de leg.l.contra legē, extra de reg.iur.in c.certum est.lib.6 cum potius esset contrarium faciendum:s. verba offendere, vt mens seruetur, C. de lib. præ.l.3. ff. qui petant tu.l. scirē. §.ad aliud.de iurepat.l.adigere,§ quamuis,nor. extra de verbo.sig.cap. intelligentia,& dicta l. contra legem.

l ¶ Illaque.] declarationem verba.

m ¶ Suis.] sume verba, accomodans sensibus,qua sequuntur.

n ¶ Eis.] expone s. sensibus: vel eis, scilicet verba

declarationem conuerterentibus in deuium.

o ¶ Contraria.] maxime attenta verborum mente.

p ¶ Accommodans.] i. applicans vel inducens.

q ¶ Ingrata Deo.] sume verbum,reddatur,quod est ī. & enumerat sex incommoda, quæ ex tali scientia proueniunt: & hoc est primum, & per hoc quod dicit, ingrata Deo, est penitus excludenda, argum. in corpore authent. vt non luxu. contra naturam,in prin.coll. 6.

r ¶ Superioribus contumax.] Secundum incommodum, p ex hoc etiam est tollenda. argum. 6. q. 3. c. sinautem nobis, & c.seq.extra de maio. & obe.cap.2. argum. ff.de re mil.l.3.§.bello & l.miles.§.itreue rens.

s ¶ Præfato ordini detrahens.] Tertium incommodum,& per hoc suam turpitudinem ostendens, cum turpis sit pars suo vni uerso non congruēs. 8.dist.c. quæ contra. & aliter viuere volentes quàm se habeant mores eorum inter quos viuit, suspiciosus aut intemperans est, 41. dist. c.quisquis, 12.distinct.illa,& argum. extra de sta. regu. recolentes.

t ¶ Odiosa confratrib.] Debuisset per mutuam conuersationem affectuosior & charior reddi.arg.C.de cathren.pec.l.cum allegas,lib 12.ff.eo.ti.l.si forte,63.dic.vota ciuium,& §.principibus,extra de ele.innotuit, §.multa.

u ¶ Vnionem scindens.] Quintum, ex quo solo detestabilis est habenda, cum solum in congregatos in vnum spiritus sanctus veniat,24.q.1.§.si autem,& cōgregatis in vnum aliquib. Deus in medio eorum esse dr, Matth.18.1.q.1.cum scriptura. 18.q. 1.c. alienus, talem vnionem scindens, diabolo opera subministrat tollens inter homines mutuam charitatem, sine qua (etiam concurrentibus omnibus alijs bonis operib.) non est salus, teste Apostolo,de pœniten. dist. 2. cap. euidenter,& dist.in.3.cap.si quis autem, & propheta clamante, Bonum & iucundum est habitare fratres in tevnum.

x ¶ Si valeat.] i. crescat seu valere vel crescere pmittat: non.n. dēt intelligi,nec exponi hoc verbum,valeat.i.de se teneat,cum certum sit eam nō tenere: vt pote multa mala inducentem.

y ¶ Scandalum.] sextum incommodum,& ob hoc intollerabilis est dicenda:illa.n. quæ sine peccato mortali omitti possunt,vel committi, sunt ob vitandum scandalum omittenda, & etiā committenda. 1. ad Corinth. 8.extra de no.ope.nun.ca.cum ex iniuncto. 12.distinct.cap.illa.quia nihil cum scandalo,& cap. de præscript.nihil 10.quæstio. 3. cauendum, 11.q.3.nolite.

z ¶ Flagitat.] i. desiderat vel affectat.

a Profugatis.] i. procul fugatis,siue pulsis.

b Incommodis.] quæ sunt sex, vt prædixi.

c Minor.] scilicet quàm sit Papalis,in quo hodie sumus.

d Haberet.] improprie videtur loqui textus: non. n. gradus vel status (cum sit quid inanimatum) dicitur habere

habere personam: sed persona dicitur habere statum vel gradum, vel esse in illo.arg.40.distinct.c.multi. & ff.de decu.l.eos.

a Incanduit.] idest incitauit,uel inflamauit.

b Seruitutis.] à seruiendo dictæ,& per istam similitudinem appellat Imperator se seruum C. de offi.præfec. præto. l.quas gratias. circa fi.1.colūnæ.& nota rius seruus publicus dicitur.ff. de adop.l. non aliter.insti.eo.ti. §.cum autem & C. e. tit.l.2.

c ¶ Iugum.] simile 12.dist.c.in memoriā.

d Illius religionis.] scilicet fratrum Minorum.

e Interius.] quo ad animam & spiritualia.

f ¶ Exterius q3.] quo ad corpus & temporalia.

g Pastoralis curæ.] simile extra de re iudi. pastoralis. Cle.§. cum similib multis.

h Angit.] aliàs adigit idest,adstringit.

i Paternæ.] per. simi litudinem loquitur: sicut enim pij & boni patris est consilium salutare pro liberis capere.ff de adulte l. nec in ea.§. 1.ita debet esse præsidentis pro subditis deuotis.in corpore authenti. de mand. princ.§.quod si delinquente in fi coll.3.

k Debitum.] hoc dicit quia sicut ad patrem carnalem spectat correctio filij in omni licita disciplina.39.dist. c.legāt.extra de simo.licet Hely.C de emēd. propinquo.l.1.sic & patris spiritualis est subditū ob errorē corripere & increpare.45.dist.c.1.23.q.4. forte. ne sanguis subditorum,&c.extra de offi. ord.c.irrefragabili.

l Quieta pace,] ad quam procurandum inter subditos quicquid præsidēs anhelare debet.in corpore auth. ut differentes iudices.in princ.coll. 9.de de offi. præfi.l. congruit.5.q.2.c.si primates,23.q.5.c.non fruſtra.

m Otio.] status ergo religionis dicitur esse in otio, scilicet quo ad meditationem sollicitudinis temporalis,ut hic,& extra de regula.licet §.si uero.

n In numero.] scilicet personarum.

o Merito.] scilicet vitæ & virtutū,C.de sta. & ima. l. & virtutum.

p ¶ Blandeque.] quasi dicat non subdole,sed cum animi synceritate, sicut fecit iudas osculo filium hominis tradens.

q ¶ Redeuntium.] scilicet ad vnitatem & obedientiam suæ religionis, de quibus redeuntibus gaudere dēt præsidentes ad instar Christi plus gaudentis sup uno peccatore pœnitentiam agendo,quàm supra xcix. iustis,qui non indigent pœnitentia,vt scribitur in Euāgelio,& legit.23.q.4.5 ex his.& arg. C.de hære.l.Manichæos ff.de remi.l non omnes §.vlt.

r Osculat.] osculum quandoq; præstatur ad decipiendum,ut fuit in Iuda proditore osculo Christū tradente:& tale osculum omnino est prohibitū: immo iusta reputantur vulnera amici, quàm voluntaria osculatia inimici.Prouer.27.c.5.q.5.non omnis, &c.nō osculatur.quū corpore cū osculator esse videaſ, mēte tū &

animo contrarius est:quare multo nequior fore censetur,q̄ foret euidens inimicus.93.dist.c.si inimicus, & C.de don.l.data. cum ibi not.quandoq; autē pstāt ad reuerendum & obediendum: & istud aliquando est permissum; vt est uidere in osculo quod pstatur summo Pontifici in pede. 1.C.de domes. & protest.l.1 lib. 12.cū ibi no. quandoque vero [1] præbetur ad designā dum consensum, in malum, puta adulterium vel fornicatio nem:& hoc iure dam natur.ff.de adul.l.qđ ait lex.quandoq; ad ipsum designandum in bonum, puta con iugalem effectum,vel pacis Inductiuum, & tūc est permissum C.de don.inter vir.& vxo l.si à sponta.extra de spon.duo c.1. 63.dist.cum Hadria. nus.insti. de iniu. §. vlt.quandoq; etiam prębetur nedum ad Felin. dicit inducendum consen sum ma pręsumptum: sed vt omnia finita esse pacis osculo de. norentur, de consec. dist.1.ca.si episcopus & dist.2.cap. pacem. iuxta verbum prophetæ Iustitia & pax osculatæ sunt.

s Mactet vitulum.] scilicet Minorum religio in signum gaudij & letitię de illorum regressu ad instar patris, qui de reuersu filij aberrantis gaudens vitulum saginatum occidi fecit.

t Eorumque.] scilicet redeuntium.

u Liberis.] quasi dicat,spontanea & prona.

x Odor trahat.] idest,inducat sollicite.

y Charitas attrahat.] idest, non se treuocet, & inclineat.

z Lucidet.] idest,manifestet.

a Quę.] scilicet charitas.

b Miseria.] nota mundi miseriam conuallem lacrymarum dicit, ut in antiphona beatæ virginis, Salue regina.

c Humiliatione.] iuxta verbum prophetę,Cor contritum & humiliatum,&c.

d Puriſſima.] quasi dicat non ficta,ab omni fictione & hypocrisi depurata.arg.28.q.2 ex hic de pœnit.dist. 2.c.1.vbi charitas.

e Disposuit.] quasi per gradus.

f Proficiat.] circa quod dicit propheta,& ambulabunt de uirtute in uirtutem.vnaquæque enim uirtus quasi quibusdam gradibus augetur.de pœnit dist.2. dum sanctum.& c.charitas in quibusdam.

g Permanens.] per inchoationem boni operis.

h Tendentibus gradibus.] cum inchoata ad pfectum protrahitur.

i Facta se melior.] cum in eiusdem bonæ operationis profectione & consummatione solidatur.de pœnit.distinct.2 cum sanctam.

K Despiciat.] per sollicitudinis temporalium depositionem.

l Complectatur.] scilicet per contemplationem.

m In patria.] scilicet cęlesti. omnipotens enim Deus

pro

1 Barb.ta mē.2.lectura pę Cie. ver.salutem ad fi. dicit doctorē pp excellentiā recipiēdum à Pontifice ad oscula Quod sibi fa C.d sen.pas, si verum di cat. sqt Bar. Deus scit,& de effectu osculi vide gl.1. quam gl.3 l.1. ff. de extraor. crimi.c. nec aliqua.27.q. 1.Font.

Do.meus.§. est & aliud. inst.de do.l. si à sponso. C. de dō. ante nup. & de osculo uide largitas, matrimonionō secuto solū pro dimidia reuocetur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

producto fructu falcē mittit & messem suam desecat, quia cum vuumquemque ad operaperfecta produxerit, temporalem vitam pere emissam mortis sentētiā incidit. vt gradum suum ad cælestia regna perducat. dicto cap.cum sanctam.

a ¶ Tanto.]id est in tantum apertius. qđ est infra.

b ¶ Apertius.]In virtutum quippe nostrarum gradibus Deus ascendere dicitur: qa in tanto nobis sublimior ostenditur, quā nos ter animus à rebus infimis separatur dicto c. cum sanctam.in fine.

c ¶ Huius peregrinationis.]scilicet vitę tēporalis.

d ¶ Illos.]scilicet gradus.

e ¶ Conscenderit.] scilicet per contemplationem & bonorum operum perfectionem.

f ¶ In eius.] scilicet Ecclesiæ.

g ¶ Dignoscetur.]Scilicet Dominus vel 1 eius gloria: quia eius gloria per illius incrementa declarat. quanto enim sanctam Ecclesia ascendendo proficit, tantum Deus omnibus hominibus ex eius virtute innotescit, vt d.c cum sanctam.in prin.legitur.

1 vide B. Tho. par. 1. 28.ar. 5.

h ¶ Qua propter.]Secunda pars.

i ¶ Periculis.] quæ colliguntur ex parte precedenti.

k ¶ Ad illa]scilicet incommoda & pericula summouenda. quod est infra.

l ¶ Remedijs.]quia quę medicamēta mor bis exhibēt, hæc iura negotijs, in corpore authen. hęc constitutio innouat. coll. 8. & nouis morbis, &c. extra de iuramen calum cęterum.

m ¶ Fidelium.]inter quos per prædicta incommoda scandalum generabatur, vt in parte precedenti.

n ¶ Materiam.]Nota tollendum fore omnem modū & occasionem mali, ad hoc extra, ne cleri. vel mona. cap. vt periculosa. lib. 6. & per contrarium opportunitas ad bonum subministrāda est. de elect. cum eo eo. lib. 6. iuxta illud. Da sapienti occasionem, & sapiētior erit. 23. q. 5. c. vides, de hoc latius dixi in c. Execrabilis in glo. si habes.

Psal. 13.

o Non aderat.]vt in psalmo. & arg. extra de simo. per tuas 2. no. de offi. deleg. pastoralis. §. quia vero.

p Scrupulosam.]simile de simo. per tuas 2.

q Calliginem]id est mentis obfuscationem. simile de hære. c. nolentes. Cle. 5.

r Suauiter.]s. dixerat, blande, in parte precedenti. & hoc dicit: quia leuiter castigatus, de facili reuerentiā exhibet castigāti: asperitatis nimiæ autem, &c. 45. dist. cum beatus ff. ad leg. Aquil. l. præceptoris.

tanto [a] Deum secundum huius sanctæ ascensionis gradus cognoscat apertus [b], quantò nunc in huius [c] peregrinationis angustijs illos [d] conscenderit [e] altiores, nam secundum Dauid prophetam eximium, dum sanctam Ecclesiam Deus suscipiet, in [f] eius gradibus dignoscetur [g]. Qua propter [h] tantis incommodis, tantisque eiusdem ordinis excitati periculis [i], ac ad [k] illa salubribus & opportunis per eiusdem sedis prouidentiam circunspectam adhibendis summouenda, remedijs, [l] nostræ solicitudinis studium conuertentes, ad Dei laudem, beati Frāciscipræconium, eiusque præfati ordinis pacem, consolationemque fidelium [m], necnon minus cautis minusque habentibus inobediendi vel euagandi occasionis subducendam [n] materiam ad trepidandum vbi timor non [o] aderat, scrupulosam [p] caliginem [q] detergendum, eosque suauiter [r] deducē dos vt filios [s] ad ipsius religionis gremium velut matris [t]: Diligenti [u] super his perscrutatione & maturā deliberatione [x] præhabitis, de fratrum nostrorum consilio infrascriptas declarationes, commissiones, ordinationes & præcepta, quæ inferius inferuntur, duximus adiungenda.

¶ In primis cum dicatur in regula: quòd illi qui promiserunt obedientiam [y], habeant [z] vnam tunicam cum caputio, & aliam sine caputio, qui habere voluerint [a]: Item quòd fratres omnes vestimentis vilibus [b] induantur; & super prædictorum [c] verborum sensu à præfatis prædecessoribus nostris Nicolao & Clemente declarationes (vt præmittitur) limpidæ [d] emanarunt: dictusque Clemens hu-

s Vt filios. [dic ut dixi in parte præcedenti in verbo paternæ.

t ¶ Matris.]consuetæ filio misereri. argu. ff. de adult. l. nec in ea. §. vlt. ff. ꝙ falso tuto auth. falsus. §. Iulianus. de re milit. l. milites. §. desertorem. in corpore authē. vt sine prohi. ma. §. 1. coll. 7. extra de præsumptio. afferte. cum similibus.

u ¶ Diligenti.] simile. C. ne fil. pro patre. aut. habita.

x ¶ Matura deliberatione.]hoc dicit, quia sapientis est deliberate agere, in corpore auth. de appel. §. sancimus. coll. 4. 11. q §. c. summopere. nam quæ consilio recte geruntur, iure meritoque & effectu firmitate nituntur. C. de tepu l. 3.

y ¶ Obedientiam.] subaudi castitatem, & proprij carentiam, hæc enim dicuntur religionis esse substātialia. extra de statu mo. cum ad monasterium. §. vlt.

potestas est de religionis substantia.

z ¶ Habeant.]non intelligas quod habeāt abq; omni iure uterendum simplex vsus absque omni iure non recipitur: nec de se sit possibilis: vt in decre. ad conditorem. & cap. cum inter nonnullos.

Religiosus non debet habere nisi vnam tunicam.

a ¶ Voluerint.]illas ergo habere meræ voluntatis est arg. ff. de iudi. l. non quicquid. C. quomodo & quando iudi. l. 1. in his ergo fratribus Minoribus velle liberum, relinquit, sicut & velle cibo & potu renui, & hoc ideo, quia sine istis vita humana sustentari non potest ff. de alimen. lega. l. legatis. de verborum significa. l. verbo victus, 2. q. 3. si quis obijcit, sicut & quo ad alia velle habere dicunt. 11. q. 4. c. monachum. extr de regula licet. & ibi ratio de hoc redditur, & 19 quæst. 2. c. duæ, sunt aliās eā regulariter velle vel nolle habere nō dicit. de elec. si religiosus, de test. c. 2. de sepulc. c. vlt. lib. 6. 16. q. 1. non dicatis.

b ¶ Vilibus.]hoc per regulam, ca u sa ducendæ humilitatis institutum fuit: nam & clerici sæculares in vestimentis ac calceamentis decorem quærere non debent, coremque 4. dist. cap. clericus, extra de vita. & honesta, clerici, non deb. cap. clerici. 20. quæst. 4. in sum. & c. 1. sicut nec in cantando lenitatem vocum, 92. dist. cap. cantantes, & ca. in sancta, ornatus enim extrinsecus frequenter quem ad voluptatem & elationem inducit: iuxta. id, incompositio corporis incompositionem indicat mentis 41. distin. cap. vlt.

Clerici re stimenta de religiosis subtiliare.

c ¶ Prædictorum verborum.]vestimentis vilibus

d ¶ Limpidæ.] id est, claræ, non obscuræ, sed dilucidæ.

¶ Iudi-

a ¶ Iudicium.] i. determinationē & declarationem: vel proprie pōt sumi: quia super hoc isti qui sequūtur per decr. Cle. 5. videntur iudices constituti: aliter autem alibi sumitur hoc verbum, iudicium, super quo vide quod no. insti. quibus non est permis. sa. test. §. præterea.

b ¶ Committendū.] vt in decre. Exiui. §. præterea, cum in regula.

c Super hoc.] quę vestimenta vilia vel nō reputentur.

d Onerādo.]periculosum est illud onus si contra fiat: cā ex hoc peccatum mortale in curra. 28. q. 1. § ex his extra de rest. spo. licet ras. § porro. simile hēs alibi, vbi habētis aliquid facere, conscientia oneratur, extra de hæret. c. statutum. § vl. lib. 6. de sepul. dudum. §. verum. de rehā. o. c. 2. §. vt autem, de iure pa. c. 1. §. præcipimus, Cle 5. extra de iureiur. ca. mulieri.

e Nec ob hoc.] s. ꝙ Papa Clemens vestimētorum vilitatem illorum duxit iudicio omittendam.

f In quibusdam.] hoc dicit: quia illi respectu aliorum pauci erāt (vt dixi in parte precedēti) in verbo, paucorum.

g Plus sapere.] hoc est contra doctrinam Apostoli ad Romanos 12. c. de peni. dist. 3. c. adhuc instant. extra de renun. c. 1. lib. 6.

h Quæstionum.] ad quas decidendas fuit opus declarationi bus, quæ j. subijciuntur.

i Vestimētorum.] i. qualis longitudinis, latitudinis, grossitiei. subtilitatis, formæ, & figuræ dērent esse vestimenta: quinimmo ad expositionem huius verbi vide quod no. Goli. de reser. tibi. lib. 6.

k Licentia.] s. fratrum.

l Propterea.] s. quod dicebant se debere indui vilibus vestimentis.

m Strictos.]& sic vilitatem vestimentorum credebāt referendam et ad curiositatem, strictura, squalidatem ipsorum.

n Squalidos.] exponi pōt hoc verbum, i. viles vel tritam indicantes, argum ff. de iniur. l. vestem, & l. item apud §. hæc autem fere, vbi simile verbum reperies.

o Nouitate plenos.] in hoc isti fratres male attendebant quod scribit, in reb. nouis constituendis euidēs dēr esse vtilitas, ut discedatur ab eo quod diu æquum visum est: & ideo reprehensione digni fuerunt. 11. dist. c. quis nesciat. no. extra de consuetudi. cum consuetudinis.

ius vilitatis iudicium [a] ministris, custodibus, seu guardianis ordinis prædicti duxerit committendum [b], eorum super [c] hoc conscientias onerando [d]: nec [e] ob hoc in quibusdam [f] ex fratribus antedicti ordinis volentibus plus [g] sapere, quàm oportet sapere [h], nouarum adinuentiones ambiguitatum cessauere quàmplurimæ, vel non omnino non vetustarum explicatio quæstionum [h], tam videlicet super longitudine & latitudine, quam grossitie & subtilitate, forma & figura vestimentorum [i] ipsorum: quinimo adeo huiusmodi adinuentiones & quæstiones propria excrenere licentia, [k] vt ex eisdem Fratribus aliqui habitus propterea [l] cuitos, strictos [m], inusitatos, & squalidos [n], nouitate [o] plenos, ac dissidij non ignaros, cum à communitate ordinis discreparent [o], assumerent, nec eos [q] ad ministrorum, custodum, Guardianorum eorum mandatum requisiti deponerent; [r] necalios prout eiusdem ordinis communitas deferebat habitus, iuxta eorundem ministrorum, custodum, & Guardianorum arbitriū ducerent resumendo [s], dicentes in [t] hoc eorundem prælatorum suorum non [u] parendum fore arbitrio: cum & suum [x] sic [y] despectum [z] regularem [a] & cruciformem [b] asserent, cæterorum [c] vero superfluum [d] habitum irregularemque [e] censerent: Nec huic eorum opinioni [f] præfati Clementis declarationem sępius repetitam [g] obesse: Nam licet ministris, custodibus, & Guardianis præfatis vestium vilitatis detur in illa [h] iudicium [i], tamen inibi [k] consequenter adiungitur: ita tamen quòd vilitatem in vestibus seruent [l]:

p ¶ Discreparent.] in hoc contra mores aliorum gesta sunt pro morum illorum diuersitate vitanda tam quam turpia reputata 8. distic. quod contra mores, & adde quod dixi in parte precedentii, n verbo, detrahēs.

q ¶ Nec eos.]scilicet habitus.

r ¶ Deponerēt.]suā inbedientiam ostendentes. arg. de temp. ordi. ca. ad aures, de offi. ordi. quanto.

s ¶ Resumendos.] quod nō facere tenebant, arg. extra de vita & hone. cler. c. Deus qui.

t ¶ In hoc.] s. deponendo habitus quos portabāt, & in resumendo cōes habitus aliorum.

v ¶ Non parēdum fore.] & hoc male dicebat, cum ꝑcepto superioris de se iusto, vel saltē de quo est dubium, 1 sit obtēperādum, 23. q. 1. c. q. culpat: no. de tēp. or. cū ad aures, & de hoc ff. de reg. iu. l. factū à iudice. & extra de reg. iu. c. quod quis mādato, lib. 6. & ibi ēt de hoc dixi.

1 Circa hoc dictū cōsule theologos & vid B. Th. 2. 2. q. 104. ar. 5.

x ¶ Et suū.] s. habitum.

y ¶ Sic.] s. curtum & strictum.

z ¶ Despectum.]per hoc forte dicentes ipsum magis humilem reputandum.

a ¶ Regularem.] i. regulæ (ſm eos) conuenientem.

b ¶ Cruciformem.] i. cruci conformem, quæ consistit ex stipite in longum porrecto, & brachioni transuersum extenso: sic dicebant de habitu suo cuius longitudinem stipiti crucis, & ipsi habitus manicas extenparabant.

c Cæterorum.] secundum communitatem ordinis faciendam.

d Superfluum.] propter longitudinem.

e Irregularemque.] i. non sic regulæ conuenientem sicut suum.

f Opinioni.]supple quod suum habitum deponere, & aliorum habitum suorum superiorum arbitrio habere tenetur.

g Repetitam.] s. in parte precedēti, & in isto, & d. c. Exiui. de paradiso. §. præterea.

h In illa.] s. declatione Clementis.

i Iudicium.] expone ut s. in simili uerbo, iudicium.

k Inibi.] i. in ipsa declaratione Clementis.

l Seruent.] ꝑquod uidebat eis, ꝙ in ꝑmissis superiorum suorum stare iudicio minime tenebant, quasi aliorum habitum non reputarēt uilem, sed irregularem, & superfluum, ut s. sed in hoc uerbo, declarationis Clementis conuertebantur in deuium, ut prima parte dī,

quare

Universidad de Deusto
Biblioteca

quare eorum intellectus hic reprimitur, ut in parte sequenti traditur.
a ¶ Præsertim.] i. maxime, simile de foro comp. si diligenti.
b ¶ Prædictis.] Nicolai. s. tertij, aliàs quarti. in decre. Exijt. de ver. sig. lib. 6.
c ¶ Semper.] i. omni tempore.
d ¶ Fratrib.] s. Minoribus.
e ¶ Reluceat.] q̃ non relucere dicebant in habitibus aliorum.
f ¶ Ipsis.] s. fratribus.
g ¶ Eorum.] s. fratrũ minorum.
h ¶ Vt asserunt.] si vere q̃ sequit̃ dicebãt aliquem colorem habere videbantur, qui tamen eis nõ sufficit: vt j. §. prox. sequitur.
i ¶ In omnib.] hoc verbum sic vniuersale & indefinitum, eis sic dicendi occasionem aliqualem dare videbatur, quæ nec eis proficit, vt §. proximo.
k ¶ Et paupertas.] volentes p hoc forte dicere, q̃ tális vilitas & paupertas habetur & denotatur in breuitate & strictura habitus, quem portabant.
l ¶ Existerent.] secũdum illorum intentionem.
† Forte legẽdũ vsquã nõ obtẽperãdũ quã sequeret inconueniẽs (q̃ ipsi secuturum putabãt) Felic. in l. si vero, §. de viro, in 7. fallẽtia. ff. sol. mat. hic vt enitet in cõueniẽs restringit gñalitas l. 2. C. de noxa. ac Bar. in l. oẽs, 6. q. principali, ff. de iust. & iu. Pan. in cõsolite, 1. col. de maio. & obe. F.
m ¶ Quas gererent.] scilicet cuttas & strictas.
n ¶ Quas darent.] s. longas & superfluas secundum eos.
o ¶ Tenebanť.] fundãtes se in quibusdam verbis regulæ, & in quibusdam gñalib. constitutionib. ordinis, quas allegabant, vt supra.
p ¶ Generali ministro.] s. ordinis Minorum.
q Adeãt.] i. præsentes etant.
r ¶ Breuitatis causa.] Nota iuxta id q̃ dici consueuit: gaudent breuitate moderni, ad hoc, ff. l. Aquil. ita vulneratur §. æstimatio.
s ¶ Ex aduerso.] scilicet illos sequi debere superiorum suorum iudicium in deponendo vestes, quas portabant & in reassumendo illas quas illis offerebant.
t ¶ Eisdem frattribus nostris.] s. Cardinalibus.
u ¶ Scripto.] id est in scriptis.
x ¶ Proposita.] & sic per assertionem partium causæ merita fuerunt pandita, C. si per vim vel alio modo, l. vl. extra. de in integ. rest. c. tum ex iris, §. prosperimus,

præsertim [a] cum & in declaratione prædicti [b] Nicolai dicatur, quòd semper [c] in eisdem fratribus [d] & eorum actibus paupertas sancta reluceat [e], prout ipsis [f] ex eorum [g] regula inuenitur indicta: ac constitutionibus eiusdem ordinis generalibus caueatur (vt [h] asserunt) quod in omnibus [i], quę ad habitum fratrum spectant, reluceat semper asperitas, vilitas, & paupertas [k]: vnde cum nec paupertatis vel vilitatis oblatæ per ministros, custodes, & guardianos vestes existerent [l], nec ipsorum superiorum ordinis sui in deponendo vestes, quas [m] gererent, nec in reassumendo, quas [n] darent, sequi iudicium vllatenus tenebantur [o] † generali [p] ministro & cæteris fratribus, qui pro communitate eiusdem ordinis aderant [q] suis rationibus (quas breuitatis [r] causa omittimus) contrarium asserentibus ex [s] aduerso, prout hæc & alia hinc inde coram nobis & eisdem fratribus [t] nostris scripto [u] lecta, verboque fuere proposita [x], ac etiam coram aliquibus ex fratribus [y] nostris prædictis super hoc deputatis [z] à nobis præsertim per aliquos ex fratribus dicti ordinis, qui in prædictis [a] communitatibus aduersabantur eisdem, fuerunt pluries [b] repetita.

¶ Quocirca [c] nos seriosius rationibus [d] prædictis auditis, & [e] alijs illisque [f] plenius [g] intellectis [h], volentes perpetuum præfato finem dare negotio, de prædictorum [i] fratrum nostrorum consilio declaramus & dicimus, quòd cum (sicut prætangitur [k]) dicetur in regula, quòd Fratres omnes vestimentis vilibus induantur, & cum vilitatem, huiusmodi vestium tam habitus, quàm interiorum tunicarum illam præfatus Clemens intelligi debere decreuerit [l], quæ secundum consuetudinem [m] vel conditionem [n] patriæ debeat (quantum ad colorem panni & pretium) [o] vilitas merito reputari, atque consequenter huius vilitatis iudicium Ministris, Custodibus seu Guardianis prædictis (ipsorum super hoc

y ¶ Ex fratribus nostris.] s. Cardinalibus.
z ¶ Deputatis.] s. auditoribus.
a ¶ In prædictis.] s. in vestib. dimittendis, quæ probant & in reassumendis, quæ offerebantur eisdem.
b ¶ Pluries repetita.] ad maiorem forte indaginem & examinationem, arg. 35. q. 9. graue, 30. q. 5. iudicantem. extra de fid. instr. cum Ioannes, §. verum. C. de ede. l. 2. in principio.
c Quocirca.] Tertia pars.
d Rationibus prædictis.] scientia in. pxi. §. hinc de allegatis.
e Et alijs.] s. de nouo propositis.
f Illisque.] s. tam primo q̃ subsequenter propositis.
g Plenius.] i. plene, vel plenius quam ante.
h Intellectis.] p hoc collige habentem iudicare prius debere iura & rõnes partiũ cum diligẽtia rimari & intelligere, non se in ferenda sñia precipitare, C. de sen. ex bre. ui. reci. l. 2. & 11. q. 3. summopere, extra de dolo & contu. olim, cum ibi not. de re iud. pastoralis, §. verũ, Cle. 5. vbi de hoc dixi. Prout enim hic Papa fecit, cæteri eius exemplo docti facere debent: quia doctiviri cautela, &c. 81. dist. c. legitur, & arg. extra de re. iu. in causis, C. de legi. l. vlt.
i De prædictorum.] sub hac clausula die vt no. in decr. Exeunt. in §. præterea.
k Prætangitur.] in §. quapropter.
l Decreuerit.] in dicta decr. Exiui. in §. præterea.
m Consuetudinem.] iuxta quam quælibet patria & prouincia gaudet in suo sensu, secundum Hieronym. 86. dist. veniam, extra de sepultu. certificari, argumen. ff. de administrat. tutor. l. sine hærede, § Lucius, ff. de legi. l. si seruus plurium, §. vlt. quod vi aut clam. l. prohibere, §. si pr... ses.
n Conditionem.] i. qualitatem, simile, ff. de vsu. l. sed & si quidem, §. 1.
o Pretium.] q̃ iuxta q̃ suetudinem mensurarũ regionis & qualitatem eiusdẽ, ipsius vile & non vile reputat, vt hic, & probat̃ in corpore auth. de col. in prin. coll. 9. & in 10. col. de pace tenen. §. post natale, de contrah. emp. l. Imperatores, de eo quod certo loco. l. ideo, ad leg. Falc. l. pretia. §. vlt.

a Duxe-

a ¶ Duxerit committendum.] quia ad omnes regiones non poterit certus pretij numerus assignari, vt d. §. præterea.
b ¶ Continetur.] & patet dicta decreta. Exiui. §. præterea, ruin in regula.
c ¶ Auctoritate committimus.] Videntur ergo isti super hoc iudicantem. extra de fid. instr. cum Ioannes, §. verum. C. de ede. l. 2. in principio. Quocirca. Tertia pars.
d Rationibus prædictis.] scientia in. pxi. §. hinc de allegatis.
e Et alijs.] s. de nouo propositis.
f Illisque.] s. tam primo q̃ subsequenter propositis.
g Plenius.] i. plene, vel plenius quam ante.
h Intellectis.] p hoc collige habentem iudicare prius debere iura & rõnes partiũ cum diligẽtia rimari & intelligere, non se in ferenda sñia precipitare, C. de sen. ex bre. ui. reci. l. 2. & 11. q. 3. summopere, extra de dolo & contu. olim, cum ibi not. de re iud. pastoralis, §. verũ, Cle. 5. vbi de hoc dixi. Prout enim hic Papa fecit, cæteri eius exemplo docti facere debent: quia doctiviri cautela, &c. 81. dist. c. legitur, & arg. extra de re. iu. in causis, C. de legi. l. vlt.
i De prædictorum.] sub hac clausula die vt no. in decr. Exeunt. in §. præterea.
k Prætangitur.] in §. quapropter.
l Decreuerit.] in dicta decr. Exiui. in §. præterea.
m Consuetudinem.] iuxta quam quælibet patria & prouincia gaudet in suo sensu, secundum Hieronym. 86. dist. veniam, extra de sepultu. certificari, argumen. ff. de administrat. tutor. l. sine hærede, § Lucius, ff. de legi. l. si seruus plurium, §. vlt. quod vi aut clam. l. prohibere, §. si pr... ses.
n Conditionem.] i. qualitatem, simile, ff. de vsu. l. sed & si quidem, §. 1.
o Pretium.] q̃ iuxta q̃ suetudinem mensurarũ regionis & qualitatem eiusdẽ, ipsius vile & non vile reputat, vt hic, & probat̃ in corpore auth. de col. in prin. coll. 9. & in 10. col. de pace tenen. §. post natale, de contrah. emp. l. Imperatores, de eo quod certo loco. l. ideo, ad leg. Falc. l. pretia. §. vlt.

conscientias onerando †) duxerit [a] committendum, prout in eiusdem Clementis litteris super hoc confectis plenius continetur [b]: In eorundem Ministrorum, Custodum, seu Guardianorum eodem modo iudicio est relictum: Nosque nihilominus præfatorum Ministrorum, Custodum & Guardianorum iudicio præsentium auctoritate [c] committimus determinare, videlicet, arbitrari, atque præcipere cuius longitudinis & latitudinis, grossitiei & subtilitatis [d], formæ siue figuræ atque similium [e] accidentium esse debeant tam habitus, ipsorumque [f] caputia [g], quàm interiores tunicę, quibus [h] fratres omnes Minores dicti ordinis induuntur, ac insuper cuius [i] quantæque [k] vilitatis iudui eos ipsis vestimentis oporteat, & [l] an in vestimentis huiusmodi secundum regulam & declarationes eorundem prædecessorum nostrorum & præfatas ordinis constitutiones, reluceat [m] asperitas, vilitas & paupertas: vtrumne quantum [n] ad colorem, vilitatem, paupertatem quoque ac cœtera † accidentia supradicta, Fratres vestimentis induantur vt debent: super quibus [o] eorundem Ministrorum, Custodem, & Guardianorum conscientias oneramus [p]: Stantes & districte præcipiendo mandantes [q], quòd in prædictis [r] & his similibus [s] eorum [t] arbitrium determinationem siue iudicium, Generalis qudem in [u] totius ordinis, Prouincialium vero in prouinciarum Ministrorum ac Custodum & Guardianorum administrationibus, Custodijs, ac Guardianijs siue consimilibus ordinis memorati cõmissis eisdem [x], Fratres omnes [y] & singuli sequi omnimode [z], illisque parere [a] per omnia [b] tenentur. [c] Ac isuper quòd illorũ [d] sequendo arbitrium [e] determinationem siue iudicium [f], illisque [g] parendo, [h] nec [i] sint nec dici [k] possint vel debeant, nec ipsi se ipsos autument, suæ regulæ vel constitutionum [l] missis obedire suis superioribus sint adstricti eis parendo, non videntur esse in dolo vel in culpa, cum habuerint parere necesse, ff. de reg. iur. l. non videtur, §. qui iussu, de aqua plu. arc, l. quamquam, cum simi. & qui a canonis huius auctoritate præceptiua talis obedientia præstatur, quæ à peccato obtemperantem excusat, 23. q. 3. c. qui peccat, 33. q. vlti. noluit, C. de adul. l. Gracchus, aliàs diceretur quòd per hanc constitutionem obtemperantibus laqueus injiceretur, contra iura, 27. quæst. 1. ca. de viduis, & eius auctoritate ipsi essent circunscripti, contra l. 1. C. de his qui veniã. impetr.

† Nota hic expressum q̃ cui cõpetit cognoscere de principali cõpetit et cognoscere de ijs q̃ sequẽter accedũt. vide gl. fin. j. eo. in extraua. ad cõditorẽ. Font.

r ¶ In prædictis.] super proxi. declaratis.
s ¶ Similibus.] arbitrarie consideratis, cum non sint ipsa similia omnia in iure expressa, ut j. sequitur, arg. ad hoc extra de offi. deleg. de causis, ff. de legi. j. si domus. §. in pecunia.
t ¶ Forum.] s. ministrorum, & aliorum s. & j. nominatorũ.
u In totius ordinis.] administrationibus, quod est j.
x Eisdem.] s. Generali, Prouinciali, Ministris, Custodibus, Guardianis.
y Omnes. vt vniuersi, vt differat à verbo sequenti.
z Omnimode.] quasi dicat excusationib. s. expressis & alijs quibuscunque friuolis reiectis.
a Parere.] idest obedire vel obẽperare.
b Per omnia.] intelige licita, in alijs. n. magis Deo, quã hoi parendum est, 10. q. 3 qui resistit, & c. iulianus, & ca. si dominus, & c. non semper.
c Teneantur.] hoc verbum necessitatem parẽdi videtur imponere, vt dixi in decr. execrabilis.
d Illorum.] s. ministrorum & aliorum s. & j. nominatorum.
e Arbitrium.] idest voluntatem vel ordinationem argu. ff. de verb. ob. l. si quis arbitrium, C. de contra ben. empt. l. vlt.
f Iudicium,] expone vt supra.
g Illis.] s. ministris & alijs.
h ¶ Parendo.] id est obediendo.
i Nec sint.] s. quo ad rei veritatem.
k Nec dici possint.] quo ad vulgi opinionem.
l ¶ Constitutionum transgressores.] nec mirum, cum oĩo ex præcepto constitutionis præsentis in præparendo, non videntur esse in dolo vel in culpa, cum habuerint parere necesse, ff. de reg. iur. l. non videtur, §. qui iussu, de aqua plu. arc, l. quamquam, cum simi. & qui a canonis huius auctoritate præceptiua talis obedientia præstatur, quæ à peccato obtemperantem excusat, 23. q. 3. c. qui peccat, 33. q. vlti. noluit, C. de adul. l. Gracchus, aliàs diceretur quòd per hanc constitutionem obtemperantibus laqueus injiceretur, contra iura, 27. quæst. 1. ca. de viduis, & eius auctoritate ipsi essent circunscripti, contra l. 1. C. de his qui veniã. impetr.

a ¶ Maxime

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Maxime.] proprie intelligas istud aduerbium: nã id em esset, si in regula vel constitutionibus ordinis, vel declarationib. alijs essent expressa quæ sequuntur: nam & contra illa præcepta huius cõstitutionis parendum est, & pareri potest absque aliqua transgressione extra de vo. c. non est vot. cum tales obseruantias possit Papa nedum declarare, immo & penitus tollere, etiam posset totum Minorum ordinẽ submouere, cum ab ipsius approbatione processit. no. Inn. extra de sacra. non ite. c. presbyter, non ergo mirum obtemperantes nec sint, nec dici possint, nec sentire debeant trãsgressores: aliàs viderenẽ de potestate Papæ, non sine periculo dubitare, 15. dist. ca. sancta Romana, veritem opuscula beati Leonis, 19. di. c. nulli fas. & arg. C. de legi. l. vlt.

b ¶ Debant esse.] transgressionis igitur omnis nota cessat, si obtemperetur in his q̃ regula vel constitutiones ordinis nulla tenus interdicunt, cũ & si interdicerẽt, idẽ esset, vt ẽ. gl. proxim.

c ¶ Non impari.] quasi dicat, immo pari, vt sic de similib. ad similia ex æquitatis similitudine in agibilibus procedatur C. de consti. pec. l. vlt. extra de constit. vii. cum dilecta, cum simi.

d In prædictis.] s. in longitudine, grossitie, subtilitate, forma vestium vel figura.

e Compelimur.] hoc intellige inquãtum digna vox censetur principis se alligatum legib. profiteri, C. de legi. l. digna. ob causatiuam necessitatem executionis officij pastoralis, arg. in præ. C. in prin iuncta l. vlt. ff. de separa. bon. aliàs præcise compulsio nulla sibi fieri potest, cũ sit lege humana solutus, ff. de leg. l. princeps, nec sua sedes à quoquam iudicari potest, 21. dist. c nec autem.

f Illaque.] scilicet quantæ longitudinis, &c. vt ẽ. legitur.

g Eis.] s. ministris, & alijs ẽ. nominatis. & dic eis, idest eorum arbitrio vel iudicio.

h Inuitamur.] idest inducimur.

i Scientia.] iuxta hoc scribit lex: non possunt omnes articuli aut legibus, aut sigillatim constitutionibus comprehendi, ff. de leg. l. non possunt, ex cuius mente sumptum vt̃ quod hic dicitur: natura. n. introductum est, vt sint plura negotia quam vocabula. ff. de præscri, verb. l. natura.

Negotia plura sũt q̃ vocabula.

k Infinita sint.] scilicet particularia: natura enim quotidie nouas deproperat edere formas, 10. colla. q̃ fuit prima causa beneficij amittendi. §. prædictis, C. de vete. iur. enuc. §. sed quia diuinæ. in proœ. lib. 6. Et potes colligere q̃ de his, quæ de se infinita sunt, certa ex non potest constitui: cum enim lex de se hẽat esse certa, ff. de iur. & fac. ignor. l. in ol. 4. di. erit autem, habentque principium & finem, vt in proœmio Digestorum, §. sed quia solitum, in fi. merito de hoc quod

Lex de infinitis nõ potest statui.

fui ordinis trangressores, maxime [a] cum nec expresse vel determinate in prædicta Fratrum Minorum dicatur regula, vel declarationibus antedictis, quantæ longitudinis, quantæ latitudinis, quantæ grossitiei vel subtilitatis, qualis formæ, qualis ve figuræ huiusmodi debeant [b] esse vestes, sicut nec qualis quantæque vilitatis eas esse oporteat exprimitur in eadem: sicque quodammodo eadem vrgente necessitate, æquitate non [c] impari, vero sensu, vero id regulæ suadentibus intellectu, eiusdem Clementis inhærentes vestigijs, præfatorum Ministrorum, Custodum, & Guardianorum in [d] prædictis horumque similibus fore iudicium declarare compellimur [e], illaque [f] eis [g] (vt prædicitur) committere inuitamur [h]: Non enim particularium omnium certa, potest dari scientia [i], neque eorum (cum infinita [k] sint) contingit [l] fieri disciplinam [m], non ars, non regula circumstantias singulas accidentiaque cuncta complectitur [n]: habent in [o] illis minores maioribus [p] obsequi [q], illisque intendere [r], non in certis [s] solum, verum etiam in dubijs [t], & in certis præsunt [u] antiquis, quibus [x] obediant, præsunt re-

infinitum est, & sic incertum, non constituitur, nec infinitatem amplectitur, C. de sacrosan. eccl. l. vlti. extra de rescrip. c. cum in multis. li. 6. Quod intellige iuxta talem breuem distinctionem: quia aut agit de actibus concernentibus salutem animæ, puta laudare Deũ, & similia: & tunc infinitas probatur, 22. dist. sacrosan. 36. dist. c. si quid vult. C. de sum. tri. inter claras, in fi. de off. pf. pto. l. quas gratias, aut de alijs. & tũc sut de inducẽtib. exceptionẽ: quo casu infinitas approbatur ff de exce. do. l. pure. §. fi. C. de excep. l. si pactum, insti. eo. ti. §. appellatur. aut de inducentibus obligationem: quo casu aut verba obligationis sunt de sai natura limitata infinitatem sapientia. & tunc infinitas approbatur. de vsufru. le. l. cum qui dam, & l. cũ ad loc. de fideiuss. l. stipulatus. aut non sunt de se infinitatem sapientia: si quidem certat de obligatione non ter inducenda, tũc infinitas reprobat, ff. de damno infe. l. qui bona, §. vlti. & idem si tractetur de obligatione prius inducta post ampliandaj quia diuersitatem, ff. de lib. uniuersi. l. 2. de arbi. item si duob. de hoc scripsi extra de reg. iu. c. quod quis mandato. lib. 6.

Infinitas non reprobetur.

etiam si verba obligationis sint de se flexibilia ad finitatem vel infinitatem, ff. de leg. 3. l. fideicommissa, §. si quis.

l ¶ Contingit.] scilicet scientiam.

m ¶ Disciplinam.] idest doctrinam.

n ¶ Complectitur.] de arte probatur, ff. de leg. l. non possunt, de regula, idem, ff. de regu. iur. l. omnis definitio.

o ¶ In illis.] s. circunstantijs & accidentibus.

p ¶ Maioribus.] C. de offi. præfe. præt. vrbi. l. studentibus, ff. de offi rec. prouin. l. potioris, 95. distic. ecce, & c. esto subiectus extra de maio. & obed. solitæ. de cẽs. omnis, anima. vniuersitas enim alia ratione subsistere non posset, nisi magnus ordo distinctionis graduum eam seruaret, 89. dist. ad hoc.

q ¶ Obsequi.] idest seruire in suo gradu. 93. à subdiacono.

r ¶ Intendere.] idest obtemperare, vel obedire.

s ¶ In certis.] de quibus non est dubium quin in eis, si certa sunt quòd sint iusta, inferiores superioribus parere debeant, extra de maior. & obed. ca. 1. & 2. & c. illud, 11. quæstio. 3. c. abbat, de regu. iur. non possunt dolo.

t ¶ Dubijs.] s. an sint iusta vel non ob bonum obediẽtiæ, 23 q. 1. quid culpatur, extra de tempo. ord. c. ad aures. vbi de hoc, & plenius per Host. ff. de iud. si quis ex aliena, si quis ius dicen. non obtemp. l. 1. extra de appel. si duob. de hoc scripsi extra de reg. iu. c. quod quis mandato. lib. 6.

v ¶ Præsunt.] exponi potest, s. maiores: obediant s. minores. Vel potest exponi, præsunt, s. minores artib. vel disciplinis.

x ¶ Quibus.] scilicet cum quibus obediant, vel obtemperent.

a ¶ Illarum,] scilicet artium & disciplinarum.

b ¶ Finis egregius,] scilicet assecutio salutis æternæ. cum obedientia maior quam victima censeatur, extra de maiori, & obedien. illud.

c ¶ Debitis,] ideo dicit forte debitis, quia ad indebita quis obsequi non tenetur, vt dixi sup. in verbo, per omnia, vel dicit, debitis, vt denoter obsequia fore per minores supe rioribus debita, vt ẽ.

d ¶ Obsequentium.] idest obedientium.

e ¶ Cuncta rimatur.] 32. dist. iudicantem, extra de fide instru. cum Ioannes, §. vetum, C. de eden. l. is qui apud quem.

f ¶ Casibus,] scilicet occurrentibus quotidianis, ff de lib. leg. l. legaui. de usuca. l. si iusto.

g ¶ Secernit,] id est seorsum cernit, parat & inducit ad casuum emergentium decisionem.

h ¶ Medicum,] depoſcit, quod est infra, ad hoc in corpore autem. 8. ff. de var. & extra ord. l. medicus, extra de pœn. & remiſ. omnis, §. sacerdos. cum similibus.

i ¶ Prudentemque.] cum discretione dicta aliarum virtutum matre, 1. q. 5. p̃sentium, extra de offi. custod. c. 1. de re iud. pastoralis, §. verum, cle. 5.

k Vt appetit.] scilicet sensu proprio indiscrete ducto. 36. dist. si q s vult, 38. distin. relatum, & arg. ff. de do. l. Aquil. in proœmio Digestorum, §. hoc autem.

l Corruat,] s. in totum vel in prompta periculum incidat, C. de bo. quæ li. l. vlt. §. filii autem iuxta illud: Veh soli, &c. extra de sta. mo. monachi 81. di. c. in omnibus, & extra de æta. & qual. cum sit ars.

m Vt non quærit.] nullus enim casum sui appetere præsumitur, sed ascensum. extra de cle. non resid. ca. 1. 93. di. legimus, C. de numera. & actu. & chartu l. nul li lib. 12. quemadmodum ejui. mune. indi. l. maiorib. lib. 10.

n Taliter.] scilicet ut appetunt a sua communitate discrepantibus.

o ¶ Nõ ordo.] ad hoc in corpore auth. de hęre. & fal. in ordinatum, coll. 1.

p Adsit,] idest præsens sit.

q ¶ Quod absit.] scilicet iuxta votum nostri ordinis.

r Discordia,] quæ de se pacis est æmula, mẽ litium, materia iurgiorum, vt in proœmio Decretalium, & hic addit quod dixi sup. parte prima, in verbo, unionem scindens.

s Vt capita.] iuxta illud: Quot capita tot sniæ. de con sec. dist. 3. c. sicut in sacramentis, extra de concess. præb. si vnus §. principaliter.

t In stolidis.] idest fatuis, vel capitaneis probabilitate non suffultis.

u Phantasia.] exponi potest hoc verbum, idest, non ue ra, sed falsa sententia: non a veris doctoribus, sed a sensu capitaneo inducta, 24. q. vlt. c. hæresis, & c. quid autem 11. q. 3. cap. summopere extra de consti. cap. ne innitaris.

x Eodem modo.] Quarta pars.

y Inuitati.] idest inducti, ut exposuit sup. proxi. §.

z Et duorum,] non ergo vnius solius, & ita trium ad minus debet expectari consilium & assensus in his quæ sequuntur, scilicet, Guardiani & duorum de cõuentu sacerdotum.

a De conuentu.] non ergo aliunde, cum il li melius præsumantur scire loci necessitatem quam foranei. arg 93. di. illud. extra de elect. postquam, ff. de quæst. l. de minore, §. tormenta.

b Loci] de cuius fratrum sustentatione agitur.

c Discretorum.] arbitraria hæc consideratio.

d Sacerdotum.] non videt ergo sufficere ab inferioris ordinis fratribus petere consilium, & assensum, de quibus sequitur, arg. extra de electio. nemo, lib. 6. alias uideretur frustra appositum istud uerbum, contra 19 dist. c. si Romanorum, de priui. si papa. li. 6. ff. de usur. si stipulatus, de legi. l. & quando. Et hoc intellige si in conuẽtu sint duo sacerdotes discretiæ alias uideretur sufficere expectare consilium, vel assensum aliorum, attenta mente constitutionis uolentis necessitati fratrum loci prouidere, arg. ad hoc ff. de condi. & demõ. l. in testamento, & arg. eorum quæ no. in simili p Inn. & Host. de elect. quia propter in ver. tres.

e Antiquorũ, quia antiqtate? Dicas q̃ arbitraria, cum non sit hic vel alibi super hoc expressa, arg. ad hoc, ff. de leg. 3. l. non aliter. in fi. cum ibi no. per Inno. extra ut lit. non contest. quoniam, & quia hic non curatur de antiquitate ætatis, sed temporis, quo isti ordinem sũt ingressi, ar. extra de maio. & obe. c. statuimus, &c.

f Consilio & assensu] non valet consilium nisi assensus expectetur, arg. extra de offi. deleg. c. venerabili. & super hoc uide q̃ no. per Compost. de consti. c. pen. & quod alias plenius dixi, ne se. vac. c. 1. lib. 1.

g Duxerit relinquendum,] ut in dicta decre. Exiui, §. rursus.

h Ex iam expertis,] scilicet diudum retroactis temporibus, ex quib. aliquando præsumitur in futurum, 24. quæstio. 5. c. si apud ff. de re mili. l. non omnes, §. a bat batis. de accus. l. si cui, §. habendæ, extra de re iud. ca. semel. li. 6. extra de præsumpt. mandata, & c. scribam, vbi de hoc, & plenius in summa Host. eo. tit. §. 2. ver. tertia diuisio.

i Cellariis.] in quibus bladum, & vinum recolligunt.

k Inuenire.] quia forte ibidem non reperientur uenalia, nec sperantur prouenire ex eleemosyna.

l Quo casu.] scilicet ubi non possent aliter uerisimiliter uitæ necessaria inuenire.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Continetur.] dicto c. Exiui, §. rursus.
b ¶ Sub eadem forma.] simul & separatim, & alijs ꝛ. prox. expressis.
c ¶ Eo casu,] scilicet proxim expresso, id est, vbi non possent credibiliter
vitæ necessaria inuenire.
d ¶ Qualiter] id est, quem modum.
e ¶ vbi.] id est, in quo loco.
f ¶ Quando] id est, quo tempore. ad hoc extra de accus. qualiter.
g ¶ Granum,] non exprimit quod vel quale: & ideo de quocunque grano ad vitam necessario intelligendum uidetur. ff. de verbor. signi. l. frugem.
h ¶ vinum,] sed nunquid alia quæ sunt ad uitæ sustentationem necessaria intelligendum uidetur. ff. de verbor. signi. l. frugem.
i ¶ Reponere conservanda, quod statim sequitur.
K ¶ Præcipiendo mandantes,] dicas hic vt dixi §. parte prox. in uer. mandantes.
l ¶ In prædictis,] id est, qualiter, vbi quoties granum, &c.
m ¶ Et his similib⁹,] vt §. prox.
n ¶ Quos,] scilicet obedientiæ.
o ¶ Effræn es.] id est sine fræno & temperie. simile ff. de testa. l. 1. §. fi. extra de cler. excom. c. significauit, & c. cum causam.
p ¶ Liberos.] ab omni subiectione.
q ¶ Dicioni.] id est potestati vel imperio extra de ele. quorundam, & c. si religiosis, lib. 6. alibi autem verbū dicio, exponitur pro iurisdictione. in corpore auth. de non eligen. secundo nuben in fi. de fideiuss. in fi. col. 1. in præc. insti. §. 1.
r Iugo. id est subiectione simile 21. dist. cap. in memoriam.
s ¶ Propriæ,] scilicet spontaneæ, cui violentia non infertur. 32. q. 5. §. 1. vnde scribitur, voluntarium sibi miserum eligit Christus: voluntarium sibi seruum auctio natur diabolus. 5. q. 1. c. non est.
t Ad hanc scilicet obedientiam.
u Sed sponte. Jue aliàs & rem & meritum perdant. d. 5. ex his.
x Hanc.] scilicet obedientiam.
y Illudque.] scilicet quod legitur in Canticis.

granaria & cellaria, congregationes, & conseruationes huiusmodi eis ipse concessit, prout in prædictis eiusdem Clementis litteris plenius continetur: [a] Nos de prædictorum fratrum nostrorum consilio, eorundem Ministrorum, & Custodum sub [b] eadem forma iudicio, præsentium auctoritate committimus determinare: uidelicet, arbitrari, atque præcipere eo [c] casu qualiter, [d] vbi, [e] & quando, [f] & quotiens granum, [g] panem & vinum [h] pro uitæ Fratrum necessarijs, Fratres ipsi quærere debeant, conseruare siue reponere, [i] etiam si reponenda sint in prædictis granarijs & cellarijs conseruanda: Statuentes & districte præcipiendo [k] mandantes, quod in prædictis [l] & [m] his similibus eorundem arbitrium, determinationem siue iudicium Generalis quidem in totius, Prouincialium uero in prouinciarum, Ministrorum, ac Custodum simul & separatim administrationibus, & custodijs ordinis memorati commissis eisdem, cum [n] Guardiani tamen (ut supra prædicitur) & duorum de conuentu loci discretorum sacerdotum & antiquorum in ordine Fratrum consilio & assensu, † Fratres [o] omnes & singuli, obsequi [p] omnimode, [q] illisque parere per omnia teneantur: Ac insuper quod illorum [r] sequendo arbitrium, determinationem siue iudicium, illisque parendo, nec dici possint uel debeant, neque ipsi seipsos autument suæ regulæ uel constitutionum sui ordinis transgressores. [s] Ideoque omnes & singulos Fratres antedicti ordinis Minorum, qui strictos, curtos & difformes habitus ab ipsius Generalis Ministri, & aliorum de dicta communitate habitus coram nobis, & fratribus nostris, & alijs in Romana curia detulerunt uel deferunt, monemus & hortamur in Domino, eis nihilominus in uirtute sanctæ obedientiæ, [u] & sub [x] excommunicationis pœna per Apostolica scripta mandantes, quatenus ad mandatum ipsius [y] Generalis deponant quos deferunt habitus, & alijs iuxta eiusdem generalis arbitrium, determinationem siue iudicium (ut supra prædicitur) induantur: ipsique Generali in omnibus istis & alijs, & per omnia secundum beati Francisci regulam & prædictas prædecessorum nostrorum declarationes, concessiones, & commissiones, in ipsis declarationibus comprehensas, & nostras contentas in præsentibus [z] humiliter obediant,

* Nisi ista dictio addita fuisset. vt §. prox.

bus, quis, & similibus, & ista similitudo referatur ad talia.
n Cum Guardiani tamē,] hæc uerba & sequentia determinate ponuntur, ut dixi sup. prox.
o Fratres omnes.] scilicet uniuersi, ut differat a uerbo sequenti.
p Obsequi,] id est obedire.
q ¶ Omnimode,] hoc uerbum, & aliud ipse quit. scilicet tenetur, necessitatem imponere vt, ut §. dixi.
r Illorum] scilicet Ministrorum & Custodum, & uerba sequentia expone ut dixi §. prox. uerbo, hac insuper.
s Transgressores.] impudenter hic dicas ut dixi sup. prox. §. in gl. nec mirum.
t Ideoque,] scilicet parendo in præmissis iudicio superiorum, nō sunt, nec possunt dici regulæ uel cōstitutionū ordinis trāsgressores.
u Sāctæ obediētiæ.] hæc uerba cōtra, trāsgressores dura sunt, ut §. dixi.
x Sub excommunicationis pœna] talia uerba ꝯminationem, non sentētiam induc̄t, nisi aliter cōstaret de mente ipsa proferentis, arg. C. comminat. est. 1. interlocutio, in corpore authē. de armis. §. hanc igit. cū similib. cū ibi not. coll. 6. & sic nota extra de simo. sicut de fagit. c. 1. & iurepatronatū, & de hoc et ꝑ Inn. extra qui matrimonium accusa. possunt in tua.
y Ipsius Generalis,] nihil dicit hic de mādato Ministrorū vel Custodum: quare vide quid depositio, de qua sequitur solū habeat & necessitate fieri ad mādatū Gnālis ministri: sic enim de his idē voluisset, hoc utique expressisset: q cū nō fecit, pro omisso dēt haberi. arg. extra de decim. ad audientiā, Ca. de cadu. toll. l. 1. §. si autem deficientis, 2. quæstio. 5. consuluisti.
z In præsentibus.] scilicet litteris.

a ¶ Vel appellationibus] repete non obstantibus.
b ¶ Quæ.] scilicet priuilegia, & alia supra proxi. numerata.
c ¶ Derogare,] in alijs ergo in quibus nō derogarēt, in suo robore remanebūt: quia quod nō mutatur, &c. C. de testa. sanctimus.
d ¶ Vacuamus,] hic no. principem ex causa reuocare priuilegia vel libertates concessas. cū & talia ex causa multiplici pdi possint, no. de decim. c. sug gestum.
e ¶ Subtrahantur.] hic collige hic meritum religionis perimi in subdito si se ab obedientia subtrahat, & sic dicta subtrahat, & superiori præiudicium generatur: cui obediē tia est præstanda, per subtractionē eiusdē, vnde tāquam spolians ad eam restituit, licet aliàs electionē violentam non probet de re iud. ca. iuborta. vbi hoc no. per Inno. & Host.
f ¶ Paupertas,] scilicet rerū in rebus.
g ¶ Integritas.] scilicet in carne.
h ¶ Maximum,] in suplatiuo gradu quo admentem.
i ¶ Prima.] scilicet paupertas.
k ¶ Rebus.] donatur, quod est infra proxi.
l ¶ Secunda,] scilicet integritas. de qua scribitur: sola est possibilis animæ Deo reparare in corpore autē. de loco. §. sanctimus. col. 3.
m ¶ Tertia vero.] scilicet obedientia.
n ¶ Quos,] scilicet mentem & animum.
o ¶ Effræn es.] id est sine fræno & temperie. simile ff. de testa. l. 1. §. fi. extra de cler. excom. c. significauit, & c. cum causam.
p ¶ Liberos.] ab omni subiectione.
q ¶ Dicioni.] id est potestati vel imperio extra de ele. quorundam, & c. si religiosis, lib. 6. alibi autem verbū dicio, exponitur pro iurisdictione. in corpore auth. de non eligen. secundo nuben in fi. de fideiuss. in fi. col. 1. in præc. insti. §. 1.
r Iugo. id est subiectione simile 21. dist. cap. in memoriam.
s ¶ Propriæ,] scilicet spontaneæ, cui violentia non infertur. 32. q. 5. §. 1. vnde scribitur, voluntarium sibi miserum eligit Christus: voluntarium sibi seruum auctio natur diabolus. 5. q. 1. c. non est.
t Ad hanc scilicet obedientiam.
u Sed sponte. Jue aliàs & rem & meritum perdant. d. 5. ex his.
x Hanc.] scilicet obedientiam.
y Illudque.] scilicet quod legitur in Canticis.

lij obligati consi. obser uare c. nec ꝓ defectu. de elect. c. cum olim de arbi. & cū alias ri salem se nō obligat. l. 2. in fi. ff. mād. nō est. & aliter ꝑ strictus sequi tur. ff. de ran. gif. & ꝑ coll. 2. nō vbi lex ꝓhibet ꝑ fil. sicut hic.

pareant, & intendant: non obstantibus quibuscunque priuilegijs, indulgentijs, litteris, libertatibus, immunitatibus vel exemptionibus, eis vel alicui ipsorum à prædicto Clemente concessis, vel appellationibus ab eis vel ipsorum aliquo ad sedem Apostolicam interiectis, quæ [b] (in quantum possent derogare [c] præsentibus) viribus vacuamus [d]. Religio namque perimitur, si a meritoria subditi obedientia subtrahantur [e]: magna quidem paupertas [f], sed maior integritas [g] bonum est, obedientia maximum [h], si custodiatur illæsa: nam prima [i] rebus [k], secunda [l] carni, tertia [m] vero menti donatur. & animo, quos [n] velut effœnes [o] & liberos dicioni [q] alterius humilis iugo propriæ voluntatis adstringit. Ad hanc [s] itaque fratres prædicti non inuiti, sed [u] sponte redeant, hanc [x] velint & appetant, hanc magnis desiderijs concupiscant, illud quæ [y] votis canticorum [r] ingeminent, osculetur me osculo oris sui, charitatis [z] vtique & dilectionis religionis huius obedientia sancta purificans [a]: nam meliora sunt vbera [b] tua præceptorum si quidem & consiliorum [d] quæ iam nutrientia [e] pocula, vino, vnguentis optimis, scilicet bonæ famæ [f] fragrantia suauitatis odorem [g]. Nec [h] formident hi ad obedientiam ordinis Deo auctore, dum redeunt: nam prælatos suos (vt firmiter speramus [i] eisque iniungimus [k]) sibi benignos & mites [l] inuenient cæteros [m] dulces atque palpabiles [n], cum sint & esse debeant omnes & singuli fratres [o] in christo, & clamitent [p]: Quis mihi det [q] te fratrem meum communi scilicet patre beato Francisco congenitum: suggentem vbera matris meæ, [r] religionis

z ¶ Charitatis.] sine qua non est salus æterna. de pœ. dist. 2 euidenter. & dist. 3. si quis autem.
a ¶ Purificans.] scilicet quem ab omni peccati macula, si seruetur illesa, vt sup proxi & ad hoc in corpore auth. de mona. in prin. col. 1.
b ¶ Vbera tua.] hoc alibi legit quod dulcior est religiosa castigatio, quàm blanda remissio: & dulciora sunt amici vulnera, quàm voluntaria oscula inimici 5. q. 5. omnis, & cap. non osculatur. ꝙ Cant. 1.
c ¶ Præceptorū.] de se necessitatē importantium 13 q. 1. c. ꝙ præcipitur extra de verbor. signific. cap. in his.
d Consiliorum.] liberam cuiusq; voluntatem excitantium. 4. dist. c. vl. 14 q. 1. quia ergo &c. quisquis.
e Nutrientia. scilicet animum.
f Bonæ famæ.] ad cuius cōseruationem quisque debet attendere, aliàs crudelis dicitur. 12. quæstio. 1. nolo. Famā negligens crudelis est.
g Odorem.] bona ergo alicuius fama odorem bonum dare dicitur, cum sine virtute animi non subsistat. ad hoc extra de accus. cap licet. ff. de quæstio. l. de minore. §. tormenta.
h Nec formident.] Quinta pars & expone, formident, id est timeant, perhorrescāt ferocitatem vel sæuitiam prælatorum.
i Speramus,] nam de quocunque præsumēdum est bonum in dubio. extra de ꝓsumpt. dudum, & ff. de leg. 2 cum quidam. Præsumitur bonū ꝺ quo libet.

& l. cum pater. §. rogo.
K Iniungimus,] ex præcepto ergo tenentur superiores ad reddendum se mites & benignos.
l Et mites,] hoc dicit quia superioris nimia asperitatis increpatio, nec correctionem recipit nec salutem. 45. dist. cum beatus, & cap. disciplina. ff. ad leg. Aquil. l. numquam.
m Cæteros.] scilicet non prælatos, scilicet eiusdem ordinis fratres.
n Palpabiles.] id est tractabiles per mutuam conuersationem, arg ad hoc. C. de eroga mili annonæ. cum alliegas. lib. 12.
o Fratres in Christo.] in quo omnia vnum cōstituūt. in corpore auth. de mona §. huic nobis, & §. ordinatione. in fi. col. 1.
p Clamitent.] id est clamando resoluent.
q Det.] id est dare poterit.
r Matris meæ.] scilicet spiritualis: & sic mater religiosorum ipsa religio dicitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Eius.] scilicet religionis, vel eius scilicet beati Frãciscii: & repete, suggentem.
b Velut, &c.] & repete iterum, suggentem: aliàs suggerentem.
c Poscula.] scilicet spiritualia. arg. 38. dist. ca. ignorantia, & ca. si iuxta.
d Foris ab eiusdem obseruantiis.] id est extra eiusdem obseruantias.
e Me.] s. propter te.
f Immo.] hoc verbum frequenter ponit ff. & manu. testa. l. Stichus. de hæred. instit. l. si ita scriptum. de pœnit. dist. 2. qui dicit. & q. 1. opponitur. extra vt lit. non contest. accedẽs. qñque sumitur pro vt C. de nouo Co. fac. §. quibus, qñq; ,p vel C. de sacrosan. eccle. l. iubemus, §. œconomus de hoc dixi cap. Execrabilis.
g Despiciat,] idest spernat vel cõtenat.
h Profecto,] id est certe.
i Foris,] id est extra obseruantias communes religionum.
K At si. aliàs quasi, pro tanquam.
l Desides.] idest à sua cõitate discordes
m Despexerant.] id est preuerant vel cõtemperant.
n Internæ.] idest intrinsecæ & mentalis.
o Conformis obseruantiæ.] quasi dicat à sua cõitate non discrepantis: sed eidem se aptãtis, vt dixi 3. 1. 6. qua propter.
p Efferet.] id est extollet, quia discrepantes ad communitatẽ ordinis sunt reuersi. Zenzelinus.

Immo multa tisfatiã sumitur.

Diuisio textualis.

QVia nõnunquã.] Ista constitutio diuisibilis est in partes quinq;. In prima, harẽga quædam siue Papalis excusatio præmittitur In secunda cõstitutionis Nicolai papæ iij. aliàs iiij. recitatio subiũgitur. ibi, Sane dudũ. In tertia, ipsa cõstitutio annectitur ibi, Nos autẽ, &c.

Affirmatiua duplicata negatio ponit.

In quarta, quæ dã certa facta protestatio subsequitur. ibi, per suspensionem, &c. In quinta, ꝙ præsens cõstitutio publice patere debeat, facta pollicitatio subinfertur ibi, Ne autem in posterum, &c.
q Nonnunquam.] idest quandoque, vt duplicata negatio pro vna affirmatione exponatur, plenex dii in c. cum inter nonnullos.
r Coniectura.] idest probabilis humanæ naturæ præsumptio.
s Experientia,] scilicet facta, quæ dicitur via rerum efficax. extra de elect. q̃ sit. in 6. C. de Iusti. Cod. cõfir. circa fi. primæ colũ. in corpore auth. quib. mo. na. effi. su i, §. illud tamen. col. 7.

vtiq; & professionis eius a velut b matris contemplationis & electionis suauia & dulcia pocula c, vt inueniam te foris d ab eiusdem obseruãtijs quodã modo disparem, & deosculer blande, videlicet intra charitatis uiscera te complexus: & iam, me e, immo f & te nẽmo despiciat g, profecto h quos foris i positos multi ac sik diuisos & desides l fortas se despexerant m, intus, puta intra dilectionis internæ n præcordia & conformis o obseruãtiæ claustra repositos, iam nemo despiciat, sed suscipientes eosdẽ dulcedine quisque digne laudibus efferet p & susceptos. ¶ Nulli ergo, &c.

¶ *Præmisso qualiter glossantes decretalem, Exiit qui seminat. eo. tit. lib. 6. excommunicationem ipso facto non obstantibus quibuscunque priuilegiis incurrunt, illam excommunicationem vsque ad sedis Apostolicæ bene placitum suspendit: Et per*

t Nociuum ostendit.] iuxta hoc alibi scribitur, quod credebat coniectura prodesse, experimento inuenitur inutile. in corpore authen. hæc constitutio inno. consti. col. 8. in prin. & exhinc fuit sumptum quod hic dicitur.

istam suspensionem contra Fratres Minores obloquendi non intendit tribuere occasionem.

CAP. II.

QVia nonnunquam q quod coniectura r profuturum credidit, subsequens experientia s nociuum t ostendit, non dẽt reprehensibile iudicari u, si canonum x conditor y canones à se vel suis prædecessoribus editos z, vel aliqua in eisdem contenta canonibus a reuocare b modificare c vel suspendere d studeat †, si ea obesse e potius uiderit quàm prodesse. ¶ Sane f dudum felicis g recordationis Nicolaus Papa iiij. prædecessor noster quandam constitutionem declaratiuam quæ incipit: Exijt. super regula dilectorum filiorum Fratrum ordinis Minorum, quam beatus Frãciscus almus confessor h instituit; promulgauit h: sub certis pœnis arctius k interdicens l, ne concordantiæ m, contrarietates n Iudicari,] simile extra de consangui. & affi. c non debet.
x Canonum,] scilicet generaliter oẽs adstringentium, & ab omnibus habentium obseruari, extra de consti. cap. 1. C. de leg. l. leges sacratissimæ.
y Conditor.] quãlis est Papa.
z Editos,] quos non debet erubescere ex causa penitus etiam tollere: nõ enim erubescimus si quid melius etiam horum q ipsi prius diximus, ad inueniamus, hæc sancire: & competentem prioribus imponere correctionem: nec ex pectare ab alijs corrigi legem. in corpore authen. de nup. §. nos autem. col. 4. nec debet pudere principẽ suum errorem corrigere, qui præpositus est ad aliorum corrigendos errores extra de accusa. c. qualiter de re iud. cum olim. 35. quæst. 9. cap. sententiam.
a Canonibus,] idest & alios canones.
b Reuocare.] scilicet et in totum.
c Modificare.] idest temperate & limitate potest dari. exemplum per c. dudũ. de iudi. Clem. Papa n.
d Suspendere.] quo ad effectum, vt aliquã non ligent, vt infra patebit.
e Obesse.] idest nocere, vel ad noxam seu damnum tendere. de rescrip. statutum. de excepti. pia. lib. 6.
f Sane,] Secunda pars.
g Felicis,] simile de pœnis, c: felicis. lib. 6.
h Promulgauit,] quæ per Bonifacium papam viij. re posita fuit sub titulo de verborum significatione, lib. 6.
i Sub certis pœnis,] quæ colliguntur ex d. cap. Exiit. §. cum igitur.
k Arctius,] id est arcte.
l Interdicens,] eius interdictum antea seruabatur, & merito: quod enim princeps Ecclesiæ interdicit, re putare deberet omnis sibi penitus interd. cũ 93. diff. uandum 11. distin. præceptis. & cap. non decet. 19. diff. in memoriam.
m Concordantiæ,] scilicet iniurium aliorum.

a Contrarietates.] quæ in iure reperiti non debent. C. de ve. iur. enuc. l. tota §. contrarium, & in proxi. de cret. §. sane, & ibi not.
b Opiniones.] quia frequẽter quot capita tot sniæ vnus. §. principaliter, & diuersitatem corporum, &c. extra de concess. præb. quia diuersitatem.
c Lectoribus.] lector volens audientibus, spiceresse talem exhibeat dẽret, ut p genio addiscẽtiu semetipsum possit adaptare, & uerbi sui ordinẽ pro audiẽtium capacitate dirigere, 8. q. 1. oportet, q. n. ea docet q ab audiẽti bus nõ valẽt intelligi, nõ eorum vtilitatem, sed sui ostentationem facit, 44. dist. pariter. Quæ autẽ & qualia in promouendo ad honorem doctoratus exposcãtur: & q̃b. gaudet. de iure priuilegijs doctor factus: & quot nominibus nuncupaturi, vide i si placet quod super his plane notaui extra de mag. ca. cum sit nimis, super verbo, honorem, clem. 5.
d Per quas.] si habes quos, exponas, s. lectores vel expositores: si habes, quas: expone, scilicet glossas.
e Verbum.] forte in sallitellectu obscurũ.
f Ipsius.] s. constitutionis.
g Grammaticaliter.] ut forte recte loquendi usum habeat 2, & inter falsa & uera diiudicet. 37. dist. c. si quis grammaticam.
h Ad litteram exponatur.] ad rudium animos informandos, vti. de iusti. & iure, §. hi c igitur.
i Ipsius.] s. constitutionis.
k Distorqueatur.] idest, per quandam uiolentiam in ducatur seu applicetur ad iactationẽ scientiæ ut plus scire uideatur, 47. dist. §. pariter, in fi. & talis distortio fuit signanter inhibita 3. quia multorum pios aios in uoluere, & ab ingressu religionis Minorum corda possunt subtrahere, ut in c. Exijt, §. cum igitur.
l Sed littera ipsa sonat.] sane intellige mente & sensu seruatis non contritis: non enim sic est cortici ĩræ inhærendum, ut mẽs uel sensus aliquatenus conferendantur 4. extra de iureiur. c. Romani, §. uerum, cle. 5. ff. qui petãt cus. rut l. credendum, de iurepa. l adigere, §. quamuis, de ex m In scriptis.] puta commenta super ista constitutione facienda.
n Expressum.] s. quasi grammaticaliter exponendo.
o Ex certa scientia.] secus ergo si p errorem: errantis enim nullus est cõsensus, ff. de iudi. l. consensisse, de iudicio om. iud. l. si per errorem, quare scriptum est. Scientiam non ignorantiam uolumus obligari, C. de tabu. l. generali, lib. 10.
p In scholis.] & sic in publico, forte disputationis vel repetitionis tempore: hoc enim exposcebat dictadecr. Exijt, §. cum igitur.
q Prædicantes.] puta in sermonibus clero potissime faciendis.

res a, seu aduersæ vel diuersę opiniones b ab ipsius constitutionis lectoribus c seu expositoribus aliquatenus inducantur, nec super constitutione glossæ fiant ab aliquibus, nisi forsan per d quas verbum e vel sensus ipsius f, vel ipsa constitutio quasi grammaticaliter g & ad h litteram exponatur: nec intellectus ipsius i per legentem distorquetur k ad aliud, quam constitutionis eiusdem littera l ipsa sonat: glossantes autem in m scriptis constitutionem eandem aliter quàm superius est expressum n, facientes quoque commenta, scripturas seu libros, & ex o certa scientia & deliberatione determinãtes in P scholis, seu prędicantes contra contenta in constitutione prædicta, vel aliqua seu aliquod prædictorum r (nõ obstantibus s aliquibus priuilegijs seu indulgentijs, aut litteris Apostolicis, quibuscunque personis, dignitatibus, ordinibus, aut locis religiosis vel sæcularibus generaliter vel singulariter sub quacunque forma vel expressione verborum concessis: quæ noluit aliquibus in prædictis quomodolibet suffragari) ipso t facto excommunicationis u sententiæ voluit x subiacere y.

¶ Nos z autem attendentes quod argumentis a frequenter & collationibus latens veritas aperitur b †, quod que sub eadem littera sæpe latet multiplex c intellectus, necnon d esse difficile volentibus constitutionem prædictam perfecte c legere

r Prædictorum.] s. ꝙ peordãtiæ, vel ptratie tates, vel oppositiones essent inducẽdæ, & summæ hic illa verba, ipso facto excõica tionis, &c. q̃ sunt ĩ.
s Non obstãtibus.] istam clausulam tu curiose lector in multis potes decretalib. reperire: sed super ipsa vide quod not. in deer. suscepti.
t Ipso facto.] sic erat ipsa constitutio in hoc canon latæ sententiæ: nihilominus tamen sub pœna officij & beneficij prohibita fuerunt præmissa fieri, vt dicto cap. Exijt. §. cum igitur, sed in hoc fuit cõmiserunt, non sententiæ priuatoriæ inductiua argu. extra de celeb. Missa. dolentes, cum ibi no. & ĩ. etiam innuitur.
u Excommunicationis.] s. maioris, q̃ in dubio inflicta vr, de sen. ex. c. si quem.
x Voluit.] scilicet Nicolaus iij. aliàs 4.
y Subiacere.] quam sententiam a nemine tollì voluit, nisi a Romano Pontifice, vti dicto c. Exijt, §. cum igitur, circa fi-

† De utilitate disputationis ono uide sylua nuptialẽ. Io. de Neuizã. in prin. Fõ.

nem.
z Nos autem.] Tertia pars.
a Argumentis.] quæ frequenter ex iuribus canonicis & ciuilibus inducuntur, ff. de lega. 1. nõ possunt, extra de confir. vti. vel inuti. cum dilecta.
b Aperitur.] iuxta hoc alibi legitur, ꝙ notando & disputando bñ optima ratione aliqua discernuntur, ff. de mune. & hon. l. munerum 2. § mista. E. de aduocatis scribit ꝙ dirimi faciunt ambigua facta causarum suarum gloriosæ uocis munimine, C. de aduo. diuer. iud. l. ad uocati. Sed quæras a me qualiter p collationes habitas latens veritas aperitur? Rideo quia frequenter reuelatur minori quod maior nescit 5. 95 dist. esto subiectus, C. de offi. recto. prouin. l. potioris, quod incessanter prolatum frequenter aliorum sniã tamquam subtiliori rationi subnixum ad retrahitur, ff. de arb. l. si in tres, & arg. de condi. ob causam, l. dedit, §. si quis: de iurepa. l. adiui. fratres, C. de his q̃ in testa. delen. l. proxi.
c Multiplex intellectus.] idem enim sermo multas significationes vel sniã frequenter exprimit, ff. de uer. ob ligationibus, l. quotiens in stipulationibus, de reb. dubijs l. quoties, de reg. iur. in quib. reperies multa iura allegata, per quæ poteris exempla ponere.
d Necnon. repete attendentes.
e Perfecte.] idest cum perfecto & completo intel-

5 Addoribi lij. §. sed neque. C. de ve enu. quẽtex. Bar. §. si. 1. col. 19. li. 3. dicit aureũ, facit gl. & ibi doct. c. ad nostrã de ꝓsue. Fõ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lectu legere. lectura quidem pfecta dici non meretur, nisi diligentissima atq; exactissima legentis interpretatione singula trandant. Instit. de iusti. & iure. §. his igitur. C. de profes. qui in str. l. 1 lib. 11

a ¶ Ac intelligere.] parum enim prodest legere, nisi a adesset itelligere, 11. q. 3. c. eorum 39. dist. c. sciẽdum, ff. de verb. signifi. l. coram, luxta illud: Legere & non intelligere, negligẽ est, argum. de celeb. Miss. c. dolẽtes, in corpore auth. de q. § hæc omnia, & pręcep. col. 6.

b ¶ Deuitare.] cum à vero & perfecto intellectu, qui sine diligenti & exacta interpretatione hẽri non potest, vt prædixi. habent tales desistere, vel pœnas præmissas incurrere.

Veritas est inuestigãda.

c ¶ Volentes.] ad inuestigandam enim veritatis fidem quicunq; pfidens anhelare dẽt, C. de eden. l. 2. 20. q. 5. c. Iudicantem, extra de fide instru. cum Ioannes cum illi comperte cedere habeat opinio. 8. dist. c. veritate ff. ḡ do act. de pecu. est annalis. l. ¶ litum, aliàs est ibi §. iub l. 1.

d ¶ Periculis.] ſ. snia rum, & comminationum.

e ¶ Prædictis.] ſ. quæ interdicta erant per decr. Exijt §. cum igit.

f ¶ Præcipue scholasticę.] de illis præcipue dicit, quia illi p alijs arguere & conferre consueuerunt ad instar diligentis venatoris cũcta rimari volentis, nec transitorio studio vti volẽtes in corpore auth. de q. §. illud, & §. hæc omnia colla. 6.

g ¶ Suborta sint.] ſ. super intellectu dict. decre. Exijt, vt patet per decr. Exiui de paradiso, clem. 5. & patet in extraug. dñi Ioannis, quarum vna incipit: Ad conditorem, alia vero: Quia quorũdam.

h ¶ Periclitari.] ideſt, periculum pati.

i ¶ Verita.] de qua legitur ꝙ sæpius exagitata magis splẽdescit in lucem, 35. q. 9. c. graue. disquisito de singulis, cum non possit ad veritatem aliter peueniri 33. q. vlt. occidit ff. de q. l. de minore, § tormenta, de pœnis l. aut facta, extra de testi. cum causam.

k ¶ Errorib. via pandi.] præcludenda est, siue loquaris de errorib. contra fidem 24 q. vlt. c. quid aũt iniquius, siue de errorib. contra ius scriptum in proœmio Digestorum, § hæc autem omnia de iudi. & iure. l. 1.

l Conferte.] ideſt, collationem habere.

m ¶ Huiusmodi.] ſ. Nicolai. 3.

n ¶ Disputare.] cum disputando & conferendo latens veritas illucescat, vt supra.

o ¶ Prædictas.] quæ ſ. parte proxi colliguntur,

p Comminatas.] ex hoc collige, & ꝙ vbi in aliqua cõstitutione aliquid fieri prohibet simpliciter sub certa pœna, cõtrafaciens, pœnam illam non incurrit: cum talia verba non inducatur snia, sed solum fiat commi natio, vt dixi in parte pcedẽt i in verbo, ipso facto, de hoc hẽs extra de simo sicut de saggita. c. 1. C. cõmina. episto. l. interlocutio. in corpore auth. de armis circa medium, col. 6.

q ¶ Fratrum nostrorum.] hic pores recitare quod super hac clausula dixi in c. Execrabilis.

r ¶ Sedis Apostolicæ beneplacitum.] quod numquam extinguitur donec cotrarium constet, cum omni tempore sedes duret, licet secus sit in bñplacito personæ, ar. in corpore auth. quo oport. epi. §. licẽtiam, col. 1. extra de reſcri. c. si gratiose. li. 6. 1. floca l. 3.

s ¶ Suspẽdẽdas.] talis facta p Papã ſulpcio tollit effectum snia rum, vt tunc aliquis non ligent: nec ẽt cõtra faciẽtem pœnam aliquã incurrere faciunt. Quid autem de ſuspensione facta per alium de snia ex communicationis vel interdicti: vide quod sup his notari cõsueuit de appel. dilectis filijs.

t ¶ Per suspensionem aũt.] Quarta pars.

u ¶ Hmõi.] ſ. factam de phibitionibus & sententijs latis & cõminatis & ipsarum effectibus.

x ¶ Impertiri.] ideſt, concedere.

y ¶ Prædictorum.] ſ. Minorum.

præsentia, dum consistorium teneremus, auctoritate Apostolica duximus usque ad sedis r Apostolicæ beneplacitum suspendendas s. Per suspensionem t autem huiusmodi u nequaquam licentiam cuiquam intendimus impertiri x, quod contra Fratrum regulam prædictorum y dogmatizare z, scribere a seu determinare, prædicare b seu praue c loqui liceat publice uel occulte: quinimmo d hæc omnibus & singulis auctoritate prędicta f districtius in hibemus g.

¶ Ne autem in posterum præmissarum prohibitionum & pœnarum suspensio in h dubium reuocari ualeat, aut alicui propter defectum probationis k impingi l, quod uelut transgressor prohibitionum m

z ¶ Dogmatizare.] ideſt, falsam doctrinam condere: dogma enim consistit in vera doctrina. de confecr. dist. 5. c. vlt. no. 3. d. 1.

a ¶ Scribere.] ideſt in scriptis redigere.

b ¶ Determinare.] puta in cathedra, vel in scholis.

c Prædicare.] in sermonibus.

d ¶ Praue loqui.] ideſt, uel subdole, arg. C. de postu. l. quisquis.

e ¶ Quinimmo.] simile de reſcri. c. tibi, li. 6. ff. de pac. l. iurigentium. § quinimmo, & die super hoc vt dixi in c. Execrabilis.

f ¶ Prædicta.] I. Apostolica.

g ¶ Inhibemus.] talis inhibitio contrarium facientibus pœnam infligi facit extra de consti. cognoscentes. 4. dist. § vlt.

h ¶ Ne autem.] Quinta pars.

i ¶ In dubium reuocari valeat.] ſ. an sit facta.

k Probationis.] cuius facultas non arstanda, sed laxãda est, C. de hære. l. quoniam cognouimus, de reb. cre. l. generaliter, ff. de testi. urent.

l ¶ Impingi.] ideſt, imponi vel imputari & repete, vt seat.

m ¶ Prohibitionum ipsarum.] ſ. factarum constitutione Nicolai 3, aliàs 4.

a ¶ Antedictas.] super. in parte fẽcunda, & d. ca. Exijt. §. cum igitur.

b ¶ Chartas.] simile, ff. de bo. pos. secũdum tab. l. char.

c ¶ Membranas.] quia de membris & pellibus animalium factas simile. 19. dist. c. si Romanorum.

d Eadẽ,] quæ tollit effectum, & ligamen snia rum vt prædixi.

e Maioris Ecclesiæ.] ideſt cathedralis, quę maior debet omnibus alijs ecclesijs reputari cum illis comissis pos fiat per ipsarum paro chianos in eadem ec clesiastica recipi sacramenta. extr. de off. archid. c. officium. & argu. 50 dist. c. in capite.

f Quæ,] ſ. chartæ vel membranæ.

g Sonoro pconio.] si milia verba reperies in c. si fratrũ, & super his & sequẽtibus ver bis dic, vt ibi dixi.

h Publicabunt.] ut extũc probabilis signorantia non valeat allegari. 16. dist. c. quod dicitis, extra de postula. prælator. ad hac. de Iudæ. ca. in nonnullis ff. de instit. a&. l. sed & si quis, §. præscribere. Zenzelinus.

AD conditorem.] ¶ Præsens constitutio diuidi potest in partes nouem. In prima cõstitutionis præmittitur ratio. In secũda constitutionis Papæ Nicolai subiungitur recitatio: ibi, Dudum si quidem &c. In tertia annectitur eiusdẽ cõstitutionis Nicolai incommodæ pro tẽpore multiplex impugnatio: ibi, ĩ §. Quã quam autem. In quarta, simplicis vsus facti in rebus cõsumptibilibus reprobatio: ibi: in §. Quod autem. In quinta ad quoddam obiectum datur rñsio ibi in d. §. Nec obuiat supradictis In sexta ꝙ in rebus consumptibilibus non sit dare simplicẽ facti usum, fit multiplex inductio: ibi, in §. Licet aũt in rebus. In septima cõstitutionis Nicolai inducitur improbatio: ibi, in §. Rursus nedum. In octaua subinsertur ipsa cõstitutio: ibi, Nos itaq;, qui ueritatem. In nona fit certa q̃dã ptestatio: ibi circa finẽ. Per hoc aũt, &c.

i Ad conditorem canonum.] qualis est Papa, qui solus generales canones cõdere potest 28. dist. c. regula. cum multis c. seqq. sic & solus Imperator legem generalem condere potest. 1. C. de leg. l. & vlt.

k Pertinere.] ejus enim est sua uel antecessorum statuta in melius reformare. de reſcri. c. statutum. de sent. ex com. c. alma lib. 6. de re iud. cum olim.

l Obesse.] ideſt, nocere.

De verb. signific. Tit. XIIII. 87

m Potius quàm prodesse.] hoc frequenter contingit ex variatione personarum, causarum, temporum, & locorum. 19 dist. c. sciendum, 61. dist. §. his omnibus, 35. q. 9. c. sententiam. extr. de consangui. & affin. c. non debet, in corpore auth. de nup. §. nos autem, coll. 4.

n Obesse valeant.] præcauenda igitur sunt futura in malũ. vt hic 60. distinction. cum Hadrianus. 27 distinct. in nomine Domini. extra de seruis nõ ord. c. 1 ff. loca. l. si quis domum, §. 1. ad Trebel. l. Lucius, §. penult. de dam. infec. l. qui bona. §. cum prætor.

o Prouidere,] concor. ad hoc in corpore authẽ. de nupt. §. 1. coll. 4. 22. q. 2. cap. magnæ. sic enim est in cęlesti hierarchia, quæ suã ex causã reperit snia m immutasse. eadem causa & q. ca. in commutabili. & ca. vnusquisque.

p Dudum.] secunda pars.

q Felicis.] simile de cẽsibus, felicis. lib. 6.

r Neque domum.] quę indefinite sub in volucro denotauerat per verbum, nihil, hic magis specificate declarat, aliàs videreẽ hic vna negatio superflua; super quo vide quod not. in decret. cum inter nonnullos, in 2. gl.

Allegatio ĩ determinata ẽ admittẽda.

s Fuerat declaratũ.] non dicit, vbi; & sic not. argum. pro indeterminata allegatione quòd sit admittenda. adhoc de cohabi. cleri. & mulie. c. uestra. qui filij sint legiti. p venerabilem §. ult. de vita & honest. cleric. cum ab omni. C. de summa tri. l. 1. & in epistola, inter claras, per Hostien. de seruis non ordi. cap. consuluit. & per Petrum de Samp. d. c. uestra.

t Hoc. scilicet quòd professores ordinis sancti Francisci nihil sibi approprient.

u In communi.] super hoc verbo & præcedenti dic vt dixi in cum inter nõnullos, sup eisdem verbis.

x Detrahere.] & male, detrahentem enim proximo Deus persequitur. 23. q. 4. qui peccat. nam vna species homicidij est proximo detrahere. nam quantum in detrahere enim est, bona, quæ alicui a Deo collata sunt, negare vel inuertere. arg. ff. de iniur. l. item apud. §. hoc autem fere. de pœnit. distinct. 1. cap. homicidiorũ. & ibi no.

Dominium rerum, quæ peruenieban ad Fratres Minores retentum ab Ecclesia Romana, simplici vsu facti Fratribus ipsis reseruato in ca. Exiit qui seminat. eo. tit. lib. 6. sum mus Pontifex refutat multiplici ratione probãs eos non posse habere in re aliqua simplicem vsum facti: & statuit, quòd de cętero nullum ius, nullum que dominium habeat Ecclesia Romana in huiusmodi rebus, quæ in posterum conferentur vel offerẽtur ipsis Fratribus. Hæc extrauagans est multum in

ridica, & subtilis in plerisque locis, præsertim vbi probat vsum simplicem non posse constitui in rebus vsu consumptibilibus.

CAP. III.

ADconditorem; canonum non est dubium pertinere k, cum statuta à se vel prædecessoribus suis edita obesse; percipit potius m quàm prodesse, ne vlterius obesse n ualeãt prouidere. o

Dudum p siquidem felicis q recordationis Nicolaus 4. prædecessor noster attente prospiciens in almi confessoris beati Francisci regula contineri, quòd nihil sibi appropriet, neque domũ r neque locum, neque rem aliquam aliam sui ordinis professores: ac considerãs diligenter, quòd per piæ recordationis Gregoriũ Papã ix. & nõnullos alios prędecessores eiusdem fuerat declaratũ, hoc s debere seruari tam in speciali, quàm in communi t, nec nõ & cõsideranter attendẽs nonnullos Fratribus ipsis detrahere x, impin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Impingentes.] i. imponentes.
b Declarationes huiusmodi.] f. factas per Gregorium & suos prædecessores.
c Oblatrantium.] i. obloquentium in malum.
d Claudere.] ne aliàs ex hoc contra ipsos fratres insurgat infamia.
e Professorum ipsorum.] scilicet religionis sancti Francisci.
f Conscientijs.] quas forte scrupulosas habeant semper habẽdo proprium.
g Et sinxit.] f. Nicolaus iij. aliàs iiij. extra de verb. sig. Exijt. §. ad hæc cum fratres.
h Vtensilium.] i. paratorum ad vsum, argu. ff. de supell. leg. l. 3. de leg. 3. hoc legatum.
i Librorum.] quid librorum appellatione comprehendatur, colligitur, ff. de leg. 3. librorum.
k Mobilium.] vel se mouentium, quæ idem censetur, ff. de verb. signifi. l. mouentium. iuxta quod ibidem per glossam quæritur, an nomina vel actiones nomine immobilium comprehẽdantur. Et primo sentire vr q; sic, tum quia moueri non possunt: tum quia post alia immobilia fit in eis sententiæ executio: post tũ sentit quod censeantur mobilia. Sed super hoc verius probabiliter põt dici, quòd aut nomina vel actiones competunt pro immobilibus: tunc appellatione immobilium ideo comprehẽduntur, quia actionem habens ad rem, ipsam habere videtur, ff. de reg. iu. qui actionem, & arg. ad hoc. C. de prædijs minorum, l. si ad resoluendam, vbi minor remittens actionem restituitur, ac si rem immobilem alienaret: aut competunt pro rebus mobilibus, si quidem annuatim præstandis: tũc idem quia, propter perpetuitatem præstationis immobilium appellatione continentur. C. de sacrosan. eccle. hiubemus, in corpore auth. de non alie. aut permut. reb. eccle. § hoc ergo, col. 1. Sed si competunt pro mobilibus simpliciter debitis, tunc mobilium appellatione comprehendi possunt, argu. ff. de reg. iur. l. minus, & l. qui actionem, & d. l. si ad resoluendam, & C. de quadriennij præscrip. l. 2. & sic potest intelligi quod no. dicta l. mouentium. ad præmissa faciunt in arg. ff. de supell. lega. l. 3. de leg. 3. hoc legatum. de verbor. significa. l. princeps. & l. bonorum, de iure fisci. l. cum, qui ad senatusconsultum Syllan l. cum fisco. non obstat quod dr, quòd postremo fit executione sententiæ in nomimb.

Actiones an noie immobiliũ comprehendantur.

gentes a eisdem, quòd regulam, & declarationes b huiusmodi non obseruabant, pieque considerans ora contra præmissos fratres oblatrantium c claudere d, ac professorum e ipsorum conscientijs f prouidere, inter alia ordinauit, & sanxit g, omnium vtensilium h & librorum i, rerumque mobilium k, & præsentium, & etiam futurorum, ecclesiarum quoque & oratoriorum, ac cœmeteriorum, tam præsentium, quàm etiam futurorum, necnon & aliarum emptarum & eleemosynis diuinis oblatarum seu concessarum dictis Fratribus (in quibus tamen offerentes seu concedentes ipsa, nihil in ipsis sibi ducerent reseruandum l) proprietatem, & dominium plene m ac libere n ad se, & Romanam Ecclesiam pertinere, ipsa o in P se recipiens, ac antedictam q Ecclesiam, simplici r vsu facti dumtaxat in rebus, & bonis huiusmodi reseruato Fratribus antedictis.

ET si deceat quoslibet subditorum curam exercere sollicite, & per omnia velut lucis filios ambulare: hoc tamen præcipue ab ipsis exigitur, qui constituti per altitudinem dignitatis vt in specula, circa commissas sibi plebes pastorum simul & custodum partes implere tenentur, & coram ipsis laudabilium operum exemplo lucere. Ad nostrum sane peruenit auditum, quod nonnulli pontificali prędicti dignitate, gregum suorum custodiam negligentes, & abhorrentes lucem tamquam filij tenebrarum, non verẽtur se ab ouium suarum cura, mercenarij more, tempore longo sub ducere, & pontificali dignitate reiecta, non erubescunt vagari per deuia sub habitibus transformatis, ac contempto de exhibendo paribus & superioribus honore præcepto, sic abiecti & indecori interdum ad sedem Apostolicam clanculo declinare præsumunt, vbi more noctuæ cuius intuitum nox illuminat, excecat, de die latentes, horis tenebrarum, quos suis arbitrantur conformari desiderijs visitant, suos eis euomentes conceptus iniquos, & conspirationes forsan illicitas aduersus nos & alios pertractantes, & demũ abinde (non absque notabili sedis prædictæ contemptu) reuerentia tam consueta quàm debita nõ exhibita Romano Pontifici, & nec ab ipso petita licentia, nec obtenta, recedunt.

¶ Nos igitur & ipsius sedis honori in hac parte prospicere, ac talium insolentijs finem impo-

Dñiũ legale ꝙ humanũ quale est: & an fuerit ab initio introductum.

Aliud est dñium ꝙ secundum legistas uocatur legale dominium: & ita nominat Accur. ff. de uer. sig. l. recte. secũdum vero canonistas vocat humanum, vt in dicto c. quo iure. De isto legali vel humano dñio dicit. Innoc. ꝙ eius iuris est, ꝙ ad aliquem spectat vel requiritur de iure naturali, ut sunt dñia, obligationes, & huiusmodi & c. Innuẽs expresse, ꝙ rerum dñia & obligationes sunt de iure naturali, ideest, de iure gentium. Non aũt à iure ciuili vel Imperatore, vt actiones, ff. de iust. & iu. l. ex hoc iure. Inst. de rerum di. ui. ꝛ. ferã, ita not. Inno. de const. c. quæ in ecclesiarum, & Compost. dicit ibidem, ꝙ à iure gẽtium descendunt dominia: sed p leges principũ distinguũtur modi, p quos rerum dominia acquiruntur. ff. de acquir. rer. do. p totum & inst. de re diu. p totum. Et de hoc intelligit ꝙ legitur 8. di. quo iure. & sic concordãt in hoc ꝙ dominia sunt de iure gẽtium. Vr mihi ꝙ dominium rerum legale vel humanũ fuit a Deo collatum humanæ creaturæ, & non fuit ab initio introductum iure gentiũ, vel ciuili. Nam Deus omnia quæ creauit, fecit pp rationalem creaturam, & omnia subiecit rationali creaturæ. Gẽ. c. 1. Et sic referuato sibi vniuersali & vero dominio ojus creaturarum, huius dominij utilitatem cessit ab initio humanæ creaturæ quo ad vsum: ꝙ vr intelligere Accursius. C. de iur. do. l. in rebus, sup verbo naturaliter, vbi dicit ꝙ iure primæuo non distinguebantur dominia, nisi quantum ad usum, & c. unde añ ius gẽtium omnia fuerunt communia quousque iure gentium vsibus primorum parentum introductum fuit, quod terræ diuiderentur, & limitarentur, & appropriarent, vt vnusquisque quod suum esset, sciret. Vnde lex dicit, quod iure gentium dominia sunt distincta, non dicit introducta, ut dicta l. ff. de iusta. & iu. l. ex hoc iure. Cum enim iure gentium diuidantur dominia: sequitur quod ante diuisionem erant dominia communia. arg. ff. com. diui. l. 4. circa prin. cum ibi notatis. vnde ex ꝓcessione diuinæ voluntatis dominij rerum causatur quoddam dominiũ legale vel humanum, ꝙ respectu veri dominij diuini non dr dominium: sed in se consideratum dr verum. Istud vero dominium legale vel

vel humanum prout erat in communi, nõ debet dici iuris gentium, sed diuini. Prout vero cuilibet appropriatur vel acquiritur hoc dominium, sic consideratum est iuris gẽtium. Et tale dñium non est apud papam tantum, sed apud oẽs, qui iuste ac quiruntur: & ex quo semel acqsitum est, nõ licet pape vel alicui alteri auferri, vel occupare sine iusta cã, quia esset contra ius naturale diuinum, quo vnicuiq; dictum est: Ne faciat alteri, quod sibi non vult fieri, vt in prin. decretorum. Et Dominus dicit in Euãgelio: Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerũt patres tui, ꝙ ꝙ. nullus alter. facit a thoc C. de cohorta. l. si quis, li. 12. Et hoc intelligo sine causa, quia ex iusta cã posset aliquis priuari ab homine, vel à iure tali dominio. ff. de relig. & sump. fun. l. si quis sepulchrum, C. pro quib. cau. ser. li. acci. per totum, & ff & C. de bo. dam. ꝙ totum. Vnde per hoc respondetur ad ar. ꝙ quantum ad humanũ creaturam illa subest spirituali potestati, sicut dictum est. Sed dñia rerum aliarum sunt apud singulos q iuste acquirunt: verum est de dominio legali vel humano, sed diuinum dñium est apud Deum. Nec est cõtradictio, diuersis respectib. accepto dominio.

Ad illa iura communia, quę dicunt ꝙ Imperator est dominus mundi, ff. ad leg. Rhod. l. deprecatio. responde vt no. C. de quadrie. prescr. l. bene à Zenone. Petrus Bertrandi.

Ad vniuersalis.

Nere cupientes, de fratrum nostrorum consilio hoc generali prohibemus edicto, ne de cętero præsul aliquis sine sui superioris licentia, nisi pro negotijs Ecclesiæ sibi commissæ, extra suam diœcesim audeat pernoctare: firmiter statuentes, vt quicunque Pontifex ad Romanum curiam veniens, Papale palatium primitus visitet, ad Papam (si hoc patiatur temporis opportunitas) intraturus, ac reuerentiam consuetam & debitum exhibiturus eidem: nullatenus recessurus à curia, nisi ab ipso super hoc petita licentia & obtenta. Quod si secus à quoquam super his fuerit attẽtatum, nos quoscunque prælatos quamuis etiam patriarchali dignitate fulgentes, sic ad sedem accedentes, necnon quolibet alio, qui tales apud sedem ipsam receptare præsumpserint, nisi ante receptionem huiusmodi eidem Romano Pontifici significauerint aduentum illorum: decernimus eoipso notã infidelitatis incurrere ac excommunicationis sententiæ subiacere. Nulli ergo, &c.

De treuga & pace.

¶ Sixtus quintus.

¶ *Sixtus Papa volens discordiam ex pragmatica sanctione subortam sedare, ordinarijs regni Franciæ ad conferenda beneficia sex menses concedit. Facultatem concedendi sex gratias sibi retinet. Beneficia Cardinalium, & eorum qui Cardinalibus sunt familiares in regno Franciæ existentia, suæ dispositioni vsque ad certum tempus reservat. De beneficijs promouendorum quid fieri debet, ostendit. Causas beneficiales in prima instantia vult in partibus terminari, in quibus ante diffinitiuam sententiam (nisi in vno casu) vetat appellari. Quid de causis in curia pendentibus faciendum sit, narrat. Si autem eadem causa in diuersis curijs diuersis respectibus tractatur, quonam pacto terminanda sit, hic recitatur. Taxas beneficiorum editas à Ioanne xxii. seruandas censet. Tandem tempus ponit, intra quod vult ista acceptari & seruari.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. I.

Discordia est extinguenda & pax conseruanda.

ADuniuersalis Ecclesiæ regimen diuina disponente clementia, vocatis, inter alia pro commissorum populorum votiua dilectione nil occurrit præstantius: quàm exorta inter personas ecclesiasticas (principis tenebrarum astutia,) discordiarum fomenta per nostræ follicitudinis occursum protinus extinguere, vt cuiusuis altercationis salubriter exulsis seminibus, pacis & tranquillitatis dulcedinem inter creditos nobis populos (diuina nobis assistente gratia) imponere & conseruare valeamus. Cupientes itaque, vt insscitata retroactis temporibus discordia (proh dolor) in regno Franciæ, Delphinatu, alijsque terris & dominij clarissimi in Christo filij nostri Ludouici Francorum regis illustris, inter nonnullas ex eisdem personas occasione cuiusdam constitutionis, quæ in eodem regno diutius inoleuit, quam personæ prædictæ pragmaticam sanctionem vocant, nesi (quod absit) maiora fomenta sumeret, dãna pariter & grauiora scandala, periculaque subsequerentur, sine debito claudatur & totaliter secludatur: Auctoritate Apostolica ex certa scientia de fratrum nostrorum consilio omnibus & singulis prælatis, & alijs personis ecclesiasticis regni, Delphinatus, terrarum & dominiorum eorundem, ad quos dignitatum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum, terrarum & diminiorum eorundem collatio, prouisio, præsentatio, electio, seu quæuis alia dispositio pertinet: de quibusuis dignitatibus, personatibus, administrationibus, officijs, canonicatibus, administrationibus, officijs, canonicatibus, & præbendis, necnon alijs beneficijs ecclesiasticis cum cura & sine cura, sæcularibus & regularibus ad eorum collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem pertinentibus: quæ deinceps in Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembris mensibus futuris perpetuis temporibus vacare contigerit (dummodo dispositioni Apostolicæ ex aliqua generali reseruatione in corpore iuris clausa, aut per alteram ex constitutionibus felicium recordationum Benedicti xiij quæ incipit: Ad regimen [2], aut Ioan. xxij. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, quæ incipit: Execrabilis. [b] seu constitutiones & regulas cancellariæ Apostolicæ per nos super hoc editas reseruata generaliter non existant) perinde ac si aliquæ à se de Apostolica vel eius legatis expectatiuæ litteræ non emanssent, libere disponendi facultatem cõcedimus per præsentes. Et quia ilti summi Pontifices prædecessores nostri consueuerunt se in concessionibus gratiarum expectatiuarum † personis benemeritis e hibere liberales, nostræ intentionis existit concedere in regno Delphinatu, terris & dominijs regni huiusmodi vltra gratias expectatiuas per nos in eisdem regno, Delphinatu, terris, & dominijs concessas (quibus in aliquo præiudicare non intendimus per præsentes, quasque in suo robore permanere volumus) sex personis idoneis regnicolis, sex alias gratias expectatiuas ad quamlibet collationem, prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem singulorum ex prælatis & alijs personis prædictis. Ex quibus quidem sex gratijs, duæ gratiæ expectatiuæ concedimus duobus clericis regni colis idoneis, pro quibus rex ipse & charissima in Christo filia nostra regina, ac dilectus filius nobilis vir Delphinus Vien. necnon magistri & præsidentes, ac alij officiarij in aliqua ex parlamentis regis eiusdem regni nobis super hoc vna nimiter supplicabũt: qui duo nominati per regem & reginam Delphinum magistros, præsidentes, & officiarios præsatos gaudeant prærogatiuis ad instar familiarium nostrorum cõtinuorum commensalium. Ipsisque sex gratijs consumptis, alias sex gratias similes alijs sex gratijs personis idoneis modo & forma præmissis concedere intendimus.

¶ Volumus autem ac eisdem auctoritate & tenore præsentium decernimus & declaramus beneficia, quę venerabilium fratrum nostrorum sanctę Romanę Ecclesię Cardinalium familiares, continui commensales eorũ familiaritate durante in regno, Delphinatu, terris & dominijs præfatis obtinẽt, & in posterum obtinebunt, dispositioni Apostolicę in posterum cõseri reseruata, quãdiu duntaxat Cardinales præfati vitã duxerint in humanis, ac post obitũ eorundẽ Cardinaliũ per sex annos continue sequentes: Quibus quidem sex annis elapsis, alij ad quos eorundem beneficiorum collatio, prouisio, præsentatio, electio seu quęuis alia dispositio alias pertinet de beneficijs familiarium huiusmodi in regno, Delphinatu, terris

a ¶ Ad regimen.] Hęc habetur infra sub tit. de præben.

b ¶ Execrabilis.] Ista habetur infra sub tit. de præb. cum glo. Guilelmi de Monte Laudano, & etiã inter xx. Ioannis xxii. cum gl. domini Zẽzelini sub eo. tit. de præb.

† Gratia expectatiuas & mãdata quidẽdo ampliãdi concedẽdi circuit cõcilij Trid. sess. 24 de reform. cap. 19

terris & dominijs, præfatis consistentibus, in prædictis mensibus, disponere valeant, huiusmodi reseruatione non obstante.

¶ Concedimus etiam, quòd beneficiorum, quæ promouendi per nos ad dignitates seu beneficia consistorialia ipsarum prouisionum per nos de eorum personis faciendarum obtinebunt, ac in quibus, & ad quæ ius eis quomodolibet competit accompetere poterit per promotiones ad dignitates & alia beneficia consistorialia prædicta, ac munus consecrationis eisdem promouendis impediendum, seu lapsum temporis de consecrandis episcopis à sacris canonibus definiti vacaturorum, si promotiones ipsæ in aliquo ex supradictis mensibus fiant, nisi beneficia ipsa essent aliàs dispositioni Apostolicæ (vt præfertur) reseruata, ad prælatos & personas supradictas: Si vero in alijs mensibus promotiones eisdem fieri contingat, ad nos & Romanos Pontifices successores nostros collatio, prouisio, & omnimoda dispositio pertineat.

¶ Et quoniam sedis Apostolicæ notariorum magnus reperitur numerus, eorundem notariorum, qui habitum per eiusdem sedis notarios gestati solitum publice & continue gestant, & in posterum gestabunt, beneficia in eiusdem regno, Delphinatu, & terris consistentia dumtaxat censeantur reseruata: quodque † omnes & singulæ causæ beneficiales in partibus coram iudicibus competentibus vsque ad diffinitiuam inclusiue in prima dumtaxat instantia, in qua nulli ante diffinitiuam liceat appellare, nec appellatio (si fuerit emissa) debeat admitti, nisi ab interlocutoria uel à grauamine negotium principale minime concernente, quòd non possit per appellationem à diffinitiua sententia reparari. In alijs vero instantijs in curia Romana tractentur, cognoscantur, & fine debito terminentur.

¶ Causæ vero beneficiales pendentes in dicta curia inter nostros aut dictorum Cardinalium familiares continuos commensales, ipsis Cardinalibus in eadem curia præsentibus, seu in aliqua legatione aut recreationis causa secedentibus, necnon præfatæ sedis officiales, officia actu exercentes, aut alios à præmissis, qui per sex menses curiam prædictam secuti sunt, & sequuntur de præsenti curiales & quoscunque alios eorum aduersarios super quibusuis beneficijs eisdem aduersarijs auctoritate ordinaria collatis, per illos quib. commissæ reperiũtur, seu alios per nos ad id deputatos, seu etiam deputãdos iudices audiantur, cognoscantur, decidantur, fineq; debito terminentur, ac executioni debitæ demandentur. Cęteræ vero similes causæ beneficiales inter quoscunque alios pendentes & quæ quibusuis iudicibus seu auditoribus commissæ reperiantur, aliquibus iudicibus competentibus in regno Franciæ auctoritate Apostolica committantur audiendæ, & cognoscendæ, & fine debito terminandæ, cum necessaria earundem causarum aduocatione. Præterea quia aliquæ ex supradictis causis in eadem Romana curia super petitorio, & diuersis curijs ipsius regni super possessorio tractantur: volumus q̃ in eisdem causis in diuersis curijs super petitorio & possessorio vnico & eodem contextu pendentib. (suspẽso petitorio, & censuris super hoc latis) in possessorio, in curijs eorundem iudicum coram quibus causæ possessorij pendeant de præsenti, procedant, causæ quę ipse super huiusmodi possessorio intra biennium terminentur & finiantur. Alioquin biennio elapso, liceat partib. ipsis procedere super petitorio, & vlterius dictis causis expeditis super possessorio: aut hmõi biennio elapso altera partium litigãtium corã iudice competenti auctoritate Apostolica deputato poterit ius suum prosequi ipseq; Apostolicus iudex intra aliud biennium causam i petitorio terminare teneatur. Quod si non fecerit, causa ipsa ab eo auocata, & lis penitus extincta censeatur. Et si forsan aliquis eorundem iudicum cuiusuis ibi commissę causæ expeditionem malitiose prorogare, aut differre præsumpserit, excommunicationis, & omnium beneficiorum priuationis pœnas ipso facto incurrat, à qua quidem excommunicationis pęna absolui nequeat, nisi à nobis & successoribus nostris Romanis Pontificibus prętera quam in † mortis articulo: quodq; decætero in litteris expediendis in regno Franciæ, Delphinatu, & terris alijsq; dominijs prædictis seruentur [a] taxæ super hoc editę per Io. xxj. Papam præfatum: & excessus, si qui fuerint, corrigantur.

¶ Et quia propter assiduas guerras, & nouitates, quæ continue vigent in dicto regno, prętenditur ecclesias, dum vacant grauatas, in ta-

a ¶ Taxæ.] Vide pro hoc extrauagantem. Cum ad sacrosanctę. quæ est inter xx. Ioannis xxij. sub ti. de sent. excom.

Cã cadẽ diuersis respectib. i diuersis curijs tractari potest.

† In mortis articulo nulla est casuũ reseruatio: atq; iõ oẽs sacerdotes quoslibet pęnitẽtes à quibusuis peccatis & cẽsuris absoluere pñt. 3ci. Trid. sess. 14. c. 7. de casuũ reseruatione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

xa etiam reformata in concilio Constantinen si, quæ reducta est ad medietatem antiquæ taxæ, quòd grauatus in eadem taxa prælatus promouendus soluat communia, & minuta seruitia, quæ plures ex Gallis annatam vocant: tantum pro vera æstimatione fructuum ecclesiæ & monasterij, ad quæ sit promotus, eaque in dicta cancellaria & camera Apostolica inuiolabiliter obseruari mandamus.

¶ Et quia in supradictis concessionibus regnum ac regem maxima sumus charitate complexi, credendum est non immerito, vt se denotos & obedientes erga sanctam Romanam Ecclesiam exhibeant. Quare volumus & eisdē auctoritate & tenore statuimus, ꝙ prefatus Rex intra quatuor menses præmissa acceptare & obseruare, acin regno, Delphinatu, & dominijs hmõi obseruari facere, necnon intra alios duos, præfatos quattuor immediate sequentes menses super acceptatione & obseruatione, alijsq; prẽmissis omnib. & singulis per suas patentes litteras nos & sedem præfatam certificare teneatur: Alioquin præsentes litteræ, & inde secuta quæcunq;, sint cassa & irrita, nulliusque roboris vel momenti. Nos enim extunc irritum decernimus & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam nostrarum concessionis, intentionis, voluntatis, constitutionis, declarationis, indulti, mandati & statuti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicę M. cccclxxij. septimo idus Augusti, Pont. nostri anno 1.

¶ Sixtus quartus.

¶ *Discordia inter religiosos Mendicantes & ecclesiarum parochialium rectores in partib. Germaniæ quattuor delegatis commissa, per eos sub certis formis & modis in pacem & cõcordiam conuersa fuit: quam Romanus Pontifex confirmat, præcipiens sub pœna excommunicationis illam à prelatis obseruari.*

CAP. II.

VIces illius, qui supra petram ædificauit Ecclesiam suam meritis licet insufficientibus, gerentes in terris, & per eius immaculata vestigia, quantum nobis ex alto conceditur, incedere satagentes, inter Christi fideles quos libet, & præsertim sub vno atque eodem sacerdotij vexillo nobiscum Deo militantes, pacem & charitatem inducere, & inductam confouere vigilanti sollicitudine meditamur assidue, & quę ijs contraria sunt, falce vigilantiæ pastoralis ad radicem posita submouere, prout rerum & temporum circumstantiæ id non immerito expoſcere dinoscuntur.

¶ Nuper siquidem pro parte tam venerabilium fratrum nostrorum Moguntinen. & Treueren. archiepiscoporum, ac Herbipolen. & Vuormacien. & Spiren. episcoporum, quàm dilecti filij nobis viri Philippi comitis Palatini Rheni, & ducis Bauariæ, qui vnus ex electoribus [a] Romani imperij existit, ad nostrum peruenit auditum, quòd inter dilectos filios Predicatorum, Minorum, & Carmelitanorum ordinum professores, & nonnullos parochiales rectores, & alios etiam ecclesiarū prælatos, instigante illo, qui tamquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, in partibus Germaniæ, & præsertim in oppido Eistlingen. Constan. diœcesis suscitata sunt nonnulla dissensionum, & scandalorum fomenta ex certis causis tunc nobis expressis, quæ nisi per vigilantiam pastoralis officij celeriter succurrantur, possent ad scandalum non modicum Christi fidelium illarum partium faciliter peruenire.

¶ Nos igitur attendentes, ꝙ sacrosancta Romana Ecclesia ab eius fundatione primęua in ordine sacerdotali, quem Petrus Apostolus & eius successores obseruarunt, instituta, & per viros prouidos & sacerdotes virtuosos adaucta, & longissimis temporib. feliciter conseruata extitit: Rursusq; animaduertens ꝙ hodiernis temporib. hominum crescente malitia, nisi ager Dominicus cultoribus idoneis, buccinatoribus scriptus sancti, & præconibus verbi Dei (qui præter cæteros in ordinib. fratrum Mendicantium gratia assistente diuina in copioso numero reperiuntur) assidue coleretur, veprib. malorum & sentib. vitiorum omnium celeriter

[a] Ex electoribus. Electores Imperatoris sint septem: tres ecclesiastici, & quatuor laici de quibus per glo in c. ad Apostolicæ, de sent. & re iudic. lib. 6.

Matth. 16.

Sacerdotes dari sub eodē vexillo cum papa milite-re.

Ecclesia Ro. quos fundauit, instituit, & auxit, & conseruauit.

Prædicto-rum multi ordinib. Mendicantium dicti sunt peruagatores.

1. Pet. 5.

celeriter obtuerètur: non potuimus non nisi ab intimis cordis nostri dolere, quòd inter tales viros, qui sẽ mutua charitate diligere, & alter alterius iuxta Apostolum, onera portare deberent, discordię seminarium excitaretur. Vndè cum vellemus super his ea, qua decet maturitate consulere, venerabilibus fratribus nostris Gulielmo Hostiensi & Angelo Prẽnesti. episcopi, & dilectis filijs nostris Iuliano tituli sancti Petri ad Vincula, ac Petro tituli sancti Sixti presbyteris Cardinalibus viuę vocis oraculo commisimus & mandauimus, vt à singulis partibus prędictis vel eorum procuratoribus legitimis, auditis hinc inde propositis, inter eas concordiam tractarent. Qui quidem episcopi & Cardinales statutis loco & tempore connocatis, auditis, & intellectis partibus prędictis (vt prefertur) & in prẽmissis grauiter & consulte procedentes, partes ipsas de communi earundem consensu ad concordiam infrascriptam perduxerunt: Vide licet, quòd ipsi parochiani sacerdotes decæteros non dicant à Mendicantibus hæreses processisse, cum in veritate fides nostra sit illumina-ta, & Ecclesia exaltata per eosdem, & prẽsertim per ordines Prędicatorum, & Minorum, vt iura testantur. Quòdque fratres mendicantes non prędicent, populos parochianos non teneri audire Missam in eorum parochijs diebus festiuis & Dominicis, cum iure sit cautum † illis diebus parochianos teneri audire Missam in eorum parochiali ecclesia: nisi forsan ex honesta causa ab ipsa ecclesia se absentarẽt: quòdque etiam nec fratres, nec curati inducant aliquo modo laicos ad eligendum sepulturam apud eos, & bene caueant propter pœnas, quas imponunt canones, cum sit libera. Quod etiam ipsi Mendicantes desistant prędicare, quòd parochiani non sint obligati saltem in Paschate, Proprio confiteri sacerdoti: quia de iure † tenetur parochianus saltem in paschate proprio confiteri sacerdoti. Per hoc tamen ipsi fratres Mendicantes non censeantur excluſi, quominus secundum iuris communis & priuilegiorum eisdem concessorum dispositionem, confessione; audire, & pœnitentias injungere valeant. Quòd etiam decætero inter ipsos fratres Mendicantes & curatos quo ad effectū prædicandi, horas candi, campanas pulsandi, seruetur consuetudo antiqua, quæ temporibus antiquis seruata fuit in ipso oppido Eslingen. Et casu quo veniat aliqua occasio siue necessitas, non fiat commutatio temporis vel horæ in ipsis prædi-

† Vide cõci lũ Lateran. sub Leone x. sess. 11. in decreto inci pien. Super næ maiestatis.

cationibus fiendis, nisi de consensu partium. Quòdque etiam ipsi fratres in sermonibus eorum non detrahant † prælatis & rectoribus parochialium ecclesiarum: Nec etiam populos a suarum ecclesiarum parochialium frequentia & accessu abstrahant siue retrahant quoquo modo. Et vice uersa ip si rectores & prælati aliquo modo non detrahant Mendicantibus, sed illum fauorem, quem possunt, eis impendant, & in omnibus & per omnia præstant, ita vt vera vnitas & perfecta charitas inter eos ostendatur.

¶ Nos itaque illius iudices gerentes in terris qui apostolis dixit: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis: cupientes super his opportune prouideri, motu proprio, non ad alicuius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam: sed de nostra certa scientia & mera voluntate concordiam prædictam ac omnia & singula per præfatos episcopos & Cardinales ordinata, ad hoc vt perpetuo inconcussa persistant, auctoritate Apostolica, & ex certa nostra scientia approbamus & confirmamus, ac viribus perpetuo subsistere debere decernimus. Supplentes omnes & singulos defectus tam iuris quàm facti, qui forsan interuenerunt in eisdem. Iniungentes nihilominus archiepiscopis, episcopis, plebanis, rectoribus, curatis, necnon prioribus, guardianis, & singulis fratribus ordinum Mendicantium sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, quam contra facientes & quemlibet eorum contra facientem incurrere volumus eoipso: a qua absolui nequeant, nisi de expresso consensu partis læsæ, & debita satisfactione præuia, inuiolabiliter obseruent, & quantum in eis est, ab alijs obseruari faciant. Et insuper quascunque lites & causas coram quibuscumque causarum palatij Apostolici auditoribus seu alibi occasione præmissorum, inter dilectos filios decanum & capitulum ecclesiæ Spiren. & curatum dicti oppidi, ac fratres prædictos indecisas pendentes, illarum status, tenores & formas, & in eis gesta & actitata, præsentibus pro expressis habentes, ad nos harum serie, motu, scientia & auctoritate prædictis adnocamus, & litem seu lites ipsas penitus extinguimus. Et ambabus partibus prænictis huiusmodi consortibus seu illis adhærentibus perpetuum silentium imponimus: Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac

priui-

Iac. 16.

Suppletio quãdoq; fit de iure & de facto. vide no. in c. bone. r. de post. præl. in antiquis.

priuilegijs eisdem fratribus in genere vel in ſpecie conceſſis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo, &c Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno in carnationis Domini cæ. M. cccclxxviij. xv. Caleñ. Iulij, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

LIBER SECVNDVS.

De iudicijs.

Iudicii deſcriptio.

¶ Nota pro rubricæ intellectu. q̃ iudicium eſt actus legitimus trium perſonarum, iudicis, actoris, & rei. Sed contra cap. forus, §. in omni. de verb. ſign. in antiq. vbi dicitur, quòd in omni negotio requiruntur etiã tres teſtes. Sed dic, quod teſtes non ſemper ſunt neceſſarij; ſed quando eſt factum negatum, vel aliæ probationes deſunt. vt dicto §. in omni. & 4. q. 4. cap. 1. Et dicitur iudicium non à iudice (vt dicit Ioan Mona.) ſed à iuris diſquiſitione ſeu diſcuſſione. Nam cauſa eſt dum proponitur, iudicium dum diſcutitur, iuſtitia dũ finitur. dicto cap. forus. de verb. ſign. Vel potes dicere, ſi vis, quòd iudicium non ab actore vel à reo dicitur, ſed à iudice ſicut à perſona principipaliori arg C. de accu. qui explicandi. Et redditur iudicium in inuitum, ff. de verb. oblig. l. inter ſtipulantem. §. 1. Et expone, de iudicijs, ideſt de proceſſibus iudiciarijs, qui enumeran tur in cap. quoniã, extra de prob. Sic accipitur C. de iud. ſancimus. & cap pia de except. lib. 6. in princ. & c. nonnulli. de reſcrip. in antiq. & ff. vt leg. nom. l. etiam in prin. Vel dic de iudicijs, ideſt, de iuris diſquiſitione ſeu diſcuſſione, vt dictum eſt.

Teſtes nõ ſẽ per neceſſarii ſunt.

Iudicij xv. ſignificatione declarantur.

¶ Nota inſuper quòd iudicium habet xv. ſignificationes. Primo modo eſt actio, vt iudicium familiæ erciſcundæ, ideſt, actio. ff. de iudi. l. iudi. l. in tribus. extra de probat cap. ex litteris, Secundo modo eſt lis ſiue controuerſia, vt iudicium pendet de hæreditate, &c. ff. ad Trebel. l. j. 2. reſponſo. & ff. de pec. quod debetur. Tertio modo eſt auctoritas, vt negotia eccleſiaſtica non ſunt iudicio laicorum diſponenda extra de iudi. cap. decerminus. Quarto modo eſt forus, vt cauſa iuris patronatus debet diffiniri iudicio eccleſiaſtico, ideſt in foro eccleſiæ. cap. quanto extra de iudi. Quinto modo eſt arbitrium. 2. q. 6. à iudicibus, & ff. qui ſatisd. cog. arbitrio. de offic. deleg. ab arbitris. lib. 6. Sic enim arbiter eſt iudex, ergo arbitrium eſt iudicium. Sexto modo eſt vltima voluntas, vt iudicium teſtatoris non debet eſſe caſſum. C. de ſacroſanct. eccleſi. l. 1. de ſpal. licet in fi. lib. 6. Septimo eſt quæſtio, vt iudicium ambiguum eſt ad papam referendum capitulo per venerabilem. §. rationibus, extra qui fil. ſint leg. C. de orig. iur. l. quoniam. Octauo modo iudicium dicitur eſſe diſcretio, vt furioſus & impubes non poſſunt eſſe iudices, quia carent iudicio, ideſt, diſcretione. ff. de iudi l. cum prætor. cap. graue. de præb. in antique. Nono eſt ſententia, vt iudex punire poteſt eos, qui ſuo neglexerint patere iudicio ideſt, ſententiæ. de offi. deleg. cap. de cauſis aliàs, in cauſis de appel. ſi duobus circa fin. de præſcrip. cap. fi. ff. de leg. 3. l. qui concubinam §. ſi hæres & Eccleſiaſtici 18. ibi, Ante iudicium inſtitiam tibi para Decimo eſt inſtantia, vt iudicium petit triennio. l. properandum §. 1. C. de iudi. & capitu. iudi. & cap. venerabilis. eod tit. in antiq. Vndecimo eſt diſcuſſio, vt hic C. & ff. eod tit. & cap. forus. de verb. ſig. Duodecimo eſt poteſtas iudicandi. ff. de iu. iudicium ſoluitur, vetante eo qui iudicare iuſſerat. &c. Tertio decimo eſt pernicies. vnde Apoſtolus 1. ad Corinth. 11. ibi, Qui manducat & bibit indigne corpus & ſanguinem Domini, iudicium, ideſt, perniciem ſibi manducat & bibit: Sic exponitur 4. tent. diſtin. 9 in fi. Quartodecimo eſt pœna, in Matth. Qui occiderit, reus erit iudicio, ideſt, pœna ſic in Ioanne, Qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam qui vero mala, in reſurrectionem iudicii, ideſt, pœnæ æternæ ultimo iudicium dicitur eſſe proceſſus iudicialis. cap. 1. eo. tit. lib. 6. de excep. pia. eo. lib. Et iſta xv. ſignificata his verſibus cõprehendi poſſunt.

Matth. 5. Ioan. 6.

Actio, lis, actor, forus, arbiter, vltima velle:
Quæſtio, diſcret. ſenten. inſtant. diſcuſſio, poſſe:
Pernicies, pœna, proceſſus iudicialis.

Verſus

Vide Ioan. Mona. ſuper rubrica de iudi. lib. 6. & etiam glo. in c. in iudicijs, de reg. iur. lib. 6. Nullibi tamen clarius habentur hæc expoſita, quàm hic.

¶ Ioannes. xxii.

F Requentes.] ¶ Super cathedram.] nunc eſt ſub tit. de ſepul. in cle. & incipit, dudum.

¶ Decretalem, ſuper cathedram, quæ eſt in Clem. in cap. dudum innouata, iubet obſeruari: neque propter illam debent religioſi Mendicantes eſſe moleſti & graues prælatis, neque prælati ipſis religioſis. Et ſi ſint aliquæ iniuriæ vel moleſtationes hinc inde factę, Papa vult iuſtitiæ complementum breuiter exhiberi, ſummarie, ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicii, vel aliter prout qualitas exceſſuum exigit. Non obſtantibus quibuſcunque obſtaculis, quæ poſſent his obuiare.

CAP. VNICVM.

FRequentes, immo innumerolæ quodam modo de diuerſis mundi partibus venerabilium fratrum noſtrorum epiſcoporum, aliornmque ſuperiorum prælatorum, necnon dilectorum filiorũ, rectorũ, curatorũ, & parochiliũ ſacerdotũ querelæ cõtra dilectos filios fratres Prædicatorũ & Minorũ ordinum, noſtri & ſedis Apoſtolicæ excitarunt auditũ, & clamoroſis inſinuationibus excitare & fatigare non ceſſant, quòd ijdem fratres decretalẽ, Dudũ. editã à felicis recordationis Bonifacio papa viij. prædeceſſore noſtro, quæ incipit Super cathedram [a]. Ac per pię memoriæ Clementem Papam v. prædeceſſorem noſtrum in Vienẽſi. conci-

cilio innouatam temere obſeruare non curant: ſed ipſam, tranſgredi non timentes in eiuſmodi ſedis contemptum, animarum ſuarum periculum, & eorundem & eccleſiarum prochialium præiudicium & grauamen. Intelleximus quoque quod plerumque præfatis dictorum Prædicatorum, & Minorum, necnõ Eremitarum ſancti Auguſtini, & Carmelitarum ordinũ fratribus, in cuius ordinis dictorum Eremitarum perſonis idem prædeceſſor Bonifacius conſtitutionem prædictam, in qua tãtum de ipſis Prædicatorum & Minorum cauebatur ordinibus, per omnia voluit poſtmodum integraliter & inconcuſſe ſeruari Et ad quem prædictorum Carmelitarum fratrum ordinem, nos ſubſequenter conſtitutionem eandem quo ad omnia in ea contenta duximus extendendam, à prædictis epiſcopis, prælatis, rectoribus, curatis, & ſacerdotibus, contra tenorem conſtitutionis prædictæ graues iniuriæ atque moleſtiæ in diuerſis partibus inferuntur. Nuper pro parte Vien. fratris noſtri archiepiſcopi Burdegalen. & dilectorum filiorum capitulorum maioris Burdegalen. & aliarum eccleſiarum, prioratuum, conuentuum, rectorum, curatorum, ſacerdotum, & vicariorum parochialium, ac clericorum tam regularium quam ſæcularium ciuitatis & diœceſ. prædictarum nobis extitit intimatum, quòd prædicti eorundem Prædicatorum, Minorum, Eremitarum, & Carmelitarum ordinum fratres contra tenorem decretalis eiuſdem, multa eiſdem & eorum ſingulis grauamina & iniurias inferunt & iacturas. Quia igitur parum eſſet iura condere, niſi qui ea tueatur, exiſtat: Nos uolentes de fratrum noſtrorum conſilio decretalem prædictam, Super cathedram, irrefragabiliter obſeruari: diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mãdamus, quatenus vos vel duo, aut vnus veſtrum per vos, ſeu alium, vel alios etiam ſi ſint extra loca, in quibus eſtis conſeruatores ſeu iudices deputati, tam eiſdem archiepiſcopo, capitulis, prioribus, conuentibus, rectoribus, curatis, ſacerdotibus, vicarijs, ac clero ciuitatis & diœceſ. prædictarum, & eorum cuilibet aduerſus prædictos, quàm econuerſo eiſdem fratribus aduerſus archiepiſcopum, capitula, prælatos, priores, conuentus, rectores, ſacerdotes, vicarios, ac clerum, præfatos ſingulos eorundem efficacibus defenſionib. præſidio aſſiſtentes, ac facientes decretalem prædictã quo ad omnia eius capitula prout iacent, firmiter obſeruari, non permittatis contra tenorem ipſius per memoratos fratres dictorum ordinum eiſdem archiepiſcopis, capitulis, prælatis, prioribus, conuentibus, rectoribus, curatis, ſacerdotibus, vicarijs, ac clero, vel alicui ſeu aliquibus eorundem, nec etiam prædictos archiepiſcopum, capitula, prælatos, conuentus, rectores, curatos, ſacerdotes, vicarios, ac clerum, ſeu aliquem, uel aliquos ipſum eiſdem fratribus grauamina ac iniurias irrogari. Facturi ipſis hincinde quibuſcunque iniurijs, moleſtationibus, grauaminibus, & damnis viciſſim illatis hactenus, & etiam in poſterum inferrendis eiſdem contra tenorem conſtitutionis eiuſdem, in illis videlicet quæ iudicialem requirunt indaginem, ſummarie, [a] ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu iudicij & figura, in alijs uero prout qualitas ipſorum exigit iuſtitiæ complementum: Moleſtatores & maiores huiuſmodi, necnon contradictores quoslibet & rebelles quandocunque & quotie ſcunque expedierit per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibns quibuſcunque exemptionibus, ſpecialibus uel generalibus, tam fratribus & ordinibus prędictis, vel alicui ſeu aliquibus fratrum & ordinum eorundem, quam præfatis archiepiſcopo, capitulis, prælatis, prioribus, conuentibus, rectoribus, curatis, ſacerdotibus, vicarijs, ac clero, ſeu ipſorum alicui vel aliquibus, communiter uel diuiſim, ſub quacunque forma vel expreſſione uerborum ab eadem ſede conceſſis, ac eiuſdem Bonifacij, quo cauetur ne aliquis extra ſuam ciuitatem uel diœceſim niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra dietam vnam à fine ſuæ diœceſis ad iudicium euocetur. [b] Seu ne iudices & conſeruatores à ſede deputati prędicta extra ciuitatem & diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcunque procedere, ſiue alij vel alijs vices ſuas committere, aut aliquos ultra vnam dietam à fine diœceſis eiuſdem trahere præſumant:

a ¶ Summarie, &c.] propter iſta uerba hęc extrauagans ſub hoc titu. fuit poſita. Quæ autem cauſæ ſint ſic decidendæ, vide capitu. diſpendioſam, eodem titu. in cle. Et quid illa uerba importẽt, declaratur per cap. fœpe. de verb. ſigni. in clem.

b ¶ Euocetur.] loquitur de cap. ſtatutum. de reſcrip. lib. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Conſeruatores.] loquit de c. 1. de offi. de ele. lib. 6.

b ¶ Numerum.] vide cap. cum in multis. de reſcrpt. lib. 6.

ſumant: dummodo vltra duas dietas aliquis extra ſuam ciuitatem auctoritate præſentium non trahatur. Seu quòd de manifeſtis iniurijs, moleſtijs, & alijs, quæ iudicialem indaginem exigunt (pœnis in eos ſi ſecus egerint, & etiam id procurantes adiectis) conſeruatores [a] ſe nullatenus intromittant, quàm alijs quibuſcunque constitutionibus à Romano Pontifice tam de iudicibus delegatis & conſeruationibus, quàm perſonis vltra certum numerum [b] per literas Apoſtolicas ad iudicem non vocandis, aut alijs edictis, quæ noſtræ poſſent iuriſdictioni, aut poteſtati eiuſque exercitio libere quomodolibet obuiare. Seu ſi tam eiſdem fratribus vel eorum odini, aut alicui ſeu aliquibus fratrum & ordinum prædictorum, quàm archiepiſcopo, capitulis, prælatis, prioribus, conuentibus, rectoribus, curatis, ſacerdotibus, vicarijs, ac clero prædictis, vel aliquibus ipſorum, ſeu quibuſuis alijs communiter, vel diuiſim à præfata ſede ſit indultum, quòd excommunicari, ſuſpendi vel interdici, ſeu extra vel vltra, circa vel alto quocumque modo ad iudicium euocari non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi & de eorum perſonis, locis, hominibus, ordinibus, & nominibus proprijs mentionem. Et quibuſlibet alijs indulgentijs & priuilegijs dictæ ſedis generalibus vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta noſtræ iuriſdictionis explicatio in hac parte valeat quo modolibet impediri. Et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum ſpecialem oporteat in noſtris literis fieri mentionem.

Excõicari ne poſſint, aliq; b. q̃q; cõceditur.

¶ Cæterum iudicibus ſeu conſeruatoribus quibuſcunque per litteras Apoſtolicas ſub quacumque alia quàm præſenti verborum forma vel expreſſione confectas, & eiſdem prædictorum Prædicatorum, Minorum, Eremitarum, ac Carmelitarum ordinum fratribus, ſeu ipſis ordinibus communiter vel diuiſim, ſuper damnis & iniurijs, & alijs quibuſcunque rebus ſeu negotijs, alias deputatis & ſubdelegatis eorum præſentibus & futuris auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus, ne aliquem ſeu aliquos auctoritate litterarum Papalium prætextu ſeu occaſione quorumcumque damnorum vel iniuriarum ſiue grauaminum contra tenorem prædictæ conſtitutionis, Super cathedram, ipſis fratribus ſeu eorum ordinibus antedictis communiter vel diuiſim à quibuſcumque perſonis illatorum hactenus, & etiam inferendorum in poſterum, coram ſe alioubi deinceps ad iudicium vel alias quo quo modo vocare, ſeu in cauſam aliquatenus trahere præſumant. Inhibitionem huiuſmodi non ſolum ad futura, ſed etiam ad quouiſmodo adhuc pendentia, & incœpta negotia volentes extendi: ac decernentes præfatas literas & proceſſus eorum auctoritate quacunque habitos & habendos ad damna, grauamina, & iniurias huiuſmodi contra tenorem dictæ conſtitutionis illata & inferenda (vt dictum eſt) deinceps aliquatenus non extendi, ac etiam irritum & inane ſi ſecus ſuper præmiſſis per quoſcumque ſcienter vel ignoranter contigerit attentari: Vobis nihilominus iniungentes, vt inhibitionem noſtram huiuſmodi ad dictorum iudicum ſeu conſeruatorum & ſubdelegatorum notitiam, de quibus vobis expedire videbitur, deducere procuretis. Inſuper volumus & auctoritate Apoſtolica decernimus, quòd quilibet veſtrũ proſequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamuis idem inchoans nullo fuerit impedimento præpeditus canonico: quodque à data præſentium ſit vobis & vnicuique veſtrum in præmiſſis omnibus & eorum ſingulis cœptis & non cœptis, præſentibus & futuris & preteritis, licitum procedere, ac ſi prædicta omnia & ſingula coram vobis cœpta fuiſſent, & iuriſdictio veſtra & cuiuslibet veſtrum in prædictis omnibus & ſingulis per citationem vel modum alium legitimum perpetuata extitiſſet, conſtitutione prædicta ſuper conſeruatoribus & alijs quomodolibet in contrarium edita non obſtante. Datum Auinion. decimo Calend. Februarij, Pontificatus noſtri anno xi.

Iurisdictio per citationē ipsius tuae. c. citatis de off. deleg.

De dilationibus.

¶ Ioannes xxij.

¶ *Præmiſſo eleganti exordio, oſtenſiſque periculis quæ*

IN Delictorum.] a ¶ Cudunt &c. vide c. quanto, cum ibi notatis, de iureiu. in antiq. & extrauagantem, ſpondent. de etim.

culis quæ proueniunt ex falſorum florenorum fabricatione, citãtur peremptorie fabricantes, data ſibi dilatone trium menſiũ intra quos coram Papa compareant: aliàs contra ipſos, eorum abſentia non obſtante, proceditur prout iuſtitia ſuadebit.

CAP. VNICVM.

IN delictorum diuerſorum nexibus ac tenebris inuolutos, plerunq; trahit in maiorum ſcelerum præcipitiũ moles præponderans peccatorum: nam & ſi diuerſos diuerſa delicta coinquinent, ſunt tamen nonnulli, qui propriæ ſalutis immemores, delictis communib. & vulgaribus non contenti, ad profana & vetita prorumpentes, ſic damnata cupiditate lucrorum ac inexhauſta eorum voragine deuoluũtur, q̃ dummodo ſuas ingluuies ad quas inhiant, expleant, ſe lucris illicitis immo iacturis ſpiritualibus temere immergentes, honori Dei & animarum ſaluti, ac factorum canonum & imperialib. edictis & iuribus communibus capturas nefarias & lucra illicita anteponunt.

¶ Sane iamdudum ad noſtri Apoſtolatus auditum multorum fide digna relatio ſæpius ẽt repetita perduxit, & fama iam publica per facti euidentiam diuulgata effecit notorium, nonnullos eſſe in Lõbardię ſuperioris, & Marchiæ Ianuenſis partib. qui licentiæ temerariæ laxatis habenis licere ſibi præſumẽtes illicita, cudunt [a] & fabricant, ſeu cudi, & fabricari faciunt florenos auri, ſecundum formã & ſignũ & coinum ac circunferentias literarum, qui in ciuitate Florentiæ (à tempore cuius non extat memoria) cudi & frabricari ſunt ſoliti, & cuduntur & fabricantur etiam in preſenti. Et quamuis dicti florent ad veram florenorum de Florentia ſimilitudinem fabricati, in vero & ſolito florenorum eiuſdem ciuitatis pondere communiter & bonitate auri, & vero floreno rum valore deficiant; ipſi tamen (ſimulata eorum effigie) perſonas vt plurimum ſimplices, & quandoque etiam in huiuſmodi rebus expertas decipiunt, ipſaſq; damnis rerum & periculis perſonarum exponũt, dum pro veris florenis ipſos recipiunt: Cum ẽt præterea in talib. plurimi non habeant inter florenos & floreno s tantę ſimilitudinis peritiam diſcernendi.

¶ Nos itaq; tantis & præcipue animarũ periculis affectu paterno occurrere cupientes: mo nemus oẽs & ſingulos talium preſumptores, ipſis nihilominus diſtrictius inhibentes, quate nus deinceps à cuſione & fabricatione florenorum hmõi ceſſent, & realiter & effectualiter reſipiſcant: Nihilominus p̃ſentis edicti per emptorij auctoritate citantes eoldem ac eorũ ſingulos ſub pęna priuationis iuris, ſi quod eis ſuper cudendis florenis competit (quam ipſos ceſſante iuſto impedimento, ſi in exequendis mandatis noſtris hmõi remiſſi ſeu negligentes fuerint, incurrere volumus ipſo facto) vt intra trium menſium ſpatium à data preſentium numerandum, per ſe vel per procuratorem idoneũ Apoſtolico conſpectui ſe preſentent, pro poſituri quo iure ipſis florenos competat ius cudendi, ac exhibituri priuilegium ſi quod ſuper hoc habeant, vel ius aliud ſi quod ſibi credant cõpetere, oſtenſuri. Et nihilominus ſuper prędictis facturi & recepturi quod iuſtitia ſua debit: Intimantes eiſdem, q̃ ſi non venerint, nos contra ipſos ſuper premiſſis & ea tangentib. procedemus prout expedire viderimus, & ſuadebit iuſtitia, ipſorũ abſentia non obſtante.

¶ Vt aũt huiuſmodi noſtra nuntiatio atq; citatio ad communem omnium notitiam deducatur, chartam ſiue mẽbranam citationẽ atq; monitionem huiuſmodi continẽtes, in maiori Eccleſię Auinion. affigi oſtijs faciemus: Quæ proceſſum huiuſmodi ſuo quaſi ſonoro preconio & patulo iudicio publicabum, vt prędicti moniti & citati, & alij quicunq; qui ſua crediderint intereſſe, vel quos proceſſus ipſe cõtingit, nullam poſſint excuſationem prætendere, q̃ ad eos proceſſus huiuſmodi non peruenerit, vel ignorauerint eundem: cum non ſit verisimile remanere quo ad ipſos incognitum † vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Datum Auinione vj. Calend. Decemb. Pontificatus noſtri anno ix.

† Occultum non p̃ſumi q̃ ob. publicatur.

De dolo & contumacia.

¶ Bonifacius Octauus.

¶ *Citationes etiam extra dies ſolem-*

Rem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diuisio.

REm nõnouã.] Hęc decr. diuidit in quatuor partes: a Nm primo proœmium ad intentum ꝓmittit. Secundo ver. [Est siquidem.] ad hoc probandum plura argumenta induxit. Tertio ver. [Pręmissis.] super ipso intento statuit. Quarto ver. [Non obstãtib.] statutum huiusmodi ꝙ non obstantia munit.

a ¶ Insolitam.] C. de iud. rem non nouam. Et qui est adstrictus ad insolita, non tenet de insolitis ff. de ☞h. emp-fistula. §. frumẽta, & adstrictus simpl'r, tenet de solitis, non de insolitis, ff. de leg. 3. qui saltum, ff. annu. leg. l. Seio. §. fi, vnde adstrictus in genere, ad communẽ modum tenet. ff. de ver. ob. l. continuus, §. cum ita ff. de ædiedi siquis venditor, C. de dona, siquis argẽtũ. §. 1. & adstrictus ad solita faciẽs insolita, de casu tenet, ff. de neg. ge. si negotia absentis.

Adstrict' ad aliqd facien dumad quid tenetur.

b ¶ Peruenire citatio. Jvt lit. non cont. qm̃, §. porro. ff. quod vi aut clam. l. 1. §. sed Aristo. ff. de euic. si ideo §. fi.

c ¶ Quodq; in albo.] arg. ff. de iu. om. iu. si id quod, 1. respon. not. ff. de albo scri. per totum, auth. de li tig. §. omnem, coll. 8. C. quomodo & quando iu. authen. qui semel.

d ¶ Ius. Jhic ex iurib. tam allegatis arguit.

e ¶ Violenter ꝓsumpsisse.] de violenta ꝓsumptione habet extra de præsum. litteras, & c. quanto, & ibi no.

f ¶ Lapidib.] auth. scriptum exemp. l. 2. §. fi. coll. 2. & arg. ff. de orig. iur. l. 2. §. 1. auth. de iu. in fi. coll. 6.

†Fortassis, 'egẽdũ arctet.

g ¶ Rationis.] tumptæ tam ex præcedẽtib. quàm subsequentibus.

nes publicæ factæ de mandato Papę in audientia litterarum Apostolicarum vel Papali palatio affixę ianuis maioris Ecclesiæ loci in quo Papa cum curia sua degit, arctant cunctatẽ ac si ad eum personaliter deuenissent. Restringitur tamen hęc extrauagans ad illos, qui impediunt ne ad eos possit citatio peruenire vel quorum domicilium tunc adiri non potest vt c. 1. de iud. in clem.

CAP. VNICVM.

REm nõ nouã aggredimur neque viam insolitam [a] ambulamus, sed anterioris iuris calcatam vestigijs præsentis constitutionis indubitato roboramus suffragio, & inconcusso munimine stabilimus. Est siquidem iam sancitum, quòd proposituꝫ publicę citationis edictum eum arctet, qui impedit aut facit etiam se celando, ne ad eum possit peruenire [b] citatio, appareatque contumax qui sic agit. Quodque [c] in albo prætoris huiusmodi edicta proposita suæ iurisdictioni subiectos arceant, † & adstringant magis, quàm si voce præconia (quæ innotescit paucis) vel litteris citarentur. Ius [d] quim quod talem modum citationibus posuit, violenter [e] presumpsisse credendum est, vt quæ in eodem albo tot ipsius albi publicum locum frequentantium oculis paterent legenda, ad citati notitiam deuenirent. Vnde ad præbendam omnibus eorum quæ sanciuntur plenam lectionem & notionem, mandatur legem tabulis aut lapidibus [f] sculptam, sanctissimæ Ecclesiæ describi porticibus & affigi.

¶ Præmissis igitur in debitam considerationem deductis, ac in lance irrefragabilis rationis [g] appensis: nos qui vniuersis [h] (disponente Domino) præesse dinoscimur, volentes per hanc nouellam constitutionem aliquid circa prædicta statuta expressius inueniri: declaramus de fratrum nostrorum consilio, & nihilominus hoc edicto perpetuo valituro firmamus & statuimus, vt citationes auctoritate Apostolica de quibuscunque personis vndecunque & vbicunque [i] sint [c] cuiuscunque status dignitatis vel præeminentiæ Ecclesiasticæ vel mundanæ. etiam si imperiali vel regali fulgeant dignitate, præsertim [k] si impediant vel faciant per se vel per alios [l] quo modo ne citationes ipsæ ad eos peruenian, ex quacunque cauſa faciendo vt citando rum domicilia, siue loca tute vel libere adiri non possint: cum (prout scriptum est) existimare debeamus, an eo [m] ire liceat [n] vbi est citatio facienda, perinde ad instar edictorum præfato-

h ¶ Vniuersis.] nõ tñ ī vniuersis causis seu negotijs, vt no. in extrauag. c. vnam.

i ¶ Vbicunq; s.] & sic ligant existẽtes in eadẽ ꝓuincia seu alta, siue ẽt modico freto distẽt, seu si fuerint vltra mare, ff. de ver. sig. notionem, §. 1. C. de dila. l. 1.

Præscribit ne et duplicates.

k ¶ Præsertim.] verbum præsertim, qũq; tenetur comparatiue, aliqñ tenetur ꝓcisiue, vt pro tantum, vt no. extra de simo. pertuas 1. circa fi. & die hic teneri ꝓcipue, vt in casu hic posito, & alijs parem æquitatẽ seu maiorem habentib. vt ☞. no. secus regulariter. Nam ꝙ citatio facta voce præconis vel in albo pro ri ☞ Anglicum, vel Theutonicum, qũ verisimiliter non credebat habere cãm in curia Romana arctaret eum, effet durum & contra ſtylum curiæ, qui non citatum, ab hoſe vl̃à iure vult citari. si negotium ad curiã reuocet ꝙ litteras. Et ꝙ hunc modũ quilibet tenet habere procuratorem in curia: & hoc modo curia oẽs ad se faceret venire: nec iſte citatus in albo prætoris, de quo nõ est ius expressum, vel voce ꝓco nis in palatio Papali, dẽt esse nimis credulus referẽtib. se citatum, ff. de eo ꝙ quem fa. erit. l. 1. §. dolum, nec eulogijs seu relationib. est credendũ. ff. de cust. re. diuus 2. Et nuntio iurato credit. extra de ap. cũ parati. non illi qui non est ꝓco iudicis, extra de proba. quoniam contra.

l ¶ Per alios.] ff. de admi. tu. ita aũt, §. gessit se. extra de sen. excõ. mulieres: §. fi.

m ¶ Eò.] aduerbium est loci, & summunt hæc verba ff. ad Trebe. de ætate.

n ¶ Ire liceat.] tute vel libere, vt premittit: & hęc æstimatio debet esse verisimilis vt timor non sic vanus:

aus: aliàs citatio arctaret. extra de ſpon veniens 2. ff. quod me. cau l. metum. ff. si cui plus quàm p leg. fal. hoc autem, 1. respon. de reg. iur. vani timoris. Nam sicut prouiderunt partibus, quibus nõ patet securus ad iudicẽ accessus, extra de appe. ex parte ita decuit ꝓui dere iudicibus, executoribus, aut apparitorib. eorum ĩcitatio nib. faciendis, quãdo non patet ad partes se curus accessus. extra ut lit. non ꝓtest. tuę. & hic, quo casu dẽt in citatione exprimi. arg. extra 6. lib. de appel. c. Romana §. cum autem, ff. de transac. eũ hi §. vult igitur, & §. si præter. ar. opt. ad hanc distinctionẽ. extra 6. lib. de off. dele. statuimus.

AD cuiuslibet status ecclesię aciem sollicitæ considerationis extendimus, pastorales partes officio vigilanti adhibentes, vt earū singulæ pastorib. gubernentur idoneis, & pro uidis rectorib. disponantur: quorum dispensatione prouida & prouidentia circumspecta (illius cooperante clementia, qui vere pastor & rector agnoscitur) spiritualium & temporalium proficiant incrementis. Nuper siquidem ex certis & rationabilibus causis, quæ ad hoc nostrum animum induxerunt, ciuitatem olim villam montis Albani, tunc intra limites Caturcen. diœcesis constituta, qui locus insignis existit, ac vbertate multiplici hominū & rerū exuberat, de fratrum nostrorum consilio & Apostolicę plenitudine potestatis, ciuitatis vocabulo duximus decorandam: statuentes acēt decernentes, vt ecclesia monasterij illius loci montis Albani monasterij Casa Dei ad Roman. Eccles. nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti Claremoten. diœce. tunc immediate subiecta, ex tunc haberetur & existeret ecclesia cathedralis. postmodum vero de celebri sic salubri prouisione ipsius montis Albani vt sponsi solatio lætaretur, sollicite cogitantes ac volentes illum eidem prefficere in pastorem, de quo certam habe remus notitiā, quòd eum clara morum insignia redimerent, nec esset dubia eius charitas circa plebem suo regimini committendam, & in cuius fiducia consisteret salubriter securitas subditorū: Ad te tunc monasterij prædicti abbatē, quē literarum scientia præditum, vitæ & morum honestate decoratum, discretionis & consilij maturitate conspicuum, in temporalibus prouidum, in spiritualibus circumspectum nobis & fratribus nostris placida tua conuersatio continuata diu apud sedem Apostolicam approbauit, direximus oculos mentis nostræ: quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua nobis & eisdem fratribus ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de ipsorum fratrum consilio & Apostolicæ pleuitudine potestatis eidem ecclesiæ montis Albani prouidimus, præficientes eidem sanctæ ecclesiæ teipsum in pastorem, tibique curam & administrationem illius in spiritualibus & temporalibus committendo, ac tibi postmodum faciendo per venerabilem fratrem nostrum Berengariū episcopū Tusculan. munus consecrationis impendi: Firma

Ecclesiæ cui iuslibet status est p Pa pa attendendus.

Ecclesię spōsus prælat⁹ dicitur esse.

Ecclesiæ viduatæ præsidiendus, in multis dēt esse commē datus.

spe, fiducia tenentes quòd eadem ecclesia mo
nasterij Albani (Dominica assistente clemen-
tia) per tuæ circunspectionis & industriæ stu
dium fructuosum seruabitur a noxijs & ad-
uersis, & spiritualibus & temporalibus profi-
ciet incrementis. Tolle igitur Dei iugum tam
leue collis humilium quàm suaue, ac dile-
ctione, pascendum suscipe gregem eius, super
quem noctis vigilias dilectus sollicitusque cu
stodi, vt liber non pareat aditus inuasori, &
Dominus insuspicabili hora ueniturus si te in-
uenerit sic agentem, cursu consumato, qui
tuo labori præponitur, & horum fide seruata, quæ tuæ sollicitudini committuntur, te re-
pertum fidelem in modico, supra multa consti
stuat, ac in dilecta gaudiorum suorum taber-
nacula introducat. Datum, &c. anno quarto.

Prælatus bo
na multa bo
na facit ecc̃le
sijs: iugũ Dei
est leue &
suaue.

Fidelis ī mo
dico ꝛ. mul
ta constitue
tur.

¶ Idem Hugoni de Mirabello canonico Eburedunen. collectori fructuum primi anni &c.

¶ Declaratur, an collector fructuum primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum Vacantium & Vacaturorum Vsque ad certi temporis spatium deputatorum pro camaræ Apostolicæ oneribus facilius supportandis, possit cum obtinentibus beneficia conuenire, & an altaria dotata cadant sub tali reseruatione; &c.

CAP. X.

POstulasti per Apostolicę declarationis eui
denti..m edoceri, quid tibi super dubijs
infrascriptis circa commissam tuæ industriæ
recollectionem fructuum prędictorum (aliàs
prębendarum aut beneficiorum) imminenti-
bus sit agendum; Tuæ itaque cõsultationi bre
uiter respondentes, te scire volumus benepla
citi nostri esse super fructibus beneficiorum,
quæ ita reperies in solutione decimę iuxta
verum taxata valorem, quòd illum nequaquã
excedunt, cum obtinentibus huiusmodi bene
ficia prout melius & vtilius diœcesanis loco-
rum (in quibus huiusmodi beneficia fuerint,
quorum consilia in hac parte requiras) & ti
bi videbitur, valeas conuenire. Nos enim ip-
sorum diœcesan. & tuam conscientiam super
his oneramus.

Conscientã
aliorũ quã
doque Pa
onerat.

¶ Licet autem quotidianæ distributiones per nos fuerint a perceptione fructuum præ dictorum excluse, hoc tamen volumus de distributionibus ipsis intelligi, quæ dantur eis qui horis intersunt, sic q̃ illæ quæ soluuntur ijs qui sunt in ciuitate vel loco præsentes, quamuis horis non interfint eisdem, non sint ab onere dictæ recollectionis immunes.

¶ Porro declarationem illam factam per nos in deputatione seu reseruatione fructuum prædictorum, vt videlicet non extendantur ad vicarias seu capellanias vt plurimum a decedentibus instituras ad Missas pro ipsis decedentibus celebrandas, certis constitutis redditibus presbytero inibi celebrauti, locum habere volumus in altarib. dotatis certis feudis vsuaticis seu censibus, vt capellanus inibi celebrare debeat pro dantium animabus certis vicibus, singulis septimanis, & in ecclesia cathedrali horis interesse diui nis, dummodo valor annuus ipsorum altarium summam xx. libr. Turon. non excedat. Alioquin includantur in deputatione seu reseruatione prædictis. Vbi vero præbenda fuerit in decima pro tanto taxata, quod parum posset canonico hebdomadario (cui certum pro illa seruitium imminet in ecclesia faciendum) post perceptionem taxationis huiusmodi remanere; volumus quòd de taxatione ipsa pro huiusmodi seruitij onere portionem aliquam congruam prædicto hebdomadario dimittas, pro iam dicta camera nostra residuũ percepturus. Cęterum præbendas illorum, qui taxationem decimæ soluere recusantes abesse velle se simulant, vt taxationem ipsam diminuere compellantur, vt per illorum absentiam huius perceptione taxationis frauderis, quasi vel de præbenda percipere valeas, de qua non percipiunt aliquid, nisi saltem in loco vel in ciuitate præsentes, cum tamen ecclesiæ fabrica tales præbendas ex integro percipere dignoscatur, declaramus sub deputatione seu reseruatione comprehendi præfata, vt videlicet eas iuxta deputationis nostrę modum percipere valeas, canonicorum ipsorum absentia, non obstante. Ridiculum en m esset vt eadem fabrica potiori quàm nos priuilegio in talibus vteretur.

Reddit pro missis cele brandis a decedentib. re cti, nisi ex aliquatenus diminuãtur.

¶ De illis denique qui licet per multos menses tenuerint ecclesias vel præbendas, nihil tamen te percepisse asserunt ex eisdem, cum iuxta consuetudinem patriæ præ-

decessores eorum testari fuerunt de bonis illarum, propter quod ipsi obtinentes tales ecclesias tibi satisfacere nequeunt de fructibus antedictis: nihilominus offerentes, quod tamdiu fructus ecclesiarum ipsarum percipias, donec tibi fuerit inde plenarie sati sfactum, placet nobis & volumus, vt si est ita, oblationi huiusmodi condescendas: per hoc tamen non intendimus consuetudinem approbare prædictam. Datum Auinion. v. Idus Octobris Pontificatus nostri anno secundo.

Testari de bonis ec clesiarum cleri possint, vi de no. in c. 6 Test. de of. deleg. lib. 6.

¶ Idem

¶ Cum Romanus Pontifex pro Ecclesiæ Romanæ necessitatibus fructus beneficiorum Vacantium Vsque ad certum tempus reseruasset, circa illam reseruationem plurimæ ambiguitates ortæ sunt, quas hic solvit.

CAP. XI.

CVm nonnullæ ecclesiasticæ personæ in cathedralibus ecclesijs canonicatus, præbendas dignitates, personatus, & officia, ac alia beneficia ecclesiastica obtinentes, reuocare conentur in dubium, an fructus, redditus, & prouentus primi anni beneficiorum ecclesiasticorum etiam vacantium, & quę in diuersis orbis partibus vsque ad triennium vacare contingeret, quos pro Ecclesiæ Romanæ necessitatibus per nostras sub certa forma literas duximus reseruandos, iuxta tenorem litterarum ipsarum eameræ nostræ soluere teneantur, præsertim cum archiepiscopales & episcopales ecclesiæ ac regulares abbatiæ ab huiusmodi solutione fructuum (vt dicunt) in dictis literis eximantur.

¶ Nos dubitationem huiusmodi amputare volentes, auctoritate Apostolica declaramus, quod cum sub appellatione archiepiscopalis vel episcopalis ecclesiæ aut regularis abbatiæ, huiusmodi præbendæ, dignitates, personatus & officia nequaquam intelligantur, nec etiam includantur prædictos[a] necnon & præbendarum & officiorum, monachorum, monasteriorum regularium, ac redditus abbatiarum, seu abbatum earundem, quæ in beneficijs ecclesiasticis assignantur, distinctos fructus reddi tus & prouentus includi in deputatione prędicta, & dictę cameræ iuxta prædictarum litterarum tenorem debere persolui: ac id idem super solutione omnium fructuum, reddituum & prouentuum commendatariarum curtuum[b] seu grangiarum, monasteriorum, domorum & locorum conuentualium, quæ pro beneficiis ecclesiasticis (vt prædicitur) conceduntur (nisi dumtaxat in fructibus illorum quæ sunt forsan excepta) declaramus & præcipimus obseruari.

¶ Præterea cum in aliquibus ecclesijs tam cathedralibus quàm alijs, panis & potus pro quotidianis distributionibus ipsarum ecclesia rum canonicis & personis de præbendarum ipsarum corporibus pro die quolibet deputetur, & etiam interdum certa quantitas bladi, & quandoque certa pecuniæ summa & aliquando alterum pro altero pro singulis mensibus vel habdomadis etiam canonicis studio rum causa, aut aliàs pro eorum negotijs de licentia capitulorum ecclesiarum ipsarum ab ecclesijs eisdem absentibus exhibeantur, & etiam persoluantur: declaramus auctoritate prædicta, illam bladi quantitatem & pecuniæ summam, quæ pro quolibet mense vel hebdomada dictis canonicis (vt prædicitur) ministrantur, non debere pro quotidianis distributionibus computari, sed illa tantum quæ præfatis canonicis quotidie pro diurnis & nocturnis horis distribuuntur sine fraude.

¶ Adijcimus insuper declarationi prędictæ, quòd si obtinenti curatum beneficium, aliud sibi consimile collatum fuerit, vel etiam in posterum conferatur, post secundi pacificam possessionem adeptam & fructuum perceptionẽ ipsius, nihil de fructibus eiusdem primi beneficij (nisi forsan super hoc dispensatione canonica sit munitus) percipere possit: sed pro dicta camera nostra iuxta formam dictarum literarum recipiantur, & etiam exigantur. Vbi uero fructuum, reddituum & prouentuum beneficiorum ecclesiasticorum non reperiretur certa taxatio, declaramus auctoritate prędicta, quod fructus redditus & prouentus beneficiorum huiusmodi cum vacare contigerit, per medium diuidantur, quorum medietas recipiatur pro camera prædicta; reliquam vero medietatem ille pro sua sustentatione percipiat,

CVM nonnul' læ.]
a ¶ Prędictos.] aliàs prædicta.
b ¶ Curtuum.] alias cultuum.

Distributiones quotidianæ, qũq; ꝑstãt in potu & pane, qñque in alijs rebus.

Horarũ q̃dã sunt diurnæ q̃dã nocturnæ.

Administratores ad voluntatem superiorum quorumq; sunt remouibiles.

piat, qui beneficium huiusmodi dignoscitur obtinere.

¶Grangias autem & alia loca Cistercien sis ordinis & aliorum locorum regularium, in quibus gubernatores seu custodes vel administratores ponuntur ad tempus, & remouentur ad voluntatem superiorum suorum, eorumque fructus, redditus, & prouentus auctoritate declaramus eadem in deputatione prædicta ac literis nostris super illa confectis aliquatenus non includi, Nulli ergo omnino, &c. Datum Auinione Nonis Ianuarij, Pontificatus nostri anno quarto.

¶Idem.

¶Fructus amborum beneficiorum, quibus quæ doque beneficiatus priuatur, cameræ Apostolicæ deputantur.

CAP. XII.

CVm nonnullę eccleſiaſticę perſonę reuocare conentur in dubium, an ſi obtinenti dignitatem vel aliud beneficium eccleſiaſticum cui cura imminet animarum, aliud beneficium conferatur, eo caſu quo ambo beneficia ipſa ſucceſſiue vacare contingit, eorundem amborum fructus primo anno quo vacant ratione deputationis fructuum, reddituum, & prouentuum eccleſiaſticorum tunc vacantiũ, & quæ uſque ad certum tempus vacare contingeret quos pro Eccleſię Romanę neceſſitatibus releuandis, per noſtras literas duximus deputandos, noſtræ camerę debeantur: Nos ambiguitatem huiuſmodi remouere volentes auctoritate Apoſtolica declaramus, amborum eorundem beneficiorum fructus, redditus & prouentus (cum vtrumque ipſorum vacet) pro eadem camera debere percipi & haberi. Nulli ergo, &c.

¶Benedictus xij.

¶ Diſpoſitioni Apoſtolicę reſeruantur beneficia curialium, & aliorum ad curiam accedẽtium, vel ab ea recedentium, ſi moriantur in locis vltra duas dietas legales ab ipſa curia non diſtantibus.

CAP. XIII.

AD regimen Eccleſię generalis quamquã immeriti ſuperna diſpoſitione vocati, gerimus in noſtris deſiderijs vt debemus, quod per noſtræ diligentiæ ſtudium ad quarumlibet eccleſiarum & monaſteriorum regimina & alia beneficia eccleſiaſticaiux ta diuinum beneplacitum, & noſtrę intentionis affectum, viri aſſumantur idonei, qui præſint & proſint committendis eis eccleſijs, monaſterijs & beneficijs prælibatis.

¶Premiſſorum itaque conſideratione indu cti, & ſuadentibus nobis alijs rationabilibus cauſis, nonnullorum prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum veſtigijs inhærentes, omnes patriarchales [a], archiepiſcopales, & epiſcopales eccleſias, & etiam monaſteria, prioratus; dignitates, perſonatus & officia, necnon canonicatus & præbendas, & eccleſias, cęteraque beneficia eccleſiaſtica cum cura vel ſine cura, ſecularia & regularia quacumq; & qualiacumque fuerint etiam ſi ad illa perſonæ conſueuerint ſeu debuerint, per electionẽ ſeu quemuis alium modum aſſumi, nunc apud ſedem Apoſtolicam quocumque modo vacantia, & in poſterum vacatura, necnon per depoſitionem vel priuationem ſeu translationem, aut muneris conſecrationis ſuſpenſionem, per fœlicis recordationis Ioannem Papam vigeſimum ſecundum, prædeceſſorem noſtrum, ſeu eius auctoritate factas, & per nos ſeu auctoritate noſtra in antea faciendas vbilibet: Necnõ ſi forſan tempore iam dicti prædeceſſoris aliqui in concordia vel diſcordia electi vel poſtulati, quorum electio caſſata ſeu poſtulatio repulſa, vel per eos facta renunciatio, & admiſſa per ipſum prędeceſſorem vel auctoritate ipſius extiterint, ſeu quorum electorum vel poſtulatorum, & in antea eligendorum ſeu poſtulandorum ac renuntiantium electionem caſſari, vel poſtulationem repelli aut renuntiationem admitti per eos vel auctoritate noſtra contingeret apud ſedem prædictam vel alibi vbicumque: Ac etiam per obitum Cardinaliũ eiuſdem Eccleſię Romanæ ac officialium dictæ ſedis, videlicet camerarijs, vicecancellarij, notariorum, auditorum literarum cõtradictarum, & Apoſtolici Palatij cauſarum auditorum, correctorum, & ſcriptorum literarum Apoſtolicarum ac pœnitentiarii præfatæ ſedis, ac abbreuiatorum, necnon commenſaliũ, & aliorum quorumlibet capellanorum ſedis eiuſdem,

[a] ¶ Omnes patriarchales. Iaccipe J. in fi ne, reſeruamus ordinationi, & cætesa.

Beneficijs vacatibus ſunt aſſumẽdi ri, q illis ꝓſint & ꝓoſint.

Electio caſſata, & poſtulatio repellitur.

Officiarij ꝓpe diuersi ſunt.

eiuſdem & etiam quorumcumque legatorum ſiue nuntiorum, ac in terris Eccleſiæ Romanę rectorum & theſaurariorũ, per dictum Ioannem prædeceſſorem, vel nos ſpecialiter deputatorum, ſeu miſſorum hactenus, vel à nobis deputandorum aut mittendorum in poſterum, nunc vacantia & in antea vacatura vbicunque dictos legatos vel nuntios ſeu rectores aut theſaurarios, antequam ad Romanam curiam redierint ſeu venerint, rebus eximi contigerit ab humanis: Necnon quorumlibet pro quo quibuſcunque negotiis ad Romanam curiam venientium, ſeu etiam recedentium ab eadem, ſi in locis à dicta curia vltra duas diætas legales non diſtantibus iam forſan obierint, vel eos in antea tranſire contigerit de hac luce: Ac etiam ſimili modo quorumcunque curialium peregrinationis, infirmitatis, aut recreationis, ſeu alia quacunque cauſa ad quęuis loca ſecedentium: ſi eos antequam ad dictam curiam redierint in locis vltra duas diætas ab eadem curia (vt præmittitur) non remotis; dummodo eorum proprium domicilium non exiſtat ibidem, iam forſitan deceſſerint, vel in poſterum eos contigerit de medio ſubmoueri: nunc per obitum huiuſmodi vacantia, & in poſterum vacatura: Rurſus monaſteria, prioratus, decanatus, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, officia, canonicatus, præbendas, & eccleſias, cæteraque beneficia eccleſiaſtica, ſœcularia & regularia, cum cura vel ſine cura, quæcunque & qualiacunque fuerint, etiam ſi ad illa perſonæ conſueuerunt & debuerint per electionem aut quemuis alium modum aſſumi, quæ promoti per dictum prędeceſſorem vel eius auctoritate ad patriarchalium, archiepiſcopalium, & epiſcopalium eccleſiarum, necnon monaſteriorum regimina obtinebant tempore promotionum de ipſis factarum nunc vacantia: Et qui per nos ſeu auctoritate noſtra in poſterum ad eadem regimina promouendi tempore promotionis huiuſmodi obtinebunt: Necnon etiam quę per aſſecutionem pacificam quorumcunque prioratuum, dignitatum, perſonatuum, officiorum, canonicatuum & prębendarum eccleſiarum, & beneficiorum aliorum per nos vel eundem Ioannem prędeceſſorem, ſeu auctoritate litterarum noſtrarum, vel ipſius Ioannis prædeceſſoris collatorum, & conferendorum in poſterum, nunc vacantia & in antea vacatura (plena ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis cum fratribus noſtris collatione prębabita, & matura deliberatione ſecuta) ordinationi, diſpoſitioni, & prouiſioni noſtrę (donec miſerationis diuinę clementia nos vniuerſalis Eccleſię regimini pręſidere conceſſerit) de ipſorum fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica reſeruamus: decernentes extunc irritum & inane ſi ſecus ſuper prędmiſſis, & quolibet eorum per quoſcunque quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus quibuſcunque conſtitutionibus à prędeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus editis, quatenus obſiſtere poſſent ſuper enarratis articulis, vel alicui, ſiue aliquibus eorundem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ reſeruationis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auinione tertio Idus Ianuarii, Pontificatus noſtri anno primo. M. CCCXXXV.

¶ Paulus Venetus Papa ſecundus.

¶ Beneficia quęcunque ſint diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruata, per talem reſeruationem ſunt affecta, ita quòd illorum collatio non tenet, ſi per alium à Romano Pontifice fuerit facta.

CAP. XIIII.

Lites ex iuriũ dubijs ſępe oriuntur.

AD Romani Pontificis prouidentiam & circunſpectionem prouidam ſpectare dignoſcitur, dubia iuris (ex quibus liter graues oriuntur indies) ſuę declarationis oraculo terminare, prout negotiorum qualitate & temporum conditione inſpectis, conſpexerit in Domino ſalubriter expedire. Cum itaque nonnulli Romani Pontifices prędeceſſores noſtri per diuerſas

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuersas eorum constitutiones, quas suo tempore dumtaxat durare, voluerunt, quæcunque beneficia ecclesiastica, quæ sui & sanctę Romanæ Ecclesiæ viuentium, & tunc existentium Cardinalium familiares continui commensales obtinebant. & in posterum obtinerent, eorum familiaritate durante, etiam si ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium eorundem vel aliàs recessissent, necnon illa quę etiam fructuum & prouentuum cameræ Apostolicæ debitorum collectores; & qui ipsorum prædecessorum temporibus sua officia exercerent, vniti subcollectores durantibus eorum officijs obtinebant, ac in quibuscunq; locis vacauerint, cum irritantis appositione decreti, & deinde prędecessoribus ipsis sublatis de medio, ac eorum beneficiorum occurrentibus vacationibus, inter vtriusque iuris interpretes, etiam officiales Romanæ curię sæpe numero hæsitatum exiterit, an beneficia huiusmodi propter reseruationem & decretum prædicta, reseruata vel affecta remanserint: ita quòd nullus præter Romanum Pontificem de illis disponere potuerit siue possit, reseruatione & decreto obsistentibus supradictis. Ac cum propter ambiguitatem huiusmodi varias quoque iurisperitorum opiniones & discrepationes ipsas aduerteremus; plerumque pro reseruatione & affectione præmissis, interdum vero econtra pronuntiatum & diffinitum fore.

Prælatus vigilẽ pastorẽ imitari dẽt.

¶ Nos qui vigilis more pastoris super his maturo prouidendum esse consilio non indigne censuimus. Et propterea in singulis causis super quibusuis beneficijs ecclesiasticis eandem ambiguitatem quomodolibet concernentibus vsque ad nostrum beneplacitum supersedere mandauimus: cupiẽtes (quemadmodum nostro incumbit officio) dubijs huiusmodi finem imponere: subditorum obuiare dispendijs, & (ne lites fiant penitus immortales) de opportuno remedio prouidere: Felicis recordationis Vrbani quinti. Gregorij noni, Bonifacij octaui Romanorum Pontificum etiam prædecessorum nostrorum, qui ad submouenda altercationum fomenta, & ambiguitates huiusmodi lucidandas, declarationes similes per suas litteras ediderunt, vestigijs in hærendo, ac prouide considerantes effectum per reseruationem manusque appositionem eorundem prædecessorum in dictis beneficijs in esse productum per obitum ipsorum nequaquam censeri debere reuocatum. Romani quoque Pontificis manus appositionem prædictam tantæ efficacię tantæquæ virtutis existere, vt etsi litteræ Apostolicæ super prouisionibus beneficiorum, aut de prouidendo mandatis, in quibus decretum & reseruatio huiusmodi apponuntur, ex aliqua causa suum debitum non sortiantur effectum: facultatem tamen prouidendi de beneficijs taliter reseruatis quibuscunque alijs fuisse ademptam, huius perpetuæ & irrefragabilis constitutionis edicto de venerabilium fratrum nostrorũ sanctæ Romanę Ecclesię Cardinalium consilio, omnia & singula beneficia ecclesiastica sœcularia & cuiusuis ordinis regularia, (etiam si præpositatus, canonicatus, præpositurę, & prębendę, dignitates, personatus, administrationes, vel officia fuerint: etiam si ad illa consueuerint, qui illis præficiuntur per electionem assumi, eisque cura immineat animarum vt præmittitur) reseruata, & per Romanos Pontifices successores nostros canonice intrantes in posterum reseruanda, ac etiam quouis modo vacantia & in antea vacatura: per huiusmodi reseruationem & decretum remansisse, & remanere semper affecta, nullumque de illis (cum primum vacare contigerit) pręter eundem Romanum Pontificem ea vice quouis modo disponere potuisse siue posse, harum serie decernimus & pariter declaramus. Quòd tam in pendentibus etiam per appellationem, quàm in futurum super eisdem beneficijs vt præmittitur, reseruatis, committendis causis, per dilectos filios magistros, capellanos nostros causarum Palatij Apostolici auditores, a que alios quoscunque delegatos & iudices vbilibet inuiolabiliter obseruari: & secundum præmissa, nec aliter sententiari & diffiniri volumus atque mandamus eis & eorum cuilibet, quauis alia super præmissis interpretandi facultate sublata: Decernentes extunc irritum & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę constitutionis, declarationis, voluntatis, mandati & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum se nouerit incursurum. Datum Romę apud sanctum Marcum, anno incarnationis Dominicę M. ccccLxvij. Calen.

Romani Pontificis manus est magnæ virtutis.

Beneficia p. q̃ dicunt affecta.

Hic extra agnos refertur incar. Ioã. 8. subtri. de. cum dilecti Zen sini: hic ponit p. Guliel. de mon. Laudu.

VScepti ri.] Hæc decre. potest intitulari sub titulo, de rescriptis, vel sub tit. de elect. vel ne sede vac vel sub illo, vt eccl. bñ. vel sub illo, de verb. sign. Et diuiditur in quinque partes. Primo ponitur concedendæ constitutionis duplex occasio. Secundo facti, de quo agitur, summaria recitatio. Tertio super taxatis constituitur. Quarto de non taxatis annectit. Quinto non seruantib. diuersa pœna apponit. Secunda, [Cum ita q̃.] Tertio, [Nos ẽ illo.] Quarta. [In illis.] Quinta, [Et si quicquam.] Et sic hæc facta est ad declarationem illorum iurium ẽ. vt eccl. bñ. c. vnico. in fi. ne se. va. va. c. r. ꝑ Inn. de ver. sig. tua. de priuileg si papa, & de prẽb. si tibi ꝓcesso. lib. 6. Gul. de monte Lauduno.

a ¶Suscepti ri.] simile ẽ. de præb. susceptis. lib. 6.

b ¶Dispẽdio.] de his de re fr. dispendia. in prin. lib. 6.

c ¶Ministrorũ.] gũri n. talium intendit hic Papa prouidere, non aũt ꝑsonis singularib. & sic erit perpetuum & fauorabile. ar. 12. q. 2. liberti. maxime cum fiat in fauorem diuini cultꝰ, vt patet ẽ. aliàs, n. mere ꝑsonalia ꝑsonas nõ trãsgrediuntur, immo cum eis pereũt, & maxime dẽnt vt odiosa restringi. inst. de iure natu. §. sed & q̃ principi. ẽ. de reser. quia ꝓ ambitio sam. lib. 6. Notanter ẽt dicit, ministrorum sub nomine officij, non proprio: q. d. hic Papa, prouidere intẽdimus arti & virtuosæ industriæ horum, non naturæ; sicut e contrario vitium hoĩs dẽt haberi odio non natura. 82. dist. odio. & 86. dist. donare. Notabis ẽt hic, q̃ Papa nedum diuino cultui, de quo ẽ. immo ẽt dispendio ministrorum prouidere intẽdit, ẽt principalius & fortius: quod patet in hoc, quod in scripturæ ordine hic præmittit, arg. iurium, ẽ. de ele. si quis iusto, & de ꝓb. mandato. lib. 6 Ex quo sequitur q̃ nedum residentes vere, sicut sunt illi, qui intersunt hoĩs diuinis: immo etiam præsumptiue & iuris fictione, sicut existentes in Papæ vel Cardinalium seruitio, vel studio theologiæ vel similes gaudeant huiusmodi beneficio decret. de quo dicit infra. Guliel. de monte Laudu.

d ¶Et cultus.] multa sunt spãlia in fauorem diuini cultus statuta ẽ. de consti. ex parte, de reser. quia per ambitiosam. li. 6 de cele. Miss grauẽ. cõcil. Viennen. vñ eum cultus diuinus sit iuris publici. 1. dist. ius publicum, pacto priuatorum tolli, seu ipsi renuntiari non

Cal. Septembris, Pontificatus nostri anno tertio.

Ne sede vacante aliquid innouetur.

¶Ioannes uigesimus secũdus episcopus, seruus seruorũ Dei ad perpetuam rei memoriam.

¶ Papa volens prouidere diuino cultui et ministris eiusdẽ, et occurrere dispendiis, quę ipsis quotidie imminent propter occupationes vacantium ecclesiarũ primi anni, quę competũt ex diuersis titulis aliquibus ecclesijs seu personis: statuit quòd quando talis occupatio imminebit in beneficijs, quæ consueuerunt in decimæ solutione taxari, collectores ipsorum annalium sint contenti ipsa summa, pro qua consueuit dari decima, si ipsam eligẽdam duxerint, tali residuo penes eũ cui collatum est beneficium, remanente: uel dimissa eidem summa prędicta, possint dictum resi-

põt. ff. de pac. l. ius publicum, ẽ. de foro comp. si diligenti. maxime cum videatur inhærere præceptis primæ tabulæ, 32. q. 7. quid in oĩb. ex quo vr. q̃ et Papa non possit super hoc sine magna causa dispensare: cum sola infirmitas ab hoc excusat, ne

duum sibi assumere, dum tamen alterum intra decem dies dicti eligãt collectores, aliàs post decẽ dies ipsorum optio in beneficiatum transeat ipso iure. In non taxatis aũt fructus decimabiles illius anni diui dantur per mdiũ, et utriq; eorũ medietas tribuatur: ita quod si alter dimidia noluerit contẽtari, ipsa in volentem transeat ipso iure. Et si quicquam aliquis contra dictam ordinationem receperit, pœnas hic contentas incurrat.

CAP. VNIC.

VScepti regiminis [a] nos cura sollicitat, vt quæ in Ecclesijs non absq; dispendio [b] ministrorum, [c] & cultus [d] detrimento diuini seruari videamus, per appositionem congrui moderaminis in melius reformemus. Cum itaque [e] in nonnullis Ecclesijs [f]

Cultui diuino renuntiari non põt.

hæc? Credo q̃ illa dumtaxat, in qua sunt duo vel plures tanquam facientes vnum corpus, consueuerit conuentus, capitulum vel collegium vocari: & sic nihil faciet ibi pluralitas personarum vel paucitas: dum tñ sint duo vel tres: sed ipsa realitas, s. q̃ ibi conuersent, vnum corpus facientes insimul. Item credulitas gẽtis & opinio, s. q̃ communiter à gentib. ꝑsueuerunt sic appellari & haberi vt tales, hoc dico per iura. ẽ. de elect. nullus, de excess. prælator. dilecta. de proba. p tuas. qui fi. sint legi. tranfinissæ 3. q. 7. §. tria, de præb. de multa. per Inno. Quid ergo erit de Prioratibus monasteriorum Olumat. Cæsæ Dei, Grandimontens. maioris monasterij Præmonstraten. vel similibus, in quorum aliquibus quandoq; consueuerunt esse quattuor monachi, quandoq; associantes Priores ibidem, nunquid collectores percipient talium annalia cum vacabunt? Credo q̃ non dẽant collectores ab istis tamquam à collegiatis excludi: cum tales potius sint tamquam ꝑ modum associationis, quàm collegij seu conuentus ꝑ c. dilecta.

e ¶Cum itaq̃.] Secũda pars.

f ¶Ecclesijs.] de quibus si in priuilegio vel statuto expresse actum est, expressioni stabit, ẽ. de priuil. accepimus. 9. q. 3. quæstus, saluo hoc quod legit ẽ. ꝓsuetudinem vel statuta inferiorum, ẽ. de elec. sæpe. & de offi. ord. præsenti. lib. 6. alias vsus obtinuit, q̃ monasteria seu loca collegiata nõ comprehendant: multominus ipsæ Ecclesiæ cathedrales. arg. ẽ. de præben. c. fi. de conces. præben. dilectus. Si quæras quam Ecclesiam dices collegiatam vel conuentualem quantum ad

Ecclesia q̃ dr collegiata.

Archiepiscopi byteri Bituricē. mutanē mutato pacto.

dilectat de hoc plene notaui ℣. de rescr. & principalis, & de statu. reg. ne in agro. Sed quid de celeraria Ecclesiæ sancti Stephani Tholosæ: in qua de anno in annum mutanē celerarij: vel de archipresbyteratib. dicæ cesis Bituricen. qui ad mutationem archiepiscopi vel capituli in regimine cathedralis. Ecclesiæ renouātur: nunquid à talibus percipient? Credo, q̄ non, cū nō dicantur vacare proprie, nec institutio bñficiorum est apud celeratios seu archipbyteros temporales: sed apud illos potius, quorum isti vices gerunt: sicut dr̄ de vicarijs temporalib in fi. extrauagantis, Execrabilis, & dixi ℣. de offi. vica. quæ de Ecclesijs concil. Vienn. facit ℣. de pbē. c. 1. li. 6. in verb. ppetua. Et idem dico pari rōne de grāgijs monachorum alborum, vel monialium fontis Ebrandi sanctæ Claræ, vel de Prolhano seu filium, & de alijs possessionib. traditis sub annua pensione fratribus de ordine, vel alijs ad vitam vel aliud tempus modicum, q̄ per eorum cessum vel decessum non dicerentur vacare, vt ℣. de præb. quamuis, in prin. li. 6. 16. q. 1 possessiones, facit quod legitur & no. ℣. de præscrip. si diligenti.

† Vide extra. Pii V. Pont. Max. incip. Ꝯrū nimis

a ¶ Obseruet.] sub prætextu priuilegij vel statuti. de quib. ℣. Gul. de monte Lauduno.

b ¶ Et à longos.] & hic vbi consuetudo allegaē. Et sic no. sufficere consuetudinem longi temporis, de quo dicetur plenius infra.

Infinitas reprobatur.

c ¶ Primi, vel secūdi, aut alterius.] vel tertij, vel quarti, seu deinceps: sicut lex de replicationib. inst. de excep. quod in infinitum est ire hodie in aliqu b. locis. q̄ infinita, tamquam dispēdiosa nouis beneficiatis, in illis partib. merito est reprobanda, arg. ℣. de reser. cum in multis, li. 6. Hic quæro primo, si contingat in primo anno bis vacare bñficium: an ille cui primi anni fructus competunt, habebit eos p duos annos? Dicunt q̄dam q̄ habebit à tempore primæ vacationis vsq; ad secundam, & à secunda p totum annum completum, p l. ff. ad senatusconsul. Turp. l. in senatusconsul. um, §. quamquam. Secundo quæro, an posito q̄ de consuetudine mortuus primo anno, fabrica secundo inibi colligeret: si Papa pro se vel p passagio hoc simplr̄ leuādum iusserit, vel iussum p alios ex certa scientia confirmauerit: quo ordine isti leuabunt? Si esset hoc verum, anteferri, non esset dubium: immo ēt dato q̄ nō fit, adhuc vr̄ q̄ Apostolicus dēat præcedere, & in primo anno leuare: licet vltimus sit in concessione, ex quo p curtit cum alijs; iuxta ea quæ legunt ℣. de pb. hi. qui. lib. 6. maxime si adiecerit Papa in suo priuilegio, illis non obstantib. de quib. legitur ℣. de rescrip. aliàs de priuileg. si Papa. lib. 6. vbi dictum est satis de hoc in fine.

Cōsto ad præterita nō pēdētia, nō extēdit: nisi in ipsa caueat.

d ¶ Vacantium.] à tempore. ſ. introductionis ꝯsuetudinis, priuilegij, v. l statuti, & sic alia bñficia, quæ ante istam introductionem. vacare inceptant, licet istis iuuenientibus adhuc erant libera & vacantia: non cadunt sub aliquo istorum, cum constitutio iuris publici vel priuati non extendet se ad præterita vel pendentia, nisi de his expresse caueat in ipsa, in auth. vt cum de appel. cog. in prin. ℣. de iud. dispendiosam, in fi. concil. Viennen. Quod credo verum, si sit ibi adiectio aliqua certi tpis, vt quia dr̄, fructus vacantium per tres annos, qui tunc cursus illius termini incipiet statim post editam publicatam, vel editam si sit decretum, in authenti. vt fa. no. constitu. in princip. ℣. de elect. si eo tempore, lib. 6. ℣. de verbo. sign. abbat a, de elect. quisquis, vel etiam si verbum futuri temporis sit ibi inter tum: puta, vacatura, vel vacabunt, vt ℣. de rescrip. aliàs de priuil. si Papa. li. 6. Secus si dixit simpliciter, fructus vacantium, vt hic videretur, quia tunc intelligi debet ēt de ijs, q̄ inueniuntur tempore concessionis libere vacare aliàs quàm per ademptionem pacificam secundi: quia tunc etiam fructus primi non habebit, vt ℣. de præb. si tibi concesso. ib. 6. & pari ratione idem de p̄mutatis vr̄, vt ℣. dicetur, & dixi ℣. de præb. si plures: concilium. Viennen.

obseruetur [a], & à longis [b] retroactis temporibus, fuerit obseruatum, quòd fructus † primi vel secundi, aut alterius [c] cuiusque sequentis anni, beneficiorum vacantium [d] in eisdem, defuncto, vel fabricæ, aut ecclesijs vel personis habentibus annalia de consuetudine [a]. priuilegio [b], uel statuto applicetur in totum [c], ita quòd illi qui huiusmodi beneficia canonice obtinent, & ad quos alias de iure fructus ipsi spectant vnum ante quam aliud subsequatur: quod de rigore credo verius, sed de æquitate primum p̄ c. p̄dictum, si tibi concesso. & ℣. de rer. perm. licet lib. 6. Sed quid erit si fine alia vacatione beneficij diuidatur. in xij. iuxta decre. ℣. de consti. cum accessisset. sicut factum fuit de præpositura Cæsaraugustana: ita q̄ præpositus qui tunc totum tenebat, habeat nūc tantū vnā de xij. numquid aliæ partes dicentur vacātes? Vr̄ q̄ in altera parte quantumcunque modica saluetur totus titulus & sic nō dicaē vacare: talia ēm nomina, quæ sunt iuris potius quam facti; sicut sunt dignitates, nobilitates, corpora, vel similia, in qualibet parte modica, integra perseuerant: maxime quantum ad ea, quæ in honoribus cōsistūt. hoc dico p̄ iura ℣. de iurepat. c. 1. ff. de seruiu. viæ. no. 16 q. 7. piæ mētis. facit ff. ad munici. l. sicut municipij. ℣. vlt. de consec. dist 4. vbi pars. & dist 5. nō med iocriter. cum similibus. In cōtrarium videtur: quia cum separatorū separata sit ratio, & aliud sit de parte separata à toto, & de specieb. subtractis à genere, quā esset de ipso toto in se integre persistente, & non possit dici quin ex quo partes diuisæ & separatæ fuerint p̄ momentū antequā alicui cōferentur vacantes existerent, & sic affectæ fuerint p̄ iura specialia alicui de cōtentis in hac decret. arg. iuriū ℣. allegatorum. facit ℣. de rescrip. pastoralis. ℣. de offi. deleg. præterea in fin. gl. à ꝓtrario sensu. & de re. iur. in toto. lib. 6. Primū videt verius. Si enim ante concessionē vacantiū Ecclesia aliqua sit vnita alicui dignitati vel præbendæ post cessum vel decessum rectoris; iuxta decra. ℣. de resti. ſpō. cū venissent, & de re. eccl. non alie. si vna. concil. Vienen. si post talē cōcessionē moriat rector vel cedat non habebit eā collector, ℣. de reser. eā re. Sed q̄d erit de altaribus vel beneficijs alijs, quæ ex deuotione de cedentiū, & aliorū quotidie post dictam cōcessionem de nouo constituuntur perpetuo & dotantur? Nunq̄d ipsa ipsi collectores habebunt? Videtur q̄ non: p̄ iura. ℣. de consti. quoniā constitutio. de rescrip. litteras, concil. Vienen. Contrarium videtur per ū. de offi. archi. dilecto. vbi illa consuetudo, quæ de se stricti iuris est, ad monasterium quod de nouo creatur se extendit. Credo q̄ vbi causa priuilegij, statuti, vel consuetudinis huiusmodi de se extēsiua sit in futurum, sicut est hic, futura ēt respiciat, maxime in realibus, quæ quasi sunt fauorabilia, vt in secundis concordantijs, secus q̄n cā est actus trāsiens, maxime in ijs q̄ fauore p̄sona rū fiunt: q̄ quasi sunt odiosa, vt in primis. De hac nota ui ſatis ℣. de vi. & hone cler. quoniā cōcil. Viennen. q̄d credere verum, nisi fructus seu prouentus dictorum beneficiorū essent ad certos vsus deputati: puta ad vitā facerdotis & suæ familiæ, uel cæterorum pauperū in hospitalibus, vel monialiū seu aliorum religiosorum: qui uix de illis possent sustentari: nec habēt unde aliàs uiuerent, nisi per suffragia inde dicata: sicut est de illis redditib. deputatis pro uita pauperum in se de Barchē: quia de talibus nec leuabitur decima, nec dabunt sub uacantib. arg ℣. de præben. significatū. &c. p litteras. & de reli. do. quia contingit. concil. Vienn. immo nec alia q̄ non excedūt. vij libras Turon. prout in expretatus fuit Grego. in cōcil. Lugdu. tēpore quo concessit decimam passagio vltramarino. Guilie de mōte Lauduno.

a ¶ De consuetudine.] & si valet consuetudo q̄ fructus unius Ecclesiæ ad tēpus alij applicent, ut sit membrū unius & eiusdē corporis cū ista eccla militās sit uni

prisi refutatio vtriusque: quæ ambe confuse & vno spiramine ad instar p̄sonarū diuinarū fieri non possunt, immo ad diuersitatem suppositorum habet hic sequi diuersitas actuū, ita q̄ in exercendis illis actib. impossibile est, quin sit dare aliquod instās in quo vacās existat vnum ante quam

Bñficiorum uacantiū fructus an possint mēſę uel alij usui applicati.

ca, & vnū corpus mysticū faciat, vt ℣. de sum trin. fi. miter, §. vna, & de excess prælat. frequens, co. nil. Vnen nēn alij seruiat, facit ℣. de elect. cum non deceat. li. 6. b ¶ Priuilegio.] Istud concedit quotidie papa, vt ℣. de reseri. aliàs de priuile. si papa in verbo, cōcedamus, de præb. in verbo, à nobis, & de verb. sig. tua. super verbo, duximus, indulgēdū. ergo à cōtrario sensu nullus alter inferior hoc poterit: nisi forsan de vno, uel de duob certis beneficijs, & ex causa ante collationē cum capitulo suo, & sic intelligitur quod legitur & notat ℣. vt eccle. benefic. ut nostrum. in fine. Sed contra vide tur per cap. si ℣. de ijs quæ fi. à maio par. c. & uidemus quòd quotidie faciunt episcopi cum capitulis suis assignādo uacantia ipsi fabricæ, mortuo, uel similib. pijs operibus. Hic crederem distinguendum: quia aut hoc priuilegium fit maxime p̄ modum statuti pro aliquo pio usu & necessario ut in casibus prædictis, non tū uti litati mensæ episcopi uel capituli applicando, & tunc vr̄ q̄ ipsi possunt hoc facere: secundum q̄ decimam uel aliam partem beneficiorum suorum ibi possessoribus posset episcopus nedum cum maiori parte capituli, immo cum minori, cum sit in hac parte sanior, & inuitis alijs deputare, ut in c. ex parte. de ijs quæ fi. à maio, par. c. alias pro utilitate mensæ suæ uel sua non possent sine expressa licētia papæ, ut in iurib. ℣. allega tis. hoc excepto tū quod dictum est ℣. ut eccle. benefi. ut nostrum. hoc dico arg. ℣. de reb. eccl. nō alte si una. cōcil. Vienen. Legatus tū ur̄ iudifinicte hos posse facere: cū nō inuenimatnr hoc expresse reseruatū papæ. arg. c. q. 5. quæ de causa de hoc not. in prima parte Spe. tit. de egato. 6. nunc ostendendum. uersi. legatus igit. Sed quid erit de aliis inferioribus ordinarijs, nunq̄d hoc facere poterunt saltē in beneficijs adeos pleno iure spectantibus: sicut sunt dignitates, officia, priora tus, & aliæ administrationes ad ipsos immediate spectantes? ur̄ q̄ sic, cū distinctione facta de eō & capitulo ℣. Sed nunquid uigore priuilegij uel statuti eōi & capituli poterunt ista leuari à beneficijs spectātib. ad inferiores prælatos ipsius dioecesis? Planū est, q̄ si sint exempti, non ℣. de offi. ordi. graue. & de priui. ex parte. unde solus papa & legatus à latere posset eos adstringere ad hoc, ut ℣. de off. leg. c. 1 de uer. sig. uenies in prin. Et itē vr̄ de nō exēptis beneficijs, q̄ ad eos pleno iure spectāt. 16. q. 1. in summa. & c. de monachis & q. 2. uiūs In aliis autem & quibus eōi habēt institutionem, seu confirmationem, uidetur q̄ possint si cut de propriis habent statuere: cum plus habeat in talibus eōs quàm patronus, ℣. de offi. leg. dilectus, & de priuileg. cū & plantare. §. in Ecclesiis ergo, & cætera.

c ¶ In totum.] Not. q̄ dicit hic, in totum, & hoc q̄ se quē nihil inde percipiunt, & ℣. §. sequitur. in prin. integre, & eo. §. circa finē, uersi. forsan. cum integritate percipere, &c. ex quibus concludit, q̄ papa nō intellexit hic prouidere, nec prospicere nisi in casu in quo beneficiari ex toto amittebāt fructus & obuentiones annorū primi, secundi uel ulterius, ergo à ꝓtrario sensu si aliq̄d remanebat beneficiatis, q̄ nō ꝯsueuerint collectores leuare, in isto casu nō prouidet decret. Pone ergo Prior sancti Eusebii Alrisiodorensis, qui cōsueuit ab antiquo accipere grossos fructus præbendarum primi anni in Ecclesia Altisiodorēsi ex integro, reseruatis quotidianis distributionibus neuis canonicis nunq̄d dictis canonicis inibi residētib. uel in seruitio papæ seu Cardinalium existentib. habebit iste prior iuxta hanc decreta. summam, pro qua dictæ glossæ pbendæ soluunt decimam uel residuū quod maluerit eligere: uel potius poterit prout hactenus consueuit totam grossam prebendā accipere relictis quotidianis distributionibus illis qui uolūt inibi residere. Videt

quòd

quòd totã grossam, prout cõsueuit, habebit, per ea q̃ dixi: Nam satis debent sufficere quotidianę distributiones illis qui residẽt: alij aũt sibi imputent: quia tales absentias forsan voluntate sibi quærunt, volantarium. n. & exquisitum procuratum impedimentum neminem excusare

Impedimẽtũ exquisitũ non excusat

dẽt. arg. de excus. veniens. de appel. cum parati. de dila. exposuit, cum ibi not. In ꝓtrariũ vr: nam papa in vtroque casu huiusmodi decret. intelligit prouidere ipsis beneficiatis, qui cõmode nequeunt ad impendendũ seruitium debitum residere vt inf. sequitur. Sed isti nequeunt cum solis distributionibus quotidianis, dato ꝙ resideant, impendere seruitium: cum illud dicatur commode fieri in talibus, quoꝺ sit consideratis nobilitate, scientia, & dignitate, de quo plene no sup. de rescrip. cum adeo. Item intelligit prouidere circa illos: & de illis fructibus dunta xat, qui erant in Ecclesia decimabiles, & de quibus decima solui consueuit: siue decima esset taxata, siue non: quod plene innuit §. inf. eo. in illis vero, in princ. ibi dum dicit, quòd fructus & obuentiones beneficij tunc vacantis, quos in decima soluere consueuit, &c. vnde cum distributiones quotidianæ non sint decimabiles: ergo de illis non curauit hic papa: sed de grossa præbenda dumtaxat, quæ erat decimabilis, vnde cum ista sit ab antiquo taxata, tenetur prior eligere alterum quod maluerit iuxta primum dictum: maxime inter illos qui causa necessitatis vel euidentis & probabilis vtilitatis sunt absentes: iuxta ea quæ leguntur & no. 7. q. 1. §. ambitionis, ℣. de cle. non residen. cum dilectus, durum etenim esset si rector Ecclesiæ posset exigere totam integram decimam à rusticis: qui non fraude, vel dolo vel negligentia, vel maiori sua vtilitate permisit suam segetem destrui: nec patsus fuit eam ad perfectionem venire: sic in proposito de istis quotidianis distributionibus, quæ sine fraude de sua & culpa istis deficiunt: duorũ esset si grossa sua ipsis auferret, qđ alij tribuereť: & sic quasi bis puniretur de illis idẽ ꝓtra oĩa iura, & hoc verius. Sed quid dices de illo residuo, qđ supereset canonicis quolibet anno in cathedralib. & collegiatis Ecclesijs fructibus, quos habẽt ad partem solutis grossis præbendis & distributionibus quotidianis: vel ꝓ nimiam absentiã canonicorum, quæ interuenit in illo anno, vel aliàs. nunquid illud computabitur inter grossas ꝓbendas: sic ꝙ existentes in seruitio papæ vel studentes in Theologia, vel aliàs priuilegiati habẽbũt de his partem: uel potius inter distributiones cõputabit, sic ꝙ soli ꝓsentes hic totũ sibi retinent? Credeŕe ꝙ vbi sunt distincti fructus & redditus, de quib. soluũtur grossæ, à reditib. de quib. quotidianæ solauntur: tunc absentes tales haberẽt partem de solo residuo grossorũ. sed vbi totũ est infimul, & nihil diuisum: tunc de toto residuo dẽnt habere absentes, ex quo à solis distributionib. quotidianis, & non ab alio sunt exclusi. fauorabile est n. priuilegium eorum saltem in illis casibus, de quibus ℣. de cler. non residen. cum dilectus. de magistris.

Distributiones ſunt q̃ actu diſtribuuntur.

c. fi. & per consequens exclusio odiosa: cũ ꝓtrariorũ eadem sit disciplina, vt 32. dist. hospitiolum. Distributiones n. proprie dicuntur, q̃ actu distribuuntur, & non aliæ, arg. ℣. de præb. licet, vnde de toto residuo in hoc casu habebunt partem suam dicti canonici: & ꝓ ꝓ consequẽs isti collectores iuxta ordinationẽ istius decretalis. Si quæras q̃ sit rõ, quòd in hoc casu nihil recipiatur de quotidianis distributionibuss, & tamen de-

stare deberent, nihil inde percipiunt, unde illud inc̃ueniens sequitur, quòd commode [a] nequeunt ad impendendum seruitium debitum residere in Ecclesijs, in quibus beneficiati existunt. ¶ Nos de illo [b] super his remedio prouidere uolẽtes, per quo hi & illi in fructuum perceptione prędictorum participent [c], & Ecclesię debitis [d] seruitijs non fraudentur; presenti [e] decreto statuimus de fratrum nostrorum consilio, quòd illi qui fructus prędictos sibi hactenus integre [f] uendicabunt [g] ex priuilegio pro labore diurno, sicut stipendio militibus, vel diurni denarij. Per primam autem rationem credo omnia sunt communia, quæ per quotidianas distributiones soluuntur, nihil isti recipiant leuatores; sicut fit inter istos regulares quasi communiter, & inter sæculares etiam quandoque: iuxta ea quæ notantur sup. de præben. ratio, &c. exposuisti, secus autem de officijs, & prębendis, seu dignitatibus: etiam inter corpora istarum ecclesiarum collegiatarũ existentibus, ex quo habent bona distincta ab ipso capite; iuxta ea quæ leguntur sup. de præben. mandatum. §. ad beneficia. lib. 6. Quotidianum tamen victum, quem camerarius in monasterio recipit, non recipient isti collectores: licet fructus cameratiæ recipiantur: licet contratium fieri viderim, & male. Sed quæ est ratio, quòd ista membra intra corpus existentia non gaudeant priuilegio capitis, sicut graudent in illo casu sup. de præben. quamuis, §. quamquam, lib. 6. Dic quod fauor, qui est hic, & odium ibi, soluunt contrarium, sup. de regulis iuris, lib. 6. odia. de hoc notaui in dicto cap. quamuis.

Distributiones quotidianæ q̃ bonis capiũtur.

arg. ℣. de parochi. cap. nul. de reg. iur. ac cessorium, li. 6. Secus aũt de separatis, arg. eorum quæ leguntur & nota. de proba. ex litteris, per Inno. ff. de separa. per totum. Vel si forsan de bonis distinctis soluantur, dic ꝙ non cadũt sub gratia: quia non sunt proprie Ecclesiastica bũficia, sed potius quædam salaria, q̃ dantur seruito diurni denarij. Per primam autem rationem credo omnia sunt communia, quæ per quotidianas distributiones soluuntur, nihil isti recipiant leuatores; sicut fit inter istos regulares quasi communiter, & inter sæculares etiam quandoque: iuxta ea quæ notantur sup. de præben. ratio, &c. exposuisti, secus autem de officijs, & prębendis, seu dignitatibus: etiam inter corpora istarum ecclesiarum collegiatarũ existentibus, ex quo habent bona distincta ab ipso capite; iuxta ea quæ leguntur sup. de præben. mandatum. §. ad beneficia. lib. 6. Quotidianum tamen victum, quem camerarius in monasterio recipit, non recipient isti collectores: licet fructus cameratiæ recipiantur: licet contratium fieri viderim, & male. Sed quæ est ratio, quòd ista membra intra corpus existentia non gaudeant priuilegio capitis, sicut graudent in illo casu sup. de præben. quamuis, §. quamquam, lib. 6. Dic quod fauor, qui est hic, & odium ibi, soluunt contrarium, sup. de regulis iuris, lib. 6. odia. de hoc notaui in dicto cap. quamuis.

a Commode.] Nihilominus tamen tenebitur impedere seruitiũ, aliàs peccat, ad instar viri, cui vxor non põt reddere debitum: qui nihilominus eam alimenta re tenetur: sed imputet sibi qui talem accepit vt legitur 32. q. 7. quod proposuisti, & no. 91. dist. clericus.

b ¶ Nos de illo.] Tertia pars.

c Participen.] Ista. n. est bona prouisio, quæ æqualitate eligit: lucrum & damno pensat, & diuidit æqua lance: & ideo statera in manibus eius est posita, vt sic cũ ea gratias, quas facit aliquibus ponderet, vt non per eas alij enormiter aggrauentur: iuxta ea quæ leguntur sup. de re iud. cum causam, in princ. de decimis, fugientes, sup. de priui. petisti, & quod vnus tãtum habeat ius, alius totum lucrum sup. de præ. extitit pandæ. Gusiel de monte Lauduno.

d Debitis seruitijs.] Est ergo seruitium vel obsequiũ diuinum pensio Deo debita, vt sup. de celeb. Missa. c. 1. & c. graui. concil. Viennen. a qua non videť quis posse absolui nisi ipsam restituat, si citra infirmitatem eã subteraxerit, cum non remittatur peccatum, &c. vt sup. de vsur. cum tu. & 91. dist. c. 1. & 2. de hoc plene dixi in dicto c. graui. sup. eo. in princip.

e Præsenti.] versiculus.

f Integre] subaudi. vel in tam pauca quantitate, quòd in ea commode residere nõ posset, vt ℣. dixi, vt sic nullum & inutile hic æquiparentur, sup. de transla. inter corporalia. de frigi fraternitatis.

g Vendicabunt.] condictione ex statuto, cõsuetudine vel priuilegio: cum alia actio non sit hic prodita, licet non sit multum de nomine actionis curandum: dum tamen

Actionis nomen nõ est curandum.

tamen sit recta intẽtio, & verbis apertis & cõgruis ponatur, vt ℣. de iud. dilecti. & c. examinata, vel alias directa rei vẽdicatio intentetur, cũ dominium illis de iure speciali cõperet in his fructibus videatur, sicut de decima de iure communi ecclesijs parochialibus, vt ℣. de deci. parochia nos. Quis habeat verum dominum in rebus Ecclesiæ, dic ut not. Hostiẽ. de pecul. cle. c. fi.

¶ Cæterum uniuersos ecclesiarum prælatos cuiuscumque præeminentiæ status, uel dignitatis existant, ac sacerdotes parochiales & curatos, siue rectores prædictos presentium tenore rogamus, & hortamur attente, nihilominusque eis districte præcipiendo mandamus, quatenus pro diuina & Apostolicæ sedis reuerentia prædictos ordines & professores eorum habentes affectu benuolo commẽdatos, fratribus ipsis non se difficiles, graues, duros, aut asperos, sed potius fauorabiles, propitios, ac benignos, piaque munificentia liberales, se studeant exhibere: sic eos in prædicationis officio, & propositionibus uerbi Dei, acin omnibus alijs supradictis tanquam cooperatores eorum idoneos & laborum suorum participes prompta benignitate recipiant, ac affectuose admitterenõ omittant, ut proinde illis æternæ beatitudinis præmium augeatur, & animarum salutis incrementa felicia procurentur. Nec ipsos lateat, quòd si secus ab eis agi fortasse contigerit in hac parte, Apostolicæ sedis benignitas, quæ ordines & professores eosdem ubere fauore prosequitur & gerit in uisceribus charitatis, contra eos non immerito turbaretur: nec eadem æquanimiter pati posset, quin super hoc prouisionis opportunæ remedium adhiberet, ipsosque nihilominus cælestis indignatio principis digna pro meriti rependentis, cuius obsequia fratrum ipsorũ sedulitas curiosa prosequitur, minime præteriret.

¶ Nulli ergo omnino, &c. cætera.

De decimis.

¶ Bonifacius octauus collectori decimæ.

¶ *Cum Bonifacius decimam certis ex causis hic in principio expressis ab ecclesijs & ecclesiasticis personis exigẽ statuisset, multa dubia circa illam suborta sunt, quę hic clare & prolixe manifestantur*

Vide textum cum glossa in clementina secunda, eo. tit. Vbi hæc extrauagans in multis declaratur.

CAP. VNICVM.

DEclarationes, quas in negotio decimę per nos nuper impositę pro prosecutione guerræ ac negotij regni Siciliæ contra hostes, de ecclesijs & personis ecclesiasticis, per totam Italiam, & cætera loca constitutis volumus obseruari (cuius quidem decimę in illis partib. te superintendentem seu collectorem duximus deputandum) tales sunt: De redditib. & prouetib. leprosariarum, domorum Dei, & hospitalium pauperum, qui in vsus leprosorum, infirmorum, & pauperum conuertũtur, decima non soluetur: Moniales aliæq; regulares personæ, quarum redditus & prouentus ecclesiastici adeo sunt tenues & exiles, quod de illis sustentari non possunt, sed pro habẽdo vitę suæ sustentationem necesse habent publice mendicare, & eleemosynas publice petere, dictam decimam non persoluent. Sæculares quoq; clerici, quorum ecclesiastici redditus & prouentus annui summam septem florenorum auri non excedunt, eandem decimam non præstabunt.

¶ Si vero vna persona plura habeat beneficia, quorum nullum per se acceptum dictam summam septem florenorum auri annuatim attingat, simul tamen collecta in minimis prouentibus summam memoratam excedant, quotquot vel quantumcunq; modica fuerint de omnibus & singulis decima persoluetur: sed non soluetur de piscantijs monachorum. Similiter de his, quæ à Christi fidelibus relinquuntur ecclesijs: vt ex his perpetui emantur redditus: Item de xenijs prælatis & alijs personis ecclesiasticis liberaliter factis, decima non soluetur.

¶ Soluentium decimam electioni seu arbitrio committitur, vtrum ipsam velint soluere per totum tempus quod durabit decima, pro rata prouentuum, quos singulis annis dicti tẽporis ipsos percipere contigerit, an per ipsum tempus pro rata communis æstimationis prouentuum eorundem. Sed vna via electa non licebit alicui variare ad aliam recurrendo. Et fiat & redigatur per collectores in scriptis electio huiusmodi expresse in prima solutione decimæ supradictæ: alioquin iuxta æstimationem communem per totum tempus soluere tenebuntur.

¶ Declaramus autem, quod hi, qui elegerint soluere decimam pro rata eorum, quæ perceperint annuatim, vendant prouentus beneficiorum suorum, quæ personalem residentiam non requirunt, & soluant decimam pro solo precio, quod receperint de eisdem: dum tamen contra hoc in fraudem decimæ nihil omnino agatur. Sed ecclesiastica persona, quæ in ecclesia sua vel beneficio (quod residentiam personalem requirit) non residet, sed facit in eodem per firmarium vel vicarium deseruiri, deputando ipsi vicario vel firmario certã suorum prouentuum portionem: non de vicariatus seu firmarij portione: sed de vniuersis ipsius ecclesiæ vel beneficij prouentibus decimam exhibebit. Beneficia aliqua sunt q̃ personalẽ residẽtiã nõ requirunt.

¶ Declaramus etiam quod de syluis seu nemoribus, quæ non consueuerunt vendi, nil soluetur, nisi forte aliquid de illis venditum fuerit durante decima: & tunc æstimabitur quantum valere debent annui reditus partis vendi tæ secundum assisiam, quæ consueuit fieri de nemoribus in partibus illis, in quibus nemus situatum fuerit: & de sola æstimatione decima persoluetur, & non de eo quod percipietur de dictis syluis seu nemoribus, quæ vendi non consueuerunt, nisi forte vendantur durãte decima: quia tunc soluetur ex venditione pascuagij seu herbagij, aut alterius consimilis prouentus eorundem nemorum & syluarum. Et si non vendantur huiusmodi pascuagia, & similia, non soluetur decima de his: ita tamen quòd in fraudem decimæ nihil contra hoc attentetur. Idemque de pascuis, herbagijs, & cõsimilibus obuentionibus syluarum volumus obseruari.

¶ De stagnis & piscarijs decima sic soluetur: videlicet quod fiet relatio de numero annorum, quibus ante venditionem ultimam vendita non fuerunt, ad quantitatem pretij ex ipsa uenditione ultima recepti: ut pretio diuiso in partes secundum annorum terminum, durante decima soluatur decima ipsa de tot partibus pretij ex ipsa uenditione recepti quot fuerunt anni prædicti: ut si forte sint quinque anni elapsi, ex quo fuerat stagnum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Venditum, & tunc vendantur pro centum florenis, fiant de pretio quinque partes, & pro tribus annis quibus durabit decima, soluetur ipsa decima de tribus partibus præti j tantum, videlicet, lx. florenorum, & multiplicabuntur & minuentur partes pretij prout plures & pauciores fuerint dicti anni. De piscarijs autem fluminum & lacuum, & venationibus siuendantur, & syluis cęduis, idem quod de stagnis fiet. De piscibus stagnorum uel beluis garenarum, quos prousu uel esu suo consumi, uel sine fraude domini contigerit, decima non soluetur. Et quia nounulli obtinent à monasterijs & ecclesijs prioratus, grangias, domos, reddi tus, pensiones, & census, in soluenda de his decima credimus distinguendum; nidelicet an talia in beneficium habeantur, an ex contractu, an ex mera gratia. Si talia in beneficium habeantur, siue hoc sit concessum per sedem Apostolicam, siue per ipsorum monasteriorum, uel ecclesiarum personas, de illorum prouentibus soluetur decima, Cum autem obtinentur talia ex contractu, puta ad pensionem uel firmam annuam, in qua non est facta gratia obtinenti, sed in hoc uterque contrahentium studuit conditionem suam facere meliorem, perceptores pensionis vel firmæ de ipsa pensione uel firma decimam exhibebunt. Si autem quis ante uel post concessionem huius decimæ ad uitam propriam emit prouentus prioratuum uel aliorum prædictorum pro aliqua pecunia, ita quod in hoc ei scienter gratia non est facta, considerabitur quantum æstimatione communi ualeant annui prouentus, prioratus, grangiæ, domus, terrarum, seu reddituum huiusmodi: & secundum hoc ab illis quorum est horum proprietas, qui inde pretium pro futuro tempore receperint, per tres annos decima exhibebitur. Si autem in his gratia facta sit obtinentibus, quia scienter pro minori prætio quàm ualeant, sunt talia uendita uel locata, ipsi obtinentes, & non monasterium uel ecclesia de illo in quo gratia facta est ipsis, & de reliquo illi quorum est proprietas, decimam exhibebunt. Si autem personis aliquibus pro iusta mercede seu remuneratione laboris uel obsequij præstiti uel præstandi talia sunt concessa: ij, quorum est illorum proprietas in decimatione prouentuum suorum, etiam horum prouentus merito numerabunt, & de illis (sicut de alijs quos pro certis suis vtilitatibus expendunt) decimam exhibebunt. Quod si hęc per illos qui ea obtinebant, in alios sunt translata (quia res transit cum onere suo) etiam circa illos, quę prędiximus, seruabuntur. Nec deducentur expensę, quæ pro monachis, qui in talibus prioratibus, grangijs, seu domibus, in beneficium, seu ex mera gratia concessis, ex pacto teneri debent, fieri dignoscuntur. Expensæ autem illorum monachorum vel personarum, quę teneri debent ex pacto in prioratibus, grangijs seu domibus ad iustam firmam seu pensionem concessis, siue determinatæ, siue non, æstimabuntur æstimatione communi, & talem æstimationem monasterium vel ecclesia, cuius illorum est proprietas cum suis prouentibus, decimabit.

¶ Prælati de procurationibus, quas in victualibus percipiunt, decimam non persoluent: sed qui eis præstant huiusmodi victualia in decimatione suorum prouentuum & redditiuum numerabunt & soluent decimam de eisdem. De illis autem procurationibus, quas prælati in pecunia numerata rite percipiunt ab antiquo, & quas perciperent etiam si non visitarent decimam præstare tenentur. Prælatus autem qui procurationem (quam sine visitatione potuit de iure percipere in pecunia numerata) remittit: quia remittit quod sibi debetur, & de quo soluisset decimam, si recepisset illud, tenetur ex tali procuratione decimam exhibere. Si vero procurationem quam tantum in uictualibus licet percipi, fortasse remittit persona ecclesiastica cui remissio facta est, huiusmodi uictualia cum alijs prouentibus suis cum soluet, decimam æstimabit: cum etiam si non esset remissa, hoc facere teneretur.

¶ In soluendo decimam supradictam solę expensę necessariæ, quę fiunt in re ex qua fructus percipiuntur, arando, colendo, & colligendo fructus, sine quibus non possunt inde fructus percipi, deducentur. Expensę autem quæ fiunt in castrorum custodibus, cum fiunt extra rem, vel etiam in ædificijs construendis uel conseruandis, nullatenus deducentur: sic ut nec illę quę in uillis tuendis fierent in guerris seu etiam caualcatis. De ijs quoque quæ consistunt in iurisdictione, mero imperio, regalibus, atque similibus, soluetur decima deductis salarijs moderatis quæ ante cõcessionẽ decimæ cõsueuerunt solui iudicib.

Redditus obtinent ab ecclesijs uarijs modis.

Res transit cum onere suo. 16. q. 1. figs laicus.

Procurationes quas in uictualibus quasi pecunia recipiũt.

Expensæ q dã fiũt in re, quædam extrarem.

Labor est remunerãdus.

& officialibus, similibusque personis, sine quibus iurisdictio & cætera similia nequeunt expediri: ita tamen quòd in fraudem decimæ nihil contra hoc penitus attententur. Sed expensæ officialium, iudicum, & consimilium personarum factæ in vestibus siue victualibus, minime deducentur, sicut nec aliæ expensæ similes factæ circa familiam prælatorum. Ratione autem æris alieni, quo persona soluens decimam obligata consistit, nihil de decima minuetur, etiam si certæ res ecclesiasticæ propter hoc à quoquam fuerint obligatæ. Item de furnis & de molendinis decima præstabitur. Soluetur autem de obligationibus, siue fiant pro benedictione nubentium, pro exequijs mortuorum, necnon de prouentibus singulorum prælatorum, & de emendis, quæ ab excommunicatis recipiuntur. De legatis quoq; sibi & alijs personis ecclesiasticis non personarum, sed ecclesiarum vel officiorum ratione relictis, decima persoluetur.

¶ Pro decima supradicta non exhibebitur pecunia, nisi in illa communiter curreret de mandato domini terræ, & quæ est moneta in locis, in quibus consistent fructus & redditus, vnde decima persoluetur: nec aliqui pecuniam cambire cogentur eandem.

¶ Sed si ex probabilibus seu verisimilibus præsumptionibus apparuerit quisquam pensatis eius prouentibus minus debito notabiliter de decima persoluisse, ita quòd super hoc merito suspectus debeat reputari, ex officio nostro per viros idoneos deputandos à nobis faciemus inquiri ab illis, qui super hoc scire valeant veritatem, videlicet de consilio diœcesani episcopi, vel alicuius deputandi ab ipso, si sit eius subditus, & non aliter, si episcopus ipse vel deputatus ab eo commode possit haberi: & tunc demum & non prius, ille cuius prouentus fuerint taliter æstimati, pro eo quòd minus soluerit etiam nominatim excommunicabitur: si eius contumacia exigerit & visum fuerit expedire. Episcopi autem & abbates, cæteræque personę ecclesiasticę honorabiles non suspectę, proprię conscientię relinquantur: ita quòd sufficiat quo ad tales excommunicationis sententia quę in nullo modo soluentes vel scienter adhibentes fraudem vel malitiam circa ipsius decimę solutionem generaliter proferetur. Super his autem fiet compulsio per censuram ecclesiasticam, prout nobis & illi cui hoc committendum duxerimus, visum fuerit expedire. Proferatur autem (si expediens visum fuerit) excommunicatio generaliter vel specialiter in eos, qui contra solutionem decimę vel suorum æstimationem prouentuum, cum fuerit facienda fraudem vel malitiam scienter duxerint adhibendam.

Fiet autem solutio decimę non ex ipsis rebus, quę percipiuntur de prouentibus, sed in pecunia numerata. Soluetur autem decima illis, quos ad hęc contigerit deputari. Rector parochialis, qui vrgente necessitate ecclesię, puta quia ipse residendo personaliter in eadem per se non sufficeret ipsi curę propter multitudinem parochianorum vel diuisionem parochię suę: sed necesse habet vnum vel duos vel plures capellanos conducere, & eis propter victum salarium constituere, salarium huiusmodi poterit in decimę solutione deducere: sed ratione victus capellanorum ipsorum aliquid non deducet. Quòd si in diuersis ciuitatibus & diœcesibus diuersa beneficia obtineantur, de vnoquoque beneficio in ciuitate vel diœcesi, in qua illud fuerit, decima persoluetur. De eleemosynis vero seu oblationibus datis ad opus fabricę, & maxime de his oblationibus, quę in ciuitatibus & aliquibus castris & locis dictarum prouinciarum in certis festiuitatibus, in candelis & alijs consueuerunt dari & offerri ad opus fabricę deputatis, decima non soluetur. Similiter nec de illis oblationibus, quę colliguntur interdum per laicos, qui consortiales dicuntur: interdum per clericos, quę ad opus consortij reducuntur, & quę offeruntur ut luminaria in ecclesia, cruces & calices & reparentur, & etiam ex illis pauperibus subueniatur, & sepeliantur corpora pauperum defunctorum. Prælati autem & clerici exules cuiuscunque conditionis aut dignitatis existant, de suis prouentibus ecclesiasticis decimam persoluent. Illæ quoque expensę, quę fiunt pro fossatis & alias pro terris ædificandis, vt vberiores fructus producant, & illę quę fiunt in conseruandis & reperandis ędificijs molendinorum, domorum, seu apothecarum & similium & ex quibus fructus & pensiones recipiuntur, & nisi reparentur, fructus ex eis percipi non valerent: de decima huiusmodi minime deducentur. Nec etiam illę, quę fiunt pro custodia castrorum, quamuis fiant maiores solito. Insuper de oblationibus minutissimis,

Capellani põt operas suas locare, vide no. 1 c. significatũ, de præben.

Obligatiões qũq; p laicos, qñq; p clericos colliguntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

simis, quas percipiunt ecclesiasticę personę ratione ecclesiarum suarum pro sepulturis & dandis pœnitentijs, decima persoluetur. Et quia non occurrit nobis quin quotidianę distributiones prouentus ecclesiastici sint, de distributionibus, quę dantur in horis canonicis pręsentibus, debere solui decimam declaramus. Illi quoque qui deputati fuerint ad collectionem decimę, cum eis qui debent soluere decimam, de aliqua certa summa soluenda pro decima, nequeunt conuenire. De fructibus arborum & hortorum soluetur decima. De his autem quę consumuntur vsu vel esu animalium, si sint ecclesiarum, soluetur decima, deductis expensis necessarijs, quę fiunt pro custodia: si vero sunt personarum, decima non soluetur.

Deum in negotijs nris hẽre dẽmus præ oculis.

¶ Tu ergo in his solum Deum & iustitiam pro præmissis præ oculis habens, ex prędictis declarationibus in decidendis huiusmodi dubitationibus, quę pro parte leuiter decidi poterunt, confirmationem accipias: super maioribus vero decisionem Apostolici oraculi expectes.

¶ Volumus quoque & presentium tibi auctoritate mandamus, ut in vnamquanque personam ecclesiasticam deputatarum tibi partium, cuiuscunque ordinis, conditionis, vel dignitatis existat, quæ decimam ipsam nullo modo, vel non integre, scienter, aut non secundum verum valorem fructuum suorum perceptorum, siue non in terminis constitutis exhibuerit, seu in illorum exhibitione malitiam commiserit siue fraudem, excommunicationis sententiam auctoritate nostra promulges: Et etiam in singulos, qui scienter impedimentum præstiterint directe vel indirecte, publice vel occulte quominus decimæ prædictæ soluantur. Et omnes & singulos, qui huiusmodi sententias latas incurrerint: per te & per alios, singulis diebus Dominicis & festiuis pulsatis campanis & candelis accensis, vsque ad satisfactionem condignam excommunicatos publice nunties, & facias ab omnibus publice euitari: Aggrauaturus aliàs manus tuas contra ipsos prout proteruiam & contumaciam exigere videris eorundem: quòd si satisfacerent, post plenam & integram satisfactionem ab huiusmodi excommunicationibus iuxta ecclesiæ formam absoluas eosdem, & dispenses cum eis super irregularitate, si taliter ligati non abstinuerint à diuinis: Prouiso hactenus quòd contra decimam huiusmodi non soluentes nullatenus sine speciali mandato Apostolicę sedis inuocetur brachium seculare. Quodq; ad vasa sacra, paramenta, calices, cruces, & libros, aliaque bona mobilia ad cultum deputata diuinum, vel priuilegia ecclesiarum & monasteriorum, aliorumque locorum ecclesiastico rum: ipsius occasione decimæ manus nullatenus extendatur. Data Anagn. Calen. Octobris, Pontificatus nostri anno septimo.

Excõicationis publicandæ modus.

De regularibus & transeuntibus ad religionem.

¶ Martinus quartus.

¶ Religiosi Mendicantes sub excommunicationis pœna prohibentur conuolare ad religionem non Mendicantium, quocunque quæsito colore: quam ipso facto incurrunt tam recepti quàm recipientes quacumque licentia non obstante. Quid iuris sit de iam receptis subdit.

CAP. VNICVM.

Cupiditas ob. siderium religiosis Mendicantibus præcludit da.

VIam ambitiosæ cupiditatis religiosis potissime Mendicantibus præcludere cupientes, ad alios ordines præsertim monasticos (fucatis tamen coloribus, asserentibus ob frugem melioris vitæ, aut arctioris obseruantiæ) tam sancti Benedicti, quam Cistercienſis, Camaldulenſis, Vallis vmbrosæ, canonicorum regularium sancti Augustini, vel aliorum monasticorum ordinum conuolare nitentibus, licentiam à sede Apostolica seu legatis aut nuntijs eiusdem sedis ad transferendum se de Mendicantium ordinibus ad alios ordines, præsertim ea ratione (vt verisimile est, prout facti euidentia docet) vt liberius degant, dignitatesque & beneficia monastica consequi valeant, & ex certis

a¶Debeat. Icape verbum, admitti, aut recipi. quod est infra.

tis alijs causis honestati non consonis obtinentibus. Ac volentes etiam conseruationi ordinum Mendicantium prouidere: auctoritate Apostolica, ex certa scientia, tenore præsentium declaramus, & etiam decernimus, statuentes quòd de cœtero nullus religiosus ordinum Mendicantium quorumcunque, cuiuscunque gradus, status, conditionis, vel religionis existat, quantumcunque & qualitercunque, possit & debeat a virtute cuiuscunque licentiæ, etiam indulti Apostolici, seu pœnitentiarij nostri curam gerentis, vel alia quauis auctoritate hactenus, etiam per litteras Apostolicas facultatum quarumuis tam legatorum vel nuntiorum sedis Apostolicæ, quàm alia auctoritate, maxime de transferendis fratribus, aut aliquibus præsertim ordinum Mendicantium professoribus in genere vel in specie ab ordinibus huiusmodi Mendicantium, sub quacunque verborum forma appareant, admitti aut recipi, per aliquos etiam superioris ordinis, seu monasterij, aut loci monastici, seu aliàs in monachum vel in fratrem alicuius ex ordinibus monasticis supradictis, vel aliis expressis (ordine Carthusiensium dumtaxat excepto) sub pœna excommunicationis, quam tam recipientes, quàm recepti ipso facto incurrunt. Et quam ex nunc, prout extunc contra quemlibet transgressorem quomodolibet in præmissis, scientia & auctoritate antefatis proferimus in his scriptis. Et à nemine, nisi dumtaxat à Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo †) excommunicati huiusmodi possint absolutionis beneficium quomodolibet obtinere. Et nihilominus secus facta non teneant, & nullius existant efficaciæ vel momenti. Decernentes etiam & volentes, quòd si quis hactenus virtute cuiusuis licentiæ seu mandati huiusmodi fuisset receptus ad aliquem monasticum ordinem, & habitum consuetum gestari per monachos talis ordinis susceptisset, siue professionem emiserit siue non, sub dicta pœna teneatur in monasterio, in quo receptus fuerit (etiam si beneficia ecclesiastica seu rectorias ecclesiarum quarumuis obtineat) stare in eius totali ordinatione, & in huiusmodi ordine monastico Altissimo deseruire.

Ordo Carthusiensiũ p̃ reteris am ori potí rogatiua ẽ

¶ Si quis autem prætextu huiusmodi licentiæ, vel sine habitu, vel cum habitu vagando incederet, monitione præuia teneatur & debeat intra terminum quindecim dierum à die monitionis huiusmodi computandorum, ad eius religionem vel ordinem, vnde cum licentia vel sine licentia recesserat, remanere. Quod si efficere neglexerit, post ipsum terminum tamquam notorius apostata ex communicatos in omnibus & per omnia debeat per quemlibet reputari, & ab omnibus retractari: etiam per inuocationem auxilii brachii sœcularis, quotiens fuerit opportunum.

¶ In futuris autem nullus ex professoribus alicuius ex ordinibus Mendicantium huiusmodi in aliquem monasticum ordinem (Carthusiensium dumtaxat excepto) possit aut debeat per quemcunque recipi vel admitti virtute alicuius licentiæ vel indulti, absque sedis huiusmodi licentia speciali sub dictis pœnis: & nihilominus secus facta non teneant ipso iure: Huiusmodi licentijs & indultis, necnon constitutionibus Apostolicis, & Mendicantium ordinum prædictorum, etiam si de illis specialis, & expressa, ac de verbo ad verbum in nostris litteris mentio habita foret, & alijs contrariis non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, decreti, statuti, prohibitionis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prę sumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Sebenis iij. Calen. Augusti, Pontifi. nostri anno primo.

Vide plura in Clem. 1. sect. 1. c. 2. de cæsũ & reseruatiõe.

¶ Ioannes xxii.

¶ Religiosi sine sui superioris licentia vltra mare euntes, sunt ipso facto excommunicati; nec ibi sunt ad prædicationem vel diuinorum celebrationem admittendi.

CAP II.

Religionis habitus sine ipsius veritate parũ prodest.

AD nostrum nuper relatio fide digna perduxit auditum, quòd nonnulli re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ligionis gestantes habitum, sed à veritate religionis omnino vacui, & à modestia penitus alieni, ad partes quandoque transmarinas se transferant, in quibus pauci fideles respectu infidelium commorantur: Et vt illi decipere facilius simplicium animos, ac ipsos & alios in errores precipitare seu retinere valeant, sub oui- Lupinus ai' sub oui li ve ste, à multis geritur,
li veste ac humilitatis habitu lupinum animū occultantes, per doctrinas suas reprobas & eroneas fidelium mentes, quantum in eis est, corrumpere satagunt: In ipsis partibus periculum nimium spargere non omittunt, necnon Os in cœlū ponūt, q Romanæ eccl'æ detrahūt cō stitutionib.
& os suum ponentes in cœlum, lingua eorum falsidica transeunte super terram, sanctæ Romanæ Ecclesię detrahere cōstitutionib. & alia multa a fide deuia in suis sermonib. & secretis collocutionib. euomere in sanis ausib. non verentur: ex quibus Deus offenditur, periculosa suscitantur scandala, paratur simplicibus laqueus, ipsique talium præsumptores de hæresi vehementer arguunt se suspectos.

¶ Nos itaque tantis obuiare periculis paternæ diligentię studijs cupientes, vniuersis & singulis religiosis cuiuscunque conditionis religionis, ordinis vel status existant: de fratrum nostrorum consilio districtius auctoritate præsentium inhibemus, ne ipsorum aliquis absq; superioris ordinis sui licentia, sibi per ipsius literas patentes concessa, decętero ad partes se transferat antedictas. Superioribus ipsis nihilominus iniungentes, ne quibusuis sui ordinis fratribus (nisi dumtaxat viris litteratis, prouidis & expertis) huiusmodi licentiam impertiri presumant. Nos enim quoscunque presumentes contrarium quouismodo excommunicationis subiacere sententiæ volumus ipso facto: A qua nullus ab alio quàm à Romano Pontifice possit (nisi dumtaxat in mortis articulo) absolutionis beneficium obtinere.

¶ Cęterum vniuersalis Ecclesię prælatis in virtute sanctæ obedientiæ districtę precipiendo, presentium tenore mandamus, quatenus Religiosi sine sui superioris licētia se absentare ñ debent.
nullos religiosos ad partes se transferentes prædictas: nisi per patentes superioris sui ordinis litteras de licentia specialia se illud transferendi sibi concessa prelatis eisdem fecerint plenam fidem, in ciuitatibus suis & diœcesibus ac locis, & terris aliis ad predicationibus officium vel diuinorum celebrationem admittāt: sed ipsos potius velut apostatas capiant seu capi faciant, eos carcerali custodię (donec dicta licentia speciali modo prędicto sibi constiterit) detinendo. Et nihilominus si quos religiosos approbare, quæ sedes Apostolica reprobauit, vel quę alias sunt fidei obuia in suis prædicationib. seu secretis collocutionib. dogmatizare persenserint, vt tales (quibuscunque cessantibus priuilegiis) possint licite capere, & carcerali custodię, sicut suos possent subditos mancipare, licentiam impertimur. Approbata p sedē Apolicā à ne sunt reprobanda.

Et insuper tenore presentium mandamus eisdem, vt de premissis summarie, simpliciter & de plano, ac sine strepitu iudicij & figura, per se vel per alium seu alios se solerter & fideliter studeant informare: quousque de prędictis seu eorum aliquo repererint reos esse, iuxta statuta canonum & in aliorum exemplum casti gare pœnis debitis non postponāt: Non obstantibus e emptionibus, & aliis quibuscunque priuilegiis, & litteris Apostolicis eisdem religiosis vel eorum ordinibus ab eādem sede concessis vel in posterum concedendis, etiam si de illis plena & expressa mentio, ac de verbo ad verbum in presentibus fit habenda. Quę quantum ad prędicta vel aliquod eorundem eisdem in nullo volumus suffragari. Nulli ergo, &c. Datum Auin. 6. Idus Maii Pontificatus nostri anno nono.

De religiosis domibus.

Ioannes xxii.

¶ *Licet Beguinarum status sit propter multas rationes per Clementem quintum reprobatus, permittitur tamen mulieribus fide dignis quæ nec sunt culpabiles nec suspectæ sub habitu Beguinarum viuere: nec sunt tales per ordinarios molestandę. Vide capitul. prim. eo. titu. in clemen.* †Vide c. 2. de reli. i clem. & ad nūm. in clemēt. & extrauag. cō Ioā 22. Sāc̄ta Romana c. ri. de religi. D. Guidō de Camelitā in summa de hāb. tit. de hāb. Beguinarū & Eymerich † Directorio i quisitorum par. 2. q. 56.

CAP. VNICVM.

RAtio † recta non patitur, vt innocentes ad paria cum nocentibus iudicentur. Sane felicis recordationis Clemens Papa Quintus prędecessor noster, latenus ex premissis intendimus approbare. Locorum autem ordinarios, & alios ad quos prędicta spectabunt, curam peruigilē, & sollicitudinem debitam præcipimus adhibere, ne premissarum sequentes in uia, & ipsarum actus temerarios imitando, præmissis erroribus & disputationum & prædicationum temeritatibus se inuoluant: eas quæ contra prædicta præsumpserint, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Poro mulieres, quodcunque nomen habentes, quæ de illis ex quibus prohibitio præcesserit, culpabiles se redderint, aut merito notabiles vel suspectas esse, si statum vel habitum quoquo modo mutauerint, vere sub prædicta decernimus remanere censura: & taliter contra eas, per illos ad quos pertinuerit, procedi volumus & mandamus, quòd ab errore de more renocatæ, non vltra inficiant sanas oues.

Religiosę mulieres qd facere dēt.

¶ Verum quia in multis mundi partib. pluriמæ sunt mulieres, quæ similiter vulgo Beguinæ vocatæ, segregatæ, quandoque in parentū aut suis, interdum vero in alijs aut conductis sibi communibus domibus insimul habitantes, vitas deducunt honestas, ecclesias de nocte frequentant, diœcesanis locorum & parochialium ecclesiarum rectoribus reuerenter obediunt, curiositatem disputandi, aut auctoritatem seu temeritatem potius prædicandi nullo modo sibi vsurpant, nec se vel alias seu alios quoslibet præmissis opinionibus erroribusque inuoluunt, nec vlla super his est, aut fuit hactenus nota seu suspicio contra eas, quæ ipsas dissimiles à luce sua constringeret: Vt nullis earum, quæ perpetuam forte Domino continentiam deuouerunt, occasio præbeatur ad lapsum: & ne periculis, damnis & scandalis plurimis, quæ proinde verisimiliter sequerentur, pro prouisione ecclesiæ moderna occupentur: Beguinas huiusmodi inculpabiles (vt præmittitur) nec suspectas sub prohibitione & abolitione præmissis (quia de ipsis prædecessor noster præfatus nullatenus sensisse dignoscitur) de fratrum nostrorum consilio declaramus & volumus non includi.

¶ Locorum ordinarijs nihilominus iniungentes, vt eas sub prætextu huiusmodi nullatenus molestari permittant. Et si quid forsan ex hoc in bonis aut iuribus à quibuscunque contra eas attentatum est hactenus, vel attentari contigerit in futurum, per illos prædictos ordinarios auctoritate nostra in statum reduci debitum volumus: Innocato si opus fuerit, auxilio brachij † sæcularis. Brachiū fæ re potest ab ecclesia innocare. c. de of. iud. antiq.

¶ Cęterum statum Beguinarum huiusmodi, quas esse permittimus (nisi de his per sedem Apostolicam aliter ordinatum extiterit) nul-

De censibus, exactionibus, & procurationibus.

¶ Benedictus [a] duodecimus episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam [b] rei memoriam.

¶ Taxat procurationes, pabula charitatis, & subsidium charitatiuum: Saluat priuilegia, cuentiones, consuetudines, & præscriptiones, & indemnitatem pauperum: inhibet contrauenri, punit transgressores & eorum familiares &c. Et locari debet sub rubrica de censibus & procurationibus.

a ¶ Bñdictus.] iste Bñdictus fuit duodecimꝰ natione Tholosanus Sanardanus Apamiarū diœcesis primū appellatus Iacob. Fornerij, abbas fontis frigidi, ordinis Cisterciēsis, & magister in sacra pagina, deinde epꝰ Apamiarum, & deinde epꝰ Mirapiscen. postea tituli sanctæ Priscæ ꝓsbyter Cardinalis, assumptus ad Papatum anno dñi M. cccxxxiiij. xx. Decēb. & ann. M. cccxlij. xxv. Aprilis vita functus est, Pōtificatus sui anno v. successit Ioanni xxij. sibi vero successit Clemens vj Io. Fran.

b ¶ Perpetuam.] sic & oia infra ad hoc fiūt 1. q. 7. Ialuberrimum, 25. q. 1. oēs fœminæ, & ga hoc graue negotium est & vt magis temeaē hæc ꝓuisio, merito ē ꝓpetuę memoriæ seruāda, facit de pœnis, in q buſdam. de schismaticis, c. 1. de pœnis, in c. felicis. li. 6. & quod no. in c. ad Apostolicę, in ptin. de re iud. eo. li. 6. vbi nota q̄ solus Papa sine concilio potest hoc facere & facit hæc extrauagans ius commune, c. pastoralis. de fide instrumento. & ibi no. Io. Fran.

CAP. I.

† De materia huius extrauagantis vide cõciliũ Lateran. sub Alexan. 3. c. Cõciliũ Lateran. sub Inn. 3. ca. 3. Concilium Oxoniense c. vt singula. & Conciliũ Trid. sel. 24. de reforma. c. 1.

† Actuum cap. 20.

1 Hanc ex trauagãtem gloſ. hic Ioã nes Frãciſ. Pauinus.

Vas[a] † electionis [b] Paulus Apoſtolus egregius prædicator, ſe & eos, qui ſecum erant proprijs manibus exhibebat [c] †, vt Pſeudo [d] & ſubdolis operarijs ſub prædicationis ſpecie lucra ſectãtibus locum præcluderet, & his quos ipſe paſcebat pabulo [e] verbi Dei non exiſtere et oneroſus

¶ Sane licet circa modeſtiam in exigendis procurationibus, obſeruandam à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſalubria emanauerunt inſtituta: quia tamen (ſicut experientia docet) nonnulli prælatorum †, necnon diœceſis nuntiorum, vel legatorum Apoſtolicæ ſedis, de quibus nullam faciunt mentionem expreſſe, ſic ſe reddiderunt & reddunt in dictarum procurationum exactionibus onerоſos, [g] vt oppreſſi ſubditi huiuſmodi onera nequeant ſupportare, & victum longi temporis breuis hora conſumat. Nos attendentes, quod parentes [h] debent theſaurizare filijs, non delitijs faſtidioſis eorum ſubſtantiam abſorbere: ac cupientes pro diuerſitate conditionum viſitantium prælatorum, & prouinciarum ac eccleſiaſticarum etiam facultatum certum modum ſufficientem viſitantibus & ſupportabilem viſitatis in præmiſſis fore decætero obſeruandum de fratrum noſtrorum conſilio i præſentis conſtitutionis edicto, Statuimus, quòd cum in Franciæ, Nauarræ, Maioricarum regnis, ac terris, prouincijs, & partibus adiacentibus, & in vicinis eiſdem, necnon in Delphinatu Burgundiæ, Sabaudiæ prouinciæ, & Forcalquerij comitatibus archiepiſcopi [k] & epiſcopi, ac alij prælati & perſonæ eccleſiaſticæ, quibus id de iure vel conſuetudine competit, ſuos ſubditos perſonaliter viſitabunt: Idem archiepiſcopi à ſuis vel ſuffraganeorum ſuorum cathedralibus eccleſijs pro procuratione vnius diei ſiue in victualibus, ſiue à volentibus in pecunia, ultra trecentorum, à monaſtrijs uero & alijs eccleſijs uel prioratibus ſæcularibus uel regularibus habentibus collegium uel conuentum duodecim uel plurium perſonarum, ultra ducentorum ac quinquaginta: Ab habentibus uero paucarum perſonarum collegium ſeu conuentum, & quibuſuis alijs eccleſijs, prioratibus, & locis, ultra ducentorum: Epiſcopi uero ab eccleſijs cathedralibus, ultra ducentorum: A monaſterijs uero & eccleſijs alijs ac prioratibus ſæcularibus uel regularibus habentibus collegium, uel conuentum duodecim uel plurium perſonarum, ultra ducentorum, quinquaginta: Ab habentibus uero pauca rum perſonarum col

a ¶ Vas.] hoc nomen fuit ſibi impoſitum cælitus in eius conuerſione, Actuum. 9. cap. & hoc principiũ ſumptum eſt ex c. cũ Apoſtolus, in 11. n. de cenſib.

b ¶ Electionis.] & ideo nõ vitioſum, in quo omne oleum & vinum facile corrũpitur. de pe. dis. 3. §. ſiue à meadde textũ Mar ci 12. in fine.

c Exhibebat.] ideſt, procurabat. 18. q. 1. iã nunc. 21. q. 1.

d ¶ Pſeudo.] id eſt, falſis: Et eſt græcum nomen indeclinabile vt not. in dict. c. cũ Apoſtolus, cõtraquos nota monitionem eõ cilij generalis, de qua in ca. irrefragabili. in fine, de offic. ordinar. Pabulo.] eſt enim verbum Dei pabulũ animæ ex quo viuit, c. inter cætera de offi. ordina. quia nõ in ſolo pane, &c. ſed in omni verbo, &c. vt ibi.

f Prælatorum.] etiã Cardinalium. vt probat textus in ca. cum Apoſtolus, verſic. Cardinales, de cẽſibus & in ca. procurationes, in princi. eod. titu. & ibi no.

g Oneroſos.] vſque ad exinanitionem extremę virtutis, 10. q. 3. cauendum, & 1. q. 3. placuit, ideo ſeruãdum eſt quod ſtatuit concilium Vienneñ. in cle. ad noſtrum. §. fin. de cenſibus.

h ¶ Parentes.] 16. q. 1. prædicator. vbi Paulus dicitur diuinus Apoſtolus, &c & quod beatius eſt dare, quam accipere. Et cum myſterio accumulantur tot rationes, vt ſi altęque ceſſarent, non ceſſit diſpoſitio. Inſti. de nup. §. affinitatis.

i ¶ Cõſilio.] ad quod non arctabat ſequendum, nec petendum, ſecundum glo. & doctores in cap. Apoſtolicæ. de re iudi. & in cap. 1. de ſchiſmat. li. 6. licet Ioã. Mona. in hoc variauerit factus Cardinalis. Sed quod papa regat conſilio Cardinalium probat in cap. licet, & in Geneſi. & cap. eccleſia 2. in fin. de elect. ſicut epiſcopi cõſilio canonicorum regi debẽt. cap. nouit, & ca. quanto. de ijs quæ fiunt à prælato. cap. quæſiuit & capit. final. de iis quæ fiũt à maio. par. c. Hoſt. in ſumma. in ti. de offi archipresb. §. quę pertinẽt. ver. poteſt. præſertim inarduis 2. & hoc ſeruat cõſuetudo.

k Archiepiſcopi.] idem, & in patriarchis, primatibus: & alijs etiã pluribus: id eſt & abbatibus, de quibus, viã infra. idẽ ſunt enim primates & patriarchæ. 99. diſtin. prouincię, & dixi ſupra

Consilium Cardinalũ andebeat papa ſequi.

2 Verũ in arduis tenea tur papa re q. reſeruatis Cardinali vide late Filippũ Fa cũ & doctores ſuper co. de haret li. 6. adde Abbatẽ ſe. qui. uit. de his q fiunt à pl.

ſup. in ſecunda quæſtione primæ partis & idem archiepiſcopi & metropolitani & nudis tantũ verbis differunt. no. in cap. duo. de offi. ord. vide in Spe in tit. de offic. ordina. §. ſunt quoque. & in verſi. & nota. ſic & archiepiſcopi ſunt epiſcopi. no. in c. quàm pericoloſum. de ſen. excõ. lib. 6.

a ¶ Locis.] non credo comprehendi hoſpitalia pauperum, pter infra dicenda, puta leproſorum & aliorum infirmorum mendicantium parẽ ſicut nec grãgias per c. fi. de cenſi. & idem forte de fabricis & commiſſarijs, de quibus canonica portio non detrahitur. cap. fin. de teſta. & de alijs, de quibus non eſſet ſoluenda decima, de qua in clem. ſi beneficiorum. de deci. de quibus omnibus dic vt ibi plene no. Circa hoc tamen tenendum eſt illud, quod concludit Fridericus de Senis in conſil. 111. Et an epiſcopus poſſit priuilegiare hoſpitale tempore conſtructionis, vt non poſſit ab eo vel ſucceſſoribus viſitari, vide eundem in conſi. 148. Et quid de domibus leproſorum, vide per eundem in conſil. 130. Et adde in ſimili quod firmat Pet. de Ancharano de teſtatore, in conſil. 128. & quod examinat Guliel. de monte Lauduno in gl. ſuper extrauagan. ſuſcepti. Ioan xxij. ſuper ver. in totum. Io. Franc.

b ¶ Abbates.] idem credo de prioribus etiam canonicorum regularium. argum. c. quod Dei timorem. de ſta. mona. & aliorum quorumcunque viſitandorum etiam Mendicantium, exceptis tantum Fratribus Minoribus, de quibus in clem. Exiui. de verb. ſig. Io. Fr.

legium ſeu conuentum, & quibuſuis alijs eccleſijs, prioratibus & locis [a], vltra ducentorum: Epiſcopi vero ab eccleſijs cathedralibus vltra ducentorum: A monaſteriis vero & eccleſiis aliis ac prioratibus ſæcularibus vel regularibus collegium habentibus duodecim vel plurium perſonarum, vltra centum & quadraginta: Ab habentibus vero perſonarum collegium pauciorum, & quibuslibet aliis eccleſiis, prioratibus & locis, vltra centum & qnadraginta: Abbates [b] quoque à monaſteriis vel prioratibus habentibus collegium duodecim vel plurium, vltra ceutum: Ab aliis quoque habentibus minus collegium ab eccleſiis, prioratibus & locis quibuſcunque vltra octuaginta Archidiaconi quoque vltra trigintaquinque, Archipresbyteri quoque vltra viij. Turoneñ. argenti valorem recipere non præſumant. Si vero [c] prefati archiepiſcopi, prelati, & perſonę eccleſiaſticę ex priuilegio Apoſtolico per alios viſitare, & procurationes recipere valeant in pecunia numerata: Iidem archiepiſcopi à ſuis & alijs cathedralibus eccleſijs, vltra centum xx. A monaſteriis vero & eccleſiis aliis ac prioratibus ſæcularibus & regularibus habentibus collegium duodecim vel plurium perſonarum, vltra centum; Ab habentibus vero minus collegium, & quibuslibet alijs eccleſijs, prioratibus & locis vltra lxxx. Epiſcopi etiam ab eiſdem eccleſijs, monaſterijs, prioratibns, atque locis vltra lxxx. Abbates vltra lx. Archidiaconi vltra xxx. Turoneñ. argenti valorem non recipiant quoquo modo.

¶ In Alemanię quoque, Angliæ, Hungariæ, Bohemię, Poloniæ, Noruegię, Daciæ, Scotię, & Suetiæ regnis, terris, ac prouincijs, & partibus eiſdem adiacentibus archiepiſcopi, & epiſcopi, alij quoque prælati & perſonæ eccleſiaſticæ cum (vt præmittitur) perſonaliter viſitabunt; Iidem archiepiſcopi & epiſcopi, etiam ſi primates exiſtant à ſuis vel ſuffraganeorum ſuorum eccleſijs cathedralibus & perſonis earum pro procuratione vnius diei, ſiue in victualibus, ſiue à volentibus in pecunia vltra trecentum & viginti; A monaſterijs vero & alijs eccleſijs prioratibus ſæcularibus vel regularibus habentibus collegium duodecim uel plurium perſonarũ ultra cc. & lx. Ab alijs uero monaſterijs, eccleſijs ſeu prioratibus minus collegium habentibus, alijs quoque eccleſijs, prioratibus & locis, ultra ducentorum & uiginti; Epiſcopi etiam à cathedralibus eccleſijs, ultra ducentorum & uiginti; A monaſterijs uero & alijs eccleſijs & prioratibus ſæcularibus vel regularibus habentibus collegium duodecim uel plurium perſonarum, ultra cẽtum & lxxx. Ab habentibus uero collegium minus, & quibuslibet alijs eccleſijs & prioratibus atque locis, ultra centum & quinquaginta; Abbates inſuper à monaſterijs prioratibus, ſeu eccleſijs habentibus collegium xij. uel plurium perſonarum, ultra centum. Ab habentibus uero minus collegium, ac eccleſijs prioratibus, & alijs locis quibuslibet, ultra lxxx. Archidiaconi uero ultra quinquaginta; Archipresbyteri [d] etiam ultra decem Turonen. argenti ualorem recipere non preſumunt.

Si uero ijdem archiepiſcopi, epiſcopi & prelati, ac perſonæ eccleſiaſticæ ex priuilegio [e] Apoſtolico per alios [f] viſitare, & procurationes recipere, ualeant in pecunia numerata; dicti archiepiſcopi, etiam ſi primates

c ¶ Si vero.] hic determinat quæ habentur in c. felicis, de cẽſi. lib. 6.

d ¶ Archipresbyteri.] quid autem de archipresbyteris ruralibus, qui Decani aliquando nuncupantur, ſubdit infra, in verſi. illud quoque. Ioan. Franc.

e ¶ Ex priuilegio.] ſine priuilegio vero nõ poſſunt, aliàs contrafacientes puniuntur. vt in c. felicis. de cenſib. lib. 6.

f ¶ Per alios.] hæc conſtitutio approbat quod no. Ioan. And.

Universidad de Deusto Biblioteca

Prælatorũ vicem gerẽtes variis cõsenẽ nomin-ib.

in c. felici. de censib. in glo. super ver. officio. Et adde q̃ prælati aliquando habẽt officiales de offi. vic. c. 2. & 3. de appel. Romana. de offi. ord. c. Romana. de offi. de leg. c. 4. in fi. lib. 6. & c. insinuante. Quandoque habent vicarium in spiritualibus de temp. ord. cap. 3. §. 1. lib. 6. Quandoque habent vicarium generalem, dicto c. 3. §. episcopo autem, de temp. ord. & de offic. vic. ca. fin. de præb. c. statutum. lib. 6. Quandoque habent simpliciter vicarium, c. statutum, & cap. vt officium, & c. vt cõmissi. de hære. lib. 6 Quandoque tales vocantur locum tenẽtes 93. di. cap. si. Siue ergo quis vicarius à sede Apostolica deputetur, vt in c. is cui. de elect. li. 6. siue à capitulo ecclesiæ cathedralis episcopali sede vacante, vt in c. penul. de sup plen. negli. præla. lib. 6. ubi potest ex consuetudine visitare salnis notatis ĩ clem 1. de hære. siue ab electa in abbatissam à maiori parte capituli, indemnitatibus, de elec. lib. 6. siue ab alio prælato electo cõcor diter in casu capituli, nihil. de elect. cum visitat, poterit recipere procurationẽ iuxtã istam taxam. argu. notatorum in dicto cap. felicis. de censi. facit cap. si episcopus. de offic. ord. eod. lib. Et si sunt plures, tũc solum principalis, sed non foraneus poterit hoc generaliter facere, vt probat clem. & si principalis, de resc. Quid si plures essent omnino æquales officiales vel vicarij? D. c vt ibi not. Quid de foraneis in locis suis? Dic attẽdenda illorũ mandata adde rex. in l. 1. C. de offic. eius q̃ vic. alterĩ gerit l. Frã.

Vicarius põt visitare & procuratio nem recipere &c.

Abbas Cluniacẽsis subditos mediatos & immediatos visitare potest.

a ¶ Abbates.] de patre abbate Cluniacensiũ, quomodo teneatur visitare subditos mates existant, ab huiusmodi ecclesijs, monasterijs, prioratibus atque locis, vltra centum: Episcopi vltra lxxx. Abbates [a] vltra lx. Archidiaconi vltra triginta Turonenſ. argenti valorem pro procuratione qualibet vnius diei recipere non præsumant.

¶ In Castellæ quoque, Legionis, Aragoniæ, & Portugaliæ regnis & dominijs, terris & prouincijs regum Castellæ, Aragoniæ, & Portugalliæ, & partibus adiacentibus etiam vicinis eisdem, excepto Sardiniæ & Corsicæ regno, archiepiscopi, episcopi, & prælati, ac personæ ecclesiasticæ cum (vt præmittitur) personaliter visitabunt ijdem archiepiscopi à suis & suffraganeorum suorum ecclesijs cathedralibus pro procuratione vnius diei, siue in victualibus, siue à volentibus in pecunia, vltra centum & quadraginta: A monasterijs vero & ecclesijs alijs, ac prioratibus sæcularibus vel regularibus habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, vltra centum & viginti: Ab habentibus vero minus collegium, alijsque ecclesijs, prioratibus atque locis, vltra centum: Episcopi etiam à cathedralibus ecclesijs, vltra centum: A monasterijs vero & prioratibus sæcularibus vel regularibus habentibus collegium xij vel plurium personarum, vltra octuaginta: Ab habentibus vero minus collegium, alijsque ecclesijs, prioratibus & locis vltra sexaginta: Abbates [b] etiam à monasterijs vel prioratibus habentibus collegium xij. vel plurium personarum, vltra quinquaginta: Ab habentibus minus collegium, & quibuslibet alijs ecclesijs, prioratibus & locis, vltra quadraginta: Archidiaconi vero, vltra xxv. Archipresbyteri vero, vltra v. Turonenſiũ. argenti valorem recipere non attentent. Si vero proxime nominati archiepiscopi, episcopi, & prælati, & aliæ personæ ecclesiasticæ ex priuilegio Apostolico per alios visitare, & procurationes recipere possint, in pecunia numerata: Idem archiepiscopi ab eisdem suis & suffraganeorum suorum ecclesiis, vltra octogintat. A monasterijs vero & ecclesijs alijs ac prioratibus sæcularibus vel regularibus habentibus collegium xij. vel plurium personarum, vltra sexaginta: Ab habentibus vero minus collegium, & quibuslibet alijs ecclesijs, prioratibus & locis, vltra quinquaginta: Episcopi etiam ab eisdem ecclesijs, monasterijs, prioratibus siue locis, ultra quadraginta: Abbates vero ab eorum monasterijs, prioratibus ecclesijs siue locis, vltra triginta: Archidiaconi vero ultra viginti Turonenſi. suos mediatos & immediatos, vide Oldr. in cõsi. 155. quod incipit: Prima quæstio. & adde quantum ad abbates, idẽ uidetur esse effectus inquisitionis generalis & specialis, vt dicit idẽ Oldradus in consi. 227. quod incipit, licet quãtum. Ion. Franc. b ¶ Abbates.] honeste facerent abbates, & alij religiosi nõ exigere pecuniã, sed conformare se laudabilibus consuetudinibus & cõstitutionibus monasteriorũ, & cõtenti comedere cũ alijs in refectorio, & dormire in dormitorio cõmunibus, vt melius valerent oculo intelligere qũo se habeãt omnia, tã in ecclesia quàm in menia, & tam de die quam de nocte, & propter bonũ exemplum. arg. eius quod not. in clem. ad nostrũ. de censi. in ver si. voluerint, & in cap. magne. de voto. quia quod agitur à platis, cito à subditis trahitur in exemplũ, vt ibi & in c. præcipue. 1. q. 3. alias tot mortib. digni sunt quot pniciosa exẽpla, &c. vt ibi & hoc satis dicit. §. nostræ tã intentionis. ĩ ver. nec ultra, & versi. cæterũ Tenent. n. visitatores nõ minus exẽplo quàm verbo ædificare & plantare. c. qũ &c. inter cætera. de offic. ord facit c. Romana in fi. de censi. lib. 6. vbi uide not. p Ioã. An. in nouel. & in ca singulis. de stamon. In huiusmodi nãque actibus regulariter nõ sunt subtilitates neq; glossæ exquirẽdæ, nec appellationes admittendæ, sed simpliciter oia sunt expedienda c ad nostrã, reprehẽsibilis, & cũ specialis. de appel. Nõ est tã omittendũ q̃ si platus religiosus in mortali cõstitutus notorius vel infamatus sit incorrigibilis, & propterea à subditis, appellet, dẽ appellatiõi deferri, alias, p tanto

Prælatorũ gestas de subditorũ excẽplis.

tanto excessu satisfacere compelletur. de appella. de priore. quia ad talem non pertinet iudicialis correctio, 3. q. 7. iudicet. Misericorditer etiam, & non passim sunt corrigendi monachi, & non more latronum in grauem carcerem detrudẽdi de statu monach. cap. ea quæ. & non debent esse prælati nimis graues in corrigendo, aliàs de consilio conuentus deest, capituli, est correctio temperanda. dicto cap. reprehensibilis. in fin. de his quæ fiunt à prælato. nouit. & cap. ea nocsitur, & ideo dicit textus in dicto cap. Romana. in fin. consuetudines rationabiles & approbatas, secundum Host. & Ioann. Andr. ibidem in nouella. Ioann. Franc.

Monachisũ misericordi corrigen-di.

a ¶ Siciliæ.] not. quod huiusmodi insulæ sunt pars prouinciæ cui adhærent. l. insulæ. ff. de iudic. cum ibi not. facit ff. de verb. sign. l. notionem. §. 1. faciunt not. in cap. quoniam à nobis, de deci. ex quo sequitur, quod qui in Sicilia vel Corsica est, aut Sardinia, debet respondere in Italia, vt not. in dicta l. insulæ, probatur ff. ad municip. l. qui ex vico. Idem dico de eo qui est in insula Maioricarum, vt teneatur respondere regno Nauarræ, vt patet §. §. statuimus. vbi dicitur illi adiacere, &c.

b ¶ Abbates.] de abbatissa vero dicit Archid. quod etiam pro visitandis monasterijs sibi subiectis ei non licet egredi monasterium, per textum in cap. 1. de stat. regu. lib. 6. ibi, quacunque ratione, sed debet per alium visitationem facere, circa quod vide not. in Clem. 1. in princ. cod. titu. in

Abbatissæ monasteriũ prædi. non egrẽdi.

argenti valorem recipere non attentent.

¶ Per electiones vero postulationes, confirmationes, prouisiones, seu quasuis alias dispositiones quas simoniaca contigerit labe fieri, & quæ viribus omnino careant, in ecclesiis, monasterijs, dignitatibus, personatibus, officijs ecclesiasticis & quibusuis beneficijs, aut aliquo eorũ cuiquam ius nullatenus acquiratur, nec inde faciat aliquis fructus suos, sed ad illorum omnium quæ percepit restitutionem sub animæ suæ periculo sit adstrictus.

† Vide oĩno Cassiodorum decisione 5. sub titulo de constitutionibus.

¶ Statuentes † præterea, quòd vniuersi & singuli etiam præmissis dignitatibus prædicti, qui quomodolibet dando vel recipiẽdo simoniam commiserint, aut quòd illa fiat mediatores extiterint, seu procurauerint, sententiam excommunicationis incurrant, à qua nisi à Romano Pontifice pro tempore existente nõ possint absolui, præterquam in mortis articulo cõstituti.

¶ Et vt huiusmodi labis contagio frequentius reprimatur, omnibus & singulis ecclesiasticis, sæcularibusque personis cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, in virtute sanctę obedientiæ districtius iniungimus, vt eos omnes, quos simoniam huiusmodi commisisse vel procurasse, aut in ea mediatores esse sciuerint, Pontifici prædicto, vel cui idem Pontifex dixerit committendum, per se vel alios reuelare quanto citius nõ omittant. Pro reulatione huiusmodi etiam si complices † fuerint, non solum veniam à nobis, sed etiam gratiam consecuturi, si eorum iudicio participes tanti criminis valeant coerceri. Quod si non fecerint, absolui non valeant, donec prædicta reuelent, & complices huiusmodi detecti arctius punientur. Nulli ergo, & cæterа nostræ confirmationis, innouationis, declarationis, & volũtatis infringere, & cætera. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ M.cccclxiij. iv. Calẽ. Decembris, Pontificatus nostri anno primo. publicata die xxiiij. Nouembris, Anno prædicto.

† Complices criminis qñ pręmianẽ C. ad leiul. maie. l. quis quis in fine.

De Iudæis.

¶ Clemens quintus.

¶ Christiani arma portantes ad infideles Christianos impugnantes ipso facto sunt excommunicati, capientium serui, infames & intestabiles tam actiue quàm passiue, & eorum bona confiscata, vide cap. ita quorundam. & c. ad liberandam. extra eo. tit.

CAP. I.

† Præter cõstia quorũdã & c. ad liberãdã. extra de Iudæis. uide Cle. 1. eo. ti. & processũ Bullæ in cœna Domini §. 7.

VIta mentis † amaritudine concitamur, grauisque doloris aculeus perfodit mentem nostram, intelligentes quòd renati fonte baptismatis, in deuium oberrantes, qui deberent opprobrium illatum Domino in terram hæreditatis suæ totis viribus vindicare potius iniuriatoribus suis fauent, Sarracenorũ videlicet horribili & perfidiæ nationi: & degenerantes miserabiliter à statu fidelium, famę proprię immemores, & salutis obliti, inimicis crucis Christi contra ipsius negotium, ferrum, equos, arma, & alia vetita, necnon victualia & mercimonia in Alexandriam, & ad alia loca Sarracenorum terræ Aegypti deferre præsumunt. Ex quo manifeste apparet quòd Christianos, qui ad defensionem hæreditatis Domini ibidem pro fide remanserunt talibus adiuti subsidijs irreuerenter impugnant propter quòd fidei negotium ibidem quodammodo noscitur deperire.

Hæreditatẽ Dñi defendũt qui infideles impugnans.

¶ Nos igitur, qui ad liberandam terram ipsam operam dare intendimus (cum Dei adiutorio) efficacem, tam graues trangressus vlterius sustinere nolentes, felicis recordationis Nicolai Papæ iij. prædecessoris nostri vestigijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

inhærentes prẽsentium tenore ſtatuimus, vt nullus arma, equos, ferrum, lignamina, victualia, & alia quæcunque mercimonia in Alexandriam, vel alia loca Sarracenorum terræ Aegypti deferre, mittere, vel portare, ſeu de portubus eorum, vt eiſdem deferãtur, extrahere vel extrahi permittere, aut eis aliàs auxilium vel fauorem præſtare quoquo modo præſumat. Nos vero illos, qui contra huiuſmodi conſtitutionem noſtram auſu temerario venire præſumpſerint, eo ipſo excommunicationis ſententiæ decernimus ſubiacere, a qua abſolui nequeant, niſi tantum de bonis proprijs in dictę terrę ſubſidium conuertẽdum exoluerint, quãtum ad partes prędictas detulerint, vel miſerint, aut deferre, vel de ipſorum portubus extrahi permiſerint deferendum; nec tunc etiam ab eadem (præterquam in mortis articulo) abſoluantur ſententia, abſque mandato ſedis Apoſtolicæ ſpeciali. Et nihilominus ſi perſonas eorum capi contingat, in ſeruitutem & capturam illorum eſſe volumus, in quorum ceciderint cap ionem. Auctoritate inſuper Apoſtolica ſtatuentes, vt illi qui contra huiuſmodi ſtatutum noſtrum quomodolibet venire præſumpſerint, præter pœnas prædictas, quas ipſo facto incurrant. perpetuo ſint infames, & inteſtabiles habeãtur, ita quòd nec teſtari, nec legata eis ſeu relicta percipere valeant, & in ſuper ad ſucceſſiones tam ex teſtamento, quã ab inteſtato ſint prorſus & reddantur inhabiles, nec ad publica quælibet admittantur officia, ſintque illis omnes actus legitimi penitus interdicti: & tamquam excommunicati, hoſteſque catholicæ fidei (poſtquam de ipſorum huiſmodi temeritate conſtiterit) diebus Dominicis & feſtiuis publice nũtientur, & in fiſcum bona eorum omnia deuoluantur.

¶ Ioannes xxij.

¶ Iudæi ad fidem conuerſi nõ ſunt in bonis moleſtandi, ne ſint deterioris conditionis poſt baptiſmum, quàm eſſent ante.

CAP. II.

† Vide oĩno extrauagãtẽ Pauli Papæ 2. incip. Cupientes Iudæos. vbi d hac materia plenius caue tur.

DIgnum † arbitrantes & iurì conſonum, fonte renatos batiſmatis Iudaica cęcitate dimiſſa amplioribus fauoribus aut gratijs, quàm antea abundare: indecens, & abſurdum, vt qui in perfidia abundarent cogantur mẽdicare fideles: vniuerſis & ſingulis rectoribus, & aliis officialibus comitatus Venęſini, aliorumque comitatuum, & terrarum pertinentium ad Apoſtolicam ſedẽ diſtricte præcipimus & mandamus, quatenus conuerſis huiuſmodi, & qui in poſterum conuertẽtur, in poſſeſſionibus & bonis alijs quocunque nomine cenſeantur, quæ in comitatibus & terris prædictis conuerſionis tempore obtinebant, ſeu etiam obtinebunt, occaſione prædicta nullam moleſtiam inferant, nec ab alijs inferri permittant, ſed ipſis in his & alijs ſe fauorabiles exhibentes, ipſos ab iniurijs & moleſtijs protegant & defendat, vt ſic de ſeruitute ad libertatem ſe trãſiſſe percipiant, nec redire prætextu mendicitatis odibilis ad dimiſſam perfidiam cõpellantur. Nulli ergo, & cætera noſtrorum præceptionis & mandati infringere. Datum Auiñ. x. Calendas Auguſti, anno iiij.

EX eo.] ¶ Hęc decre. interpretatur conſtitutionem extra 6. lib. d hære cap. per hoc. Et in quatuor partes diuiditur. Primo, dictam cõſtitutionem eius 2. reſpon. recitat. Secundo verſic. [Nos conſulere.] iuxta ipſum reſponſum quæſtionem formãs dicti reſpõſi interpretatio nẽ dat. Tertio §. [Verũ.] Et quarto §. [Rationem] circa præmiſſa duos caſus: q emerſerunt determinat.
a ¶ Proceſſus.] Vſque

De hæreticis.

¶ Benedictus vndecimus Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis.

¶ Decretalem, Per hoc eo. tit. lib. 6. declarat, bona hæreticorum per diœceſanos vſurpata vetans.

CAP. I.

† Præter notata in c. per hoc, de hæret. li. 6. vide Nicolaũ Eymericũ i Directorio inquiſitorũ, parte 3. q. 50. fi. & 52. Regerium inquiſitorũ nec bo cõmunicare, §. Sed quo. & Zanchinũ tract. de hæret. c. 25.

EX eo † quoòd quædam nouella cõſtitutio ſuper negotio hæreticæ prauitatis à bonæ memoriæ Bonifacio Papa octauo prędeceſſore noſtro edita cõtinet, quod in ipſo negotio per diœceſanos ep ſcopos & Inquiſitores ſuper eodem facto inquiri valeat cõmuniter vel diuiſim, & ſi diuiſim proceſſerint, teneantur ſibi inuicem cõicare proceſſus: Nos conſulere voluſtis, quando & quotiens ſit iſta proceſſuum communicatio facienda.

Nos

hæc mens dictæ conſtitutionis recitatur: ſed poſtmodum quæſtio formatur: & ſolutio eiuſdem & iuris noui editio ſubijcitur.
a ¶ Nos autem.] ad quæſita per ordinem reſpondet.
b ¶ Procedunt, &c.] non eſt diuiſio, nec in facto, nec in iure, ſed poteſtatis datæ perſecuti. argum. ff. de offic. proconſul l. vna, extra, lib. 6. de offic. deleg. cum plures.
c ¶ Per legem.] vide auth. ad hæc. C. de iudi.

VAs electionis] d ¶ Generali.] extra de pœnit. & remiſ. c. omnis.

¶ Nos [a] autem de fratrum noſtrorum conſilio intelligendo diœceſanos & Inquiſitores tunc demum diuiſim procedere, cum hi & illi ſeparatim, non quando epiſcopi tantum, vel inquiſitores tantum procedunt, conſultationi veſtrę breuiter reſpondemus, quòd quando vtriq; procedunt [b] ſeiunctim, ſibi debent in fine tantum, dũ nil reſtat agendum, niſi quod ſolum ſententia promulgetur, communicare proceſſus. Licet enim quibuſdam potuiſſet videri per legem [c] ciuilem, quòd ſicut quando aliquis ex actitatis coram alio debet ferre ſententiam, vt puta quando adminiſtrator delegat cauſam ſibi ſententia reſeruata: ſaltem in principio, ideſt, conteſtatione, rurſus in medio, & ſemel in fine, quæ ſunt examinata audire dẽt, ita & in caſu præſenti, vbi ex actis coram alio habitis alter profert ſententiam, ſic ter huiuſmodi acta recenſeat, quod fieri non poteſt, ſi eorum denegetur editio; tamen id ęquitas canonum non admiſit. Vnum ſane caſum excipimus, ſi alter commode non poſſit procedere, niſi alterius actis viſis; Ex hac. n. cauſa ſemel tantum (vt fraudi locus non fiat) in toto negotio copia tribuatur.

† Vide Eymericũ i Directorio inquiſitorũ par. 3. q. 104. & q. 105. &c. ſeq.

¶ Verum quia † nonnulli diœceſani partem partis prouentuum de hæreticorum bonis inquiſitionis officio deputatæ propter expenſas, quas dum inquirunt in ſæpedicto negotio faciunt, à vobis exigere moliuntur: hoc tamquam iuri abſonum (cum ordinarij ſint, ideoque officium tale quod eis incumbit, proprijs eos oportet explere ſtipendijs) fieri penitus prohibemus. Rationem autem ijdem diœceſani prouentuum, obuentionum ex inquiſitionis officio à vobis, non obſtante aliqua conſtitutione, conſuetudine, vel mandato contrarijs non expoſcant: ſed eam cameræ noſtræ vel alij, cui nos vel ſucceſſores noſtri Romani Pontifices mandaremus reddendam, reddatis: quæ generaliter obſeruari iubemus.

† Ordinarij inquiſitionis officiũ pro ſuis expenſis explere debent.

Ioann. xxij.

¶ Tres errores magiſtri Ioannis de Poliaco doctoris Pariſienſis hic damnantur.

CAP. II.

† De materia uide D. Th. & alios, li. 4 ſen. diſt. 17. & canoniſtas in c. oĩs, de pœnit. & remiſ. Roma. 12.

VAs electionis † doctor eximius & egregius prædicator, cuius prædicatio mundum docuit vniuerſum, prẽſumptuoſam illorum audaciã refrẽnare ſollicitus, qui prudentiæ proprię innitẽtes, in errores proprios prolabuntur, non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ad ſobrietatem ſapere, ſalubri doctrina ſuggeſſit: & iuxta Sapientis † eloquium: Quiſque ſuæ prudentię modum ponat. Sane dudum cum dilectum filium magiſtrum Ioannem de Poliaco ſacræ theologiæ doctorẽ certis ex cauſis de fratrum noſtrorum conſilio ad noſtram prẽſentiam vocauiſſemus: fide digna relatio ad noſtrum perduxit auditum quòd ipſe in quibuſdam articulis tangentibus pœnitentię ſacramentum non ſobrie, ſed perperam ſapiebat, infraſcriptos articulos periculoſos cõtinentes errores docens publice in ſuis prædicationibus & in ſcholis. Primo ſiquidem aſtruens, quòd confeſſi fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confeſſiones tenentur eadem peccata, quę confeſſi fuerant, iterum confiteri proprio ſacerdoti. Secundo, quòd ſtante omnis vtriuſque ſexus, edicto in concilio generali † [d], Romanus Pontifex non poteſt facere, quòd parochiani non teneantur omnia peccata ſua ſemel in anno proprio ſacerdoti confiteri, quem dicit eſſe parochialem curatum: immo nec Deus poſſet hoc facere: quia (vt dicebat) implicat contradictionem. Tertio, quòd Papa non poteſt dare poteſtatẽ generalem audiendi confeſſionem, immo nec Deus, quin confeſſus habenti licentiam teneatur eadem confiteri proprio ſacerdoti, quem dicit eſſe (vt præmittitur) proprium curatum.

† Scilicet Lateran ſub Inno. iij. c. 12.

¶ Nos igitur ſcire volentes ſi ſuggeſta nobis veritatem haberent, articulorum præmiſſorum copiam eidem magiſtro Ioannı fecimus aſſignari, & ad ſui defenſionem plenam audientiam ſibi præbuimus, tam in noſtra & fratrum noſtrorum prẽſentia in conſiſtorio, quàm aliàs coram aliquibus ex ipſis fratribus per nos ad huiuſmodi officium deputatis. Verum licet præfatus magiſter

Universidad de Deusto
Biblioteca

gister dictos articulos & contenta in ipsis defendere niteretur, asserebat tamen se paratum credere & tenere in præmissis & alijs, quæ tenenda & credenda esse sedes Apostolica definire. Nos igitur attendentes, quod prædictorum articulorum assertio, præiudicatio, & doctrina redundare poterant in multarum perniciem animarum ipsos per prælatos magistros in theologia examinari fecimus diligenter. Nos ipsi etiam cum dictis fratribus nostris collationem solertem & examinationem habuimus super his. Per quas quidem collationē & examinationem super his habitas comperimus, præmissos articulos doctrinam non sanā sed periculosam multum & veritati contrariam continere. Quos etiam articulos omnes & singulos, idem magister Ioannes, veris sibi rationibus opinioni dudum suæ habitæ contrarijs demonstratis, in consistorio reuocauit, asserens se credere eos non veros, sed ipsorum contrarium verum esse, & dicens se nescire rationibus sibi factis in contrarium respondere. Ideoque ne per assertionem, prædicationem, & doctrinam huiusmodi in errorem (quod absit) animæ simplicium prolabantur, omnes articulos & quemlibet eorum tanquam falsos & erroneos, & à doctrina sacra deuios auctoritate Apostolica condemnamus & reprobamus de fratrum nostrorum consilio prædictorum, doctrinam cotrariam, veram & contrarium esse catholicum asserentes: scilicet quòd illi qui prædictis fratribus confitentur, non magis teneantur eadem peccata confiteri iterum, quam si ea alias confessi fuissent eorum proprio sacerdoti iuxta concilium generale †. Optantesque veritatis vias notas esse fidelibus cunctis, & prædictis erroribus præcludere aditum, ne subintrent errores, felicis recordationis Alexandri quarti, & Clementis quarti Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum vestigijs innitendo, vniuersis & singulis districtius inhibemus, ne quisquam præmissos articulos per nos (vt præmittitur) damnatos & reprobatos, & contenta in eis vel aliquo ipsorum, vtpote à catholicis mentibus respuenda, tenere audeat seu defensare quomodolibet, vel docere. Quocirca vniuersitati vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus vniuersis & singulis vestrum in ciuitatibus & diœcesibus vestris conuocato clero & populo communiter omnia præmissa & singula per vos seu alios solemniter publicetis. Nos etiam eidem magistro Ioanni mādamus, quòd i scholis & sermone Parisius prę

† Id est cōciliū genera le Lateran. sub Innocētio 3. ca. 21. & refertur i c. omnis. de pœni & remiss.

dictos articulos & contenta in eis tamquam veritati contraria propriæ vocis oraculo, asseueratione constanti publice debeat reuocare: Quòd se facturum dictus magister Ioānes effi caciter repromisit. Datum Auin. vi. ij. Calen. Augusti, Pontificatus nostri anno quinto.

¶ Idem.

¶ Inquisitores hæreticæ prauitatis censuras cōclesiasticas fulminare non possunt officiales et nuntios sedis Apostolicæ sine ipsius licentia speciali, sed de eorum excessibus informationē facere possunt, & deinde Romano Pontifici significare.

CAP. III.

VVm Matthæus † de Pontinian. ordinis Prędicatorū, inquisitor hæreticę prauitatis in regno Siciliæ auctoritate Apostolica deputatus, frīuola occasione quęsita, nostra & Apostolice sedi reuerentia & honore postpositis, in dilectum filium C de Baleto, archidiaconum Foroliuien. capellanum, nostrum Campanię maritimęque rectorem excommunicationis sententiam inconsultis motibus, non sine multa temeritate duxerit proferendam: Nos uolentes decętero talium pręsumptoribus obuiare, uniuersis & singulis tam ordinarijs, quàm delegatis iudicibus & inquisitoribus prauitatis eiusdem, & alijs vniuersis & singulis, quacunque auctoritate fungantur, auctoritate Apostolica districtius inhibemus, & mandamus expresse, ne contra nostros & Apostolicæ sedis officiales uel nuntios, aut ipsorum aliquem quauis occasione uel causa, absque nostra & Apostolicæ sedis licentia speciali eis per sedis ipsius litteras concedenda, plenam faciente de tenore prędictarum mentionem, procedere quoquo modo prędictam: aut in eos uel ipsorum aliquem excommunicationis uel suspensionis, seu quasuis alias sententias promulgare. Nos. n. exnunc dercernimus irritum & inane quicquid contra inhibitionem & mandatum huiusmodi contigerit attentari. ¶ Volumus tamen quod diœcesani & inquisitores prædicti super ijs, quę negotium tangunt fide: alij uero super

† Super hac cōstitutione vid omnino cōsilia Lapi incip. Factū super quo id consiliū nūc circum ferri post cōsilia Oldradi ad de Eymeri cum in Directorio inquisit. par. 3. q. 26.

DVdum.] ¶ Hæc epistola plures processus narratos extra 6. lib. de schism. cap. 1. retractat. Et diuiditur in tres partes: nam processus contra Colūnēses, & adhęrentes eisdem primo in gñe, & postmodū specialius recitat. Secundo §. Nos itaq; paucos de dictis processib. excipiēs, cæteros alios viribus euacuat, quādam inhibitionē annectens. Tertio vers. Non obstātibus, euacuationem huiusmodi per non obstantia corroborat.

Bonæ memoriæ post mortem dicunt aliqui.

a ¶ Bonæ memoriæ.] Papa post obitum dr bonæ memoriæ: ext. de æta. & qual. bonę. Idem in epis & supe rioribus. ext. de ele. bonæ memoriæ 1. & 2. Sed nunquid Cardinales, presbyteri & diaconi sic nominabūtur? Dic ꝙ sic: q a pars corporis Papæ sunt, & de eius latere & patricij merito appellantur, C. ad leg. Iul maiest. quisquis, extra. 6. lib. de offic. lega. c. 1. insti. quibus mod. ius par. pot. fol. §. filiusfamilias, ex quo enim vicinio res sunt summi Pontificis, maiori progatiua gaudere debent, arg. ff. si tabu. testa. nullæ extabūt, l. 1. 1. respō. Cardinales enims ūt liberi primi gradus & sunt membra capitis: cæteri plati sunt mēbra corporis: alij autem sunt liberi nō primi gradus. Si aūt sint præmissis inferiores, impropriæ bonæ memoriæ dicunt, extra de appel. bonæ, extra de pœ. vti. bonæ. vtium reges dicunt claræ vel inclytæ memoriæ, & olim imperatores dicebanturdiuæ memoriæ, C. mā. l. fi. 16. q. 3. placuit. Sed quæro, quidam Papa exactionibus improbis, simonijs & turpi loquijs ecclesiam fœdauit, vt hic, nunqd ꝓ dictos act' posset dici malæ memoriæ? Dic ꝙ non: quia respici debet nō ad id qđ fecit, sed ad id qđ ipsum facere decuit ff. de off. præsi, sed li. cet, ff. de iust. & iure, l. pen. §. prætor, extra

Cardinales respectu Pa sunt libe primi gra

super ijs, quæ rem tangūt vel publicam vel priuatā, siue ordinarii, siue delegati quacunque auctoritate fuerint, prout posset ad eorum officium pertinere, si quid per officiales & nuntios ipsos indebite forsan attentatum extiterit, se plenius informare: idque nobis significare studeant vt prouidere super hoc de remedio opportuno valeamus. Nulli ergo, &c. Datum Auiñ. xij. Calend. Iamarii, Pontificatus nostri anno vndecimo.

De schismaticis.

¶ Benedictus xi.

¶ Processus & sententias latas per Bonifacium octauum contra Iacobum & Petrum de Columna tanquam schismaticos, & eorum posteros, reuocat hic Benedictus vndecimus, exceptis confiscationibus, in quibus nihil immutat, & sic (vt clare patet) hęc extrauagans corrigit, & prorsus reuocat capitulum vnicum. eodem titu. lib. 6.

CAP. VNIC.

DVdum bonæ memoriæ [a] Bonifacius Papa octauus prædecessor noster contra Iacobum, Petrum & Ioannem de sancto Vito, Ottonem quondam Agapitum, Stephanum & Iacobum Scyarram nepotes memorati Iacobi & filios olim Ioannis de Columna, & posteritatem eorū, necnon contra Richardum Petrum & Ioannem de Monte nigro, acadiutores, fautores, & receptatores eorum, cuiuscumque status, etiam si imperiali vel regali dignitate fulgerent: contra ipsam insu per Prænestem dum vixit varios fecit processus: sententias graues pœnas habentes & multas [b], pro vt in eisdem processibus continetur, ex quibus sic paucas ex multis [c] & prolixis breues exprimimus, quòd intelligi volumus specialiter singulas numeratas, & nominatim expressas. [d] Inter cætera siquidem deposuit dictos Iacobum atque Petrum à Cardinalatibus sanctæ Romanę Ecclesiæ, reddens eos & filios dicti Iacobi, & posteritatem eorum inhabiles ad Apostolicæ dignitatis apicem & Cardinalatus honorem: ipsos, eosdemque Iacobum & Ottonem, & Richardum beneficiis ecclesiasticis & ecclesiis cunctis priuauit, eosque & Agapitum, Stephanum, & Scyarram prædictos banniuit ab vrbe, & ita Ecclesię supradictæ ipsorum confiscauit bona

de elect. cum causam, vnde maius prælatus, & si non habeat diadema sanctitatis, hēt tñ diadema dignitatis quæ ex se, nec de se peccauit, licet suppositū cui dignitas inerat male egerit, ꝓp quod dignitas sibi coniuncta inf. cta fuit, 7. q. 1. scire, & nor. simile C. de sum. trinter claras 2. rū. Itē prelatus etsi non sit bonus, pro bono tñ ponitur, vnde Prouerb. 26. Sicut q mittit lapide in aceruum Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem, certum est, ꝙ in computādo denarios paruulus pro mille ponitur, sic prælatus quia ꝓsidens est toti cōitati virtute secundum Philosophū: & ob hoc debet honorari, quia partes sunt plati auth. de incestis nup. §. sancimus. coll. 2. ff. de obseq. li. liberto, & dij vocantur ꝓp ordinis excellētiam, & officij dignitatem extra de hæret. cū ex iniuncto Item platus nō dr bonæ memoriæ rōne suppositi, sed dignitatis, quæ de se, nec à se deliquit, & delictū pœnæ nō redundat in damnū ecclæ, extra 6. lib. de re. iur. delictū, & hoc casu, vbi de his ponerem, sicut vilē ponerem, ext. de in integrestit. tum ex litteris, in princip. & extra de verb. sig. venerabili. & extra de acc. licet. extra 6. lib. de hæret. cum secundum, in fi. extra, 6. li. de sen. excō. statutum, ext. eo. lib. de verb. signi. veneins. extra eod. lib. de cōcess. præb. auctoritate, ext. de rescrip. cōstitutus, extra, de frigid. & malefic. c. fi. b ¶ Multas. Quæ sit differentia inter multam & pœnam, habetur, ff. de verb. sign. si qua, & notat. C. de modo mult.

Iura facilius

c ¶ Ex multis. J in proœ. ff. §. 3.

d ¶ Expressas J similis modus loquendi habetur. C. de pscrip. xxx. vet xl. an. oēs, & no. de hoc extra. 6. li. de procur qui ad agē dū. Et ratio huius di soluunt, q̄ licti est, quia hic agitur gent. de li berādo, quod est promptius q̄ ligare, ff. de action. & oblig.

Arianus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Arianus, extra de proba. ex litteris, præsertim ab ijs, quæ furgunt ex delicto, ff. de pactis, l. si tibi decem §. buædam.

a ¶ Et alias.] hæc dictio, aliàs, aliqñ est aduerbiũ tpis, vt cũ dicitur, alias hoc faciam, & aliquando loci, vt cum dr, aliàs uenit ad me. sed hic accipitur pro aduersio qualitatis, vt sit sensus, quod nedum pœnas & multas prædictas, sed etiam aliàs id est aliter omnia il laq̃ in & cessibus, &c. Alij dicunt ꝙ debet esse dictio, alia: Sed hoc nihil est propter adiectiua, quæ sequũtur, s. latas, & inflictas, &c, quia tunc secundum stylum curiæ diceretur in neutro genere, non in femininо, nec hic seruatur grammatica Prisciani dicentis ꝙ masculinum & femininum genera concipiunt: neutrum. & Priscianus melius dicit inspiciendo dignitatẽ generum. Sed stylus curiæ omnia superiora per neutrum

Adiectiuũ neutrũ de oĩ gñe prædicatur.

sententiosius comprehẽdit, nam neutrum adiectiuum de omni gñe secundum philosophum prædicatur ut uir est album, mulier est album, & mancipium est album.

b ¶ Eiſque.] scilicet reddimus illud, quòd sententia siue pœna abstulit, quod est infra.

Bñficium in irregularitate acq̃situm an ilia purgata retinere possit.

c ¶ Reddimus.] quæro, unus de prædictis est excommunicatus occasione dictorum processuum, & se immiscens postmodum, diuinis, factus est irregularis, postmodũ recipit beneficium, nunquid post hanc relaxationem poterit illud retinere? Videtur quòd sic, qa uerbum reddendi, significat retro dare, ff. de uerb. sig. uerbũ reddendi, hoc idẽ innuit textus ꝑcedens ibi, nec & pro præterito, &c. Dic ubi ius

& iura, plurium excommunicationum sententijs innodauit, addixit infamię capiendos exposuit, iudicauit schismaticos, & tam quam hæreticos puniendos, ab administrationibus & officijs, iurisdictionibus exercitio & dignitatibus in vrbe & circa, in Romana Ecclesia & curia, ac ipsorum posteros perpetuo, & in terris Romanæ Ecclesiæ vsque in quartam generationem per masculinum & femininum sexum coercuit, eis incolatum, ciuilitatem & habitationem vrbis, circumpositæ regionis & terrarum subiectarum Ecclesiæ interdixit, & intestabiles secit.

¶ Nos itaque qui eius vices in terris gerimus, cuius est proprium misereri & parcere, eorum miserijs & ærumnis compatimur, ad clementiam pro eis commouemur, ipsis pietatis nostræ aperimus viscera, & mansuetudinẽ non negamus, misericordes ab eis non auertimus oculos, illisque pium animum exhibemus. Ideoque omnes prædictas depositionis à Cardinalatibus, priuationis à beneficijs & ecclesiijs, inhabilitatis ad Papatum Romanum, & bonorum & iurium, quæ certis nobilibus Romanis ciuibus, & alijs concessa sunt (confiscationibus exceptis, in quibus nihil immutamus ad præsens) sententias, pœnas, & multas, & aliàs [a] quæ in processibus memoratis siue alibi continentur, verbo etiam in vita ipsius vel in morte in eos latas & inflictas seu confirmatas & innouatas per prædecessorem eundem, sicut si (vt prædicitur) essent per nos specialiter numeratæ & nominatim expressæ tam ad prædictos Iacob. & fil. dicti Ioannis de Col. masculinam & fœmininam pro lem eorundem Ioannis & filiorum per vtrumque sexum posteritatem descendentem ab eis Pet. & Richardo, & Ioan. de Monte nigro præfatos, quàm ad coadiutores, fautores, receptatores, susceptores & sequaces eorum quolsibet alios, penitus tollimus & viribus vacuamus: Ita quòd nec etiam pro præterito tempore possint super eis aliquæ Personæ impeti, quæ incurrissent eas, aut contra ipsas aliquem effectum habere. Eisque [b] quod quæuis alia quàm præfatarum depositionis à Cardinalatibus, priuationis beneficiorum & ecclesiarum, confiscationis bonorum & iurium, quæ (vt præmittitur) dictis ciuibus seu alijs sunt concessa, & inhabilitatis ad Papatum sententia sine pœna abstulit. reddimus [c]. Et irregularitatem [d], quam quoquomodo contraxerint, remouemus: & notam abolemus [e] ipsius: Inhibentes ne iam dicta Prænestе cum monte suo reædificetur vel muniatur, aut ciuitatis nomen siue episcopatum recuperet absque nostra licentia speciali. Non obstantibus quibuscunque constitutionibus, processibus, inhibitionibus, decretis, priuilegijs, indulgentijs, & litteris Apostolicis, per quæ præsentibus non expressa non esset alij acquisitum in re uel ad rem crederem istum ius habere in beneficio, uitio expresse purgato per dominum qui potest, arg. ff. de usu. si fur. & notatur simile, extra de renuntia. post translationem, ſi. Sed uitio non expresse purgato, opus est noua electione, uel collatione, argu. extra de æta. & qualicum bonæ, extra de excc. præla. tanta, nota similе de excess. prela. tanta. nota simile de ele. dudum, 1. secus si alter haberet ius in re, uel ad rem, C. de emanc. libe. nec auus & extra, 6. lib. de rescrip. quamuis. Sed dices dicta decret. excipit hunc casum. Sed dicquòd hic non est expresse dictum, sed in genere, non loquendo de iure alterius, non de præiudicio alterius faciendo, unde exceptionem, quę competebat ex factis. Papæ Papa non tollit, nisi extra de ꝓsuetu. cum olim in fi. & d.c. quãuis & ideo quod hic dicitur, intelligo, ꝙ pro tunc non possit impeti in iure nouiter acquisito.

Relatio fit ad ꝓcedẽtia

d ¶ Irregularitatẽ.] occasione præmissorum incursam, nam ad præcedẽtia faciendа est relatio ff de postula, l. 1. § deinde cũ adiecit, secus de irregularitate aliũ de causa lata.

Abolere quid est.

e ¶ Abolemus.] idest delemus unde abolere est, quod olet uel macular, tollere seu auferre. Et ꝙd sit abolitio, & eiusdem diuisio, not. Azo. C. de abolit.

pressa vel totaliter non inserta, earum effectus possit quomodolibet impediri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum debeat in nostris litteris fieri mentio specialis.

De furtis.

¶ Ioannes xxij.

¶ Publicatio excommunicationis latæ in eos qui furati sunt thesaurum ecclesiæ, quem iubente Clemente Papa de Perusio in Lucanam ciuitatem tres viri hic nominati deportauerant, & hic habetur optima practica monendi malefactores, vt intra certum terminum satisfaciant, aliàs excommunicationem incurrant, & modum ipsius excommunicationis publicandæ hæc extranagans clare manifestat.

CAP. VNICVM.

INfideles & stolidæ prædicationis alumni se per culpæ vitiũ indignos efficiũt, vt matris Ecclesiæ filij nũcupentur, dum ad ipsius matris iniuriam se conuertunt (quod graui nos commotione perturbat) matris eiusdem pietatem offendunt: & his in perniciem miserabili cęcitate delapsis, respergunt infamię maculis loca propriæ nationis.

¶ Dudum si quidem nonnulli degeneres filij, qui ad quęq; nefaria currere sunt, ausi pernersis ausibus in matris eiusdem prosilientes iniuriam & offensam, illam thesauri sui maximam partem, quæ de Perusio ad ciuitatem Lucanam de mandato felicis recordationis domini Clementis Papæ quinti prædecessoris nostri, dum adhuc viueret, per dilectos filios Vitalem de Chabenate, clericum Burdegalen. diœcesis, & Guliel. de Luna seruientem prædecessoris eiusdem, vna cum dilecto filio Iacobo de Casalibus decano ecclesiæ sancti Seuerini Burdegalensis diœcesis capellano nostro, extiterat deportata: & quæ in sacristia monasterij sancti Fedriani Lucanen. tunc temporis seruabatur, deinde ad cameram prædecessoris eiusdem fideliter deferendam tẽpore innationis ciuitatis Lucan. direpserunt in prędã, & de præfata sacristia per violentiã asportarunt.

¶ Nos igitur ad recuperationem thesauri prædicti sollicitis studijs prętendentes, omnes & singulos asportãtes thesaurum prędictum, & alios penes quos aliqua de thesauro fuerũt vel adhuc existunt, auctoritate Apostolica coram hac fidelium multitudine copiosa monemus, vt ea nobis, aut ei quem ad id duximus deputandum intra quatuor mensium spatium à die datæ publicationis præsentium numerandum, cum integritate restituant & assignẽt ac omnes & singulos scientes vbi vel penes quos aliqua de dicto thesauro extiterint vel existant, vt intra terminum supradictum nobis aut ipsi deputato nostro indicare studeant: alioquin in omnes & singulos monitionis huiusmodi contemptores, cuiuscunque dignitatis, status, vel conditionis extiterint, etiam si patriarchali vel superiori, aut alia quacunque præeminęant dignitate, exnunc auctoritate prædicta excommunicationis sententiam promulgamus: Mandantes illos per diœcesanos locorum & rectores parochialium ecclesiarum, ciuitatum & diœcesum earundem, singulis diebus Dominicis & festiuis pulsatis campanis & candelis extinctis excommunicatos publice nunciari, processuri ad grauiora nihilominus contra eos, necnon & contra ciuitates, communitates, vniuersitates, & singulares personas quascunque, quæ fuissent in præmissis culpabiles, sicut proteruia ipsorum exegerit, & viderimus expedire. Non obstante si eis aut eorum aliquibus vel alicui sub quacunque forma vel conceptione verborum, à sede Apostolica sit indultum, quòd excommunicari non possint, per litteras sedis eiusdem non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscunque tenoris exiſtat, per quam effectus præsentium impediri possit, vel quomodolibet retardari.

¶ Vt autem huiusmodi nostra monitio verius ad communem omnium notitiam deducatur, chartas siue membranas monitionem continentes eandem, in ecclesia Auinionen. appendi vel affigi ostijs seu superliminaribus eiusdem ecclesiæ faciemus, quæ monitionem ipsam suo quasi sonoro præconio & patulo indicio publicabunt: ita quòd omnes & singuli, quos monitio ipsa contingit vel contingere potest, nullam postea possint excusationem

præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

prætendere, quòd ad eos talis monitio non peruenerit, vel quò ignorauerint eandem: Cũ non sit verisimile remanere quo ad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Datum Auinione ij. Calen. Aprilis, Pontificatus nostri anno 1.

De crimine falsi.

Ioan. xxij.

¶ Alchimiæ hic prohibentur, & puniuntur facientes, & fieri procurantes: quoniam tantum de vero auro & argento debent inferre in publicum, vt pauperibus erogetur, quantum de falso & adulterino posuerunt. Et si eorum facultates non sufficiant, pœna per iudicis discretionem in aliam commutabitur, & infames fiunt. Et si sint clerici beneficiis habitis priuantur, & ad habenda inhabiles efficiuntur: Vide extrauagantem Io. quæ incipit: Prodiens, & est sub eo. tit. collocata.

CAP. VNICVM.

† Vide B.T. 2.2.q.77.ar. 2.ad 1.arg. & ibidẽ Caiet. Old.cõs.74. inci. An Alchimista peccet, & late Cassaneũ in catalogo gloriæ mũdi pe. 11.cõsideratione, 40.

Moneta falsa ab oculis fidis facile discernitur.

POndent, † quas non exhibent diuitias pauperes Alchimistæ: pariter qui se sapientes existimant, in foueam incidunt, quam fecerunt. Nam haud dubie huius artis Alchimiæ alterutrum se professores ludificant, cum suæ ignorantiæ conscij, eos qui supra ipsos aliquid huiusmodi dixerint admirantur quibus cum veritas quæsita nõ suppetat, diem cernunt, facultates exhauriunt: ijdemque verbis dissimulant falsitatem, vt tandem quod non est in rerum natura, esse verum aurum vel argentum sophistica transmutatione confingant: eoque interdum eorum temeritas damnata & damnanda progreditur, vt fidis metallis cudant publicæ monetæ characteres fidis oculis, & non alias alchimitum fornacis ignem vulgum ignorantem eludant. ¶ Hæcitaq; perpetuis volentes exulare temporibus, hac edictali constitutione sancimus, vt quicunque huiusmodi aurum vel argentum fecerint vel fieri secuto facto mandauerint, vel ad hoc scienter dum id fieret facientibus ministrauerint, aut scienter vel auro vel argento vsi fuerint vendendo vel dando in solutum, verum tanti ponderis aurum vel argentum pœnæ nomine inferre cogantur in publicum pauperibus erogandum, quanti alchimitum existat, circa quod eos aliquo prædictorum modorum legitime constiterit deliquisse: facientibus nihilominus au-

Intercunctas. ¶ Hæc constitutio habet sex partes. In qua

rum vel argentum alchimitùm, aut ipso (vt præmittitur) scienter vtentibus perpetuæ infamiæ nota respersis. Alchimistæ sunt infames.

¶ Quòd si ad præfatam pœnam pecuniariá exolnendam delinquentium ipsorum facultates non sufficiant, poterit discreti moderatio iudicis pœnam hanc in aliam (puta carceris, vel alteram iuxta qualitatem negotij, personarum differentiam, illasque attendendo circunstantias) commutare. Illos vero qui in tantæ ignorantiam infelicitatis proruperint, vt nedum nummos vẽdant, sed naturalia iuris præcepta contemnant, artis excedant metas, legũque violent interdicta, scienter videlicet adulterinam ex auro & argento alchimito cudendo seu fundendo, cudi seu fundi faciendo monetam, hac animaduersione percelli iubemus, vt ipsorum bona deferantur carceri, ipsique perpetuo sint infames. Et si clerici fuerint delinquentes, ipsi vltra prædictas pœnas priuentur beneficijs habitis, & prorsus reddatur inhabiles ad habenda. Qui nõ hẽt in ære, luat i corpore, ff. de in ius vo. l.fi. C.ad ser. fug. l.quisq; & inst. de pœ. te. lit. §. fi.

De priuilegijs.

¶ Benedictus xj.

¶ Hæc extrauagans dat Prædicatoribus & Minoribus priuilegia plurima circa tria, videlicet circa prædicationes, confessionum auditiones, & sepulturas. De secũdo in §. Sed quia multotiens. De tertio in §. Porro. Et licet sit reuocata per Clem. 2. de sepult. multa tamen notatu digna in ea reperiuntur, quę non sunt tractata. Et potuisset non inepte poni subti. de sepult. Sed non inconueniens idem ca. diuersis respectibus sub varijs collocari titulis, vt patet in c. significantibus. extra de libel. obla. & de appell.

CAP. I.

† Vide extrauagãt Sixti iiij. incip. Vt ces illius. tit. de treg. & pace, iter tẽp

ENTER cunctas † sollicitudines nostras, quibus nos pastorale premit officium, & debitum Apostolicæ seruitutis adstringit, illa debet esse præcipua, vt gregi

rum prima procemiũ ad dicenda, generale, & postmodum speciale præmittitur. Secũdo §. ideoque, articulus de prædicationibus faciendis. Tertio §. Sed quia. articulus de confessionibus audiendis. Quarto, §. Porro. articulus de lucris sepulturarum deciditur. Quinto §. ad hoc. papa clerum alloquitur. Sexto §. Hæc autem, hic statuta per multa non obstantia firmantur.

a ¶ Gregi Dominico.] in quo dẽt esse aliquid speciale, C. de grege Dominico. l. vna, ib. 11. & cuius præcipuus est director extra 6. li. de electio, vbi, §. exterorũ.

b ¶ Commisso.] in persona Petri, p hæc verba, Pasce oues meas, extra de elect. significasti.

c Non desit.] ne Papa faciat vt pastores mali, quorum defectus ponantur Ezechiel. 33. c.

d ¶ Lupus rapax.] hæc verba dicta sunt primo de Bentamen, Gen. 49.

e ¶ Propheta.] ex Ezechie, 3. sanguinem eius, scilicet impij, de manu tua requiram, extra de offi. ordi. irrefragabili, r. respõ. & dic sanguinem id est, peccatum, quod est sanguine piandũ vt Leuit. 4. & Hæbręo. 9.

f ¶ Pacem inferere.] cum sit vicarius regis pacifici, id est Christi, in prooe. decre. sic econtra inimicus homo, id est demon zizaniã seminat, extra de elect. licet de vitanda.

g ¶ Remouere scandala.] extra 6. lib. de offi. legati. officij.

h ¶ Iurgiorum amputare materiam.] quæ ex cupiditate procedit, extra in prooe. decre.

i ¶ Egenum.] in Psal. 40.

k ¶ Sane.] hic prosequitur procemium speciale, recitans constitutionem, Super ca gregi a Dominico nobis superna dispositione cõmisso b, animarum cura non desit c, ne illum lupus d rapax antiquus serpens humani generis inimicus inuadat eiusque sanguis de nostris (quod absit) clamante propheta e manibus requiratur. Debemus insuper quantum ex alto permittitur, pacem f inserere, remouere g scandala, iurgiorum h amputare materiam, & intelligere super egenum & pauperem: quia non in finem obliuio erit pauperis, & patientia pauperum non peribit in finem.

¶ Sane k dudum bonæ memoriæ Bonifacius Papa octauus prædecessor noster, quandam specialem inter prælatos, rectores, seu sacerdotes & clericos parochialium ecclesiarum ex parte vna, & Prædicatorum ac Minorum ordinum fratres ex altera, super faciendarum prædicationum, audiendarum confessionum per eosdem fratres ac de eis relictis, & de funeralibus canonicæ portionis articulis constitutionem l edidit, certum his modum imponens, prout in eadem constitutione plenius continetur. Sed pro ea quam intendebat quiete turbatio nata est, pro concordia sunt suborta dissidia, & pullulatę inquietitudines pro tranquillitate noscuntur: sicque dum ansam soluisse se credidit, nodum ligasse videtur, & septem, vno hydræ m amputato capite, suscitasse. Nec mirum, quia plerunque pariunt nouitates discordiam, præsertim dum ab eo quod diu æquum visum est, per nouam constitutionem receditur, nec quare recedatur, vtilitas euidens vel alia causa subest.

¶ Ideoque cupientes, vt ipsi gregi cura nostra eo plenior impendatur, quò amplior in agro Domini operariorum numerus operetur, super egenum intendentes & pauperem, ac nouitatem per eandem constitutionem inductam: Statuimus de fratrum nostrorum consilio, vt priorum ordinum fratres, qui ad hoc deputati fuerint, in ecclesijs ac locis ipsorum, quę impræsentiarum habent & in posterum obtinebunt, ac in plateis communibus seu publicis, libere absque diœcesanorum & aliorum prælatorum petita licentia valeant clero & populo prædicare, eique proponere verbum Dei. Caueant tamen omnino, ne hora in qua diœcesani predicti prędicarent, vel coram se facerent prædicari, prędicent ijdem fratres: putamus etenim dignum, vt maiori p minor, & superiori q inferior deferat in hac parte: nisi forsan aliud circa hoc faceret de voluntate diœcesanorum ipsorum, aut in studijs generalibus prædicarent diebus illis dumtaxat, quibus sermones ad clerum fieri solent & solemniter prędicari, seu mortuorum funeribus, vel eorundem fratrum festis specialibus seu peculiaribus: quia in his casibus

i Intelligesano modo quoniam in his, in qbus sunt exẽpti epis nõ obtẽperant, & ita pãt dici superiores.

a Inuitis

thedram, quæ nominatur j. §. fi.

l ¶ Constitutionem.] quæ incipiebat: Sup cathedram. & illa per istam reuocata, vt 3. eodem, in fin. est hodie approbata per Clementem quintum, patet in cap. 2. de sepul. in Cle. Ista autem quæ est Benedicti xj. ibidem reuocatur.

m Nodum ligasse videtur.] extra de verborum signific. cum olim.

n Hydræ.] hydra est serpens aquaticus dictus ab hydro quod est aqua, cui secundum fabulas vno capite abscisso plura nascebantur eidem. secundum sensum autem moralem vnum male gestum plura mala generat: quia vno principio illicito dato multa mala sequuntur, authent. ut iudi. fine quoquo suffr. §. 1. coll. 2. aquæ cuius cursus obturatur, multos meatus facit. Hydra quid sit. Psal 40. Vitium vnũ plura gñat.

o Pariunt nouitates discordiam.] ext. de consue. cum consuetudinis.

p Maiori.] nota ast tum prælatorum maiorum statu religiosorum, at religiosi ad prælaturam ascendere non debent, arg. 93. dist. legimus, in fi. extra 6. lib. de electio nullus, in fi.

q Superiori.] nor. quod exempti vt predicatores & minores iure communi superiores r episcoporum esse censetur & si ijdem exempti in pluribus casibus prælatis subsunt. extra de hæret. ad abolendam. extra 6. lib. de præb. c. 1. in fi. & aliquando sunt sedis Apostolicæ delegati legatione generali extra 6. lib. de sta. regu. c. vnico, §. & quoniam. ff. de constitu. princip. l. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Inultus est q̃ nõ probat consensisse.

a ¶ Inuitis.] dic inuitum qui non probatur consensisse, ff. de fur. qui uas. §. vetere, ff. de procur. fidiuſ familias. §. inuitus & ſi. de ſeru. vrba. prædinnitum, argu. contra ff. de mand. qui patitur.

b ¶ Superioribus.] superiorem uoco diœcesanum seu illum, qui habet iurisdictionem in clericos. & cõcurrere potest cum rectore, ext. 6. lib. de tempo. ord. eos, & c. cum nullus, ut ē metropolitanus, cui non est superior in prouincia sua, nisi in certis casibus not. extra de offic. ordin. pastoralis.

c ¶ Ad salutem.] Roma. 10.

†Prædicatio nõ semper retrahi audiẽtes à peccato.

d ¶ Concilij.] extra de pœnitẽ. & remissio. omnis.

e ¶ In morte.] extra de off. ordi. pastoralis, §. 1. extra 6. lib. de pœnit. & final. §. præsenti.

cum diœcesanis in prædicatione concurrere poterunt. Vbi vero ijdem diœcesani vocarent generaliter ad se clerum aliqua ratione, vel vrgente causa illum ducerent congregandum; ea hora in studijs memoratis diebus sæpedicti fratres ab huiusmodi prædicatione cessabunt. In ecclesijs autem parochialibus fratres ipsi inuitis[a] eorum rectoribus seu sacerdotibus) nisi iussi à superioribus[b] eorundem) non audeant prædicare.

¶ Sed † quia multotiens propositum verbum Dei audientem a peccato non retrahit, idcirco post prædicationem necessarium est pœnitentię sacramentum, circa quod (nisi articulus necessitatis occurrat) sacerdoti facienda oris confessio (prout scriptum est: Corde ad iustitiam creditur, ore autem fit confessio ad salutem[c]) exigitur: aliàs frustra esset in sacramento eodem sacerdotis (qui inter lepram & lepram debet discernere) ministerium institutum. Electi igitur ab eisdem fratribus ad audiendas confessiones & pœnitentias iniungendas, libere auctoritate Apostolica absque licentia diœcesanorum & aliorum prælatorum inferiorum exemptorum, & non exemptorum, quibus subsunt, qui ad confitendum accedunt, audiant eis peccata sua confiteri volentes: Non religiosos, qui secundum statuta suorum ordinum proprijs prælatis confiteri debent, aut ab eis, ne confiteantur alijs prohibentur, absoluant: ipsisque pœnitentias salutares iniungant, intra sibi designatos terminos ad huiusmodi exercendum officium constitutos. Excommunicationis vero vel alias sententias per prælatos latas contra hoc vel in eius fraudem, denuntiamus irritas & inanes, nec confessi ipsis fratribus peccata illa, de quibus confessi sunt eis & absoluti pœnitentes de illis sacerdotibus propterijs teneantur (sicut etiam non tenentur) iterum confiteri non obstante constitutione generalis concilij[d] †, quę sano intellectu (ne sequatur absurdum, quòd per pœnitentiam dimissa peccata quis confiteri debeat & quòd liberatus debitor adhuc ad soluendum remaneat obligatus) intelligenda est (vt ex ea patet) de illis, qui peccata sua confiteri alijs neglexerunt. Sed sacerdotes ipsis taliter cõfessis & absolutis adstricti sint ministrare Eucharistię, & extremę vnctionis etiam sacramẽtum.

†Scilicet Lateran. subinno. iij. c. 21.

¶ Super confessione autem facta fratribus memoratis, cum de confitentis solius præiudicio (si falsum dicat) agatur in iudicio animę seu pœnitentię foro, stabitur simplici verbo illius qui sacramenta petit prædicta, & dicit fratribus se confessum. Duos † tamen casus excipimus, scilicet si sacerdos asserat eum excommunicatum aut notoriè peccatorem. Sed videat, ne id dicat mendaciter, aut in dolum vel in fraudem: quia si hoc egerit, à delicto tali nisi plene satisfecerit (prætquã in[e] morte) absolui nequeat, nec de illo ad pœnitentiam aliter admittatur.

† Vide declarinã pœnitentiã Trid. sess. 14. c. 7. de casibus reseruationis.

¶ Vt autem diœcesanis honor debitus reseruetur, præcipimus, vt Prouinciales Priores Prædicatorum, & Ministri Minorum ordinum prefatorum, per se vel alios verbo vel scripto eis significent, se fratres ad huiusmodi confessionum audiendarum & pœnitentiarum iniungendarum officium elegisse, & non nominando, aut coram ipsis sistendo eos, nec illorum numerum exprimendo, petant humiliter à diœcesanis eisdem, quòd ijdem electi fratres de ipsorum beneplacito & licentia, dictum possint in eorum ciuitatibus & diœcesibus intra eis determinatos fines officium exercere. Quod si denegent, vel intra triduum non concedant, extunc ijdem fratres nihilominus auctoritate eadem huiusmodi officium exequantur. Datam vero licentiam per diœcesanorum mortem nolumus terminari. Per hoc autem non intendimus, quòd sæpedicti fratres, qui ad hoc eligentur officium exercendum, plus habeant in audiendis confessionibus, & pœnitentijs iniungendis quàm parochiales sacerdotes noscuntur habere. Sicque de casibus episcopis & superioribus quos, inferius adnotamus, ac sedi Apostolicę reseruatis, se nullatenus intromittant.

¶ Obseruent erga sollicite dicti fratres, ne ad confessiones recipiant criminosos criminibus

Rom. 8.

Pœnitere est rem à peccato tenere.

a ¶ Pœnitentia.] indicenda, 50. dist. in capite, 26. q. 6 c. 1.

b ¶ Incurrerũt.] quia idem factum est peccatum, & ipsum est pœna peccati, vt est clericidium, vel ablatio membri, 55. dist. si Euangelica, secus si ex diuersis factis emergerent, vt excommunicatio, q̃ est pœna peccati, & irregularitas, q̃ traheretur propter immistionem excommunicationis seu suspẽsionis durãte: & tũc p̃t fieri absolutio à primo g̃ præiatum, non dispẽsatio, exẽplum pone ex, 6. lib. de sen. & re iudic cum æterni, extra 6. lib. de sent. excommunicationis, cum medicinalis.

c ¶ Inconueniẽs.] declarat quod præmissa rat dicens, existimamus inconueniẽs, vt scilicet ille absoluat à peccato, qui nõ p̃t imponere debitã pœnitentiam ei, scilicet peccatori, & qui non p̃t remouere irregularitatem, sequẽlam peccati, &c.

d ¶ Imponere.] scilicet non potest, quod est ſ. nam cum pœnitere sit pœnam p̃ peccato tenere & pœna sit mẽsura culpæ, no. extra 6. li. de pœ. c. fi §. illud & §. seq. vbi debita pœna nõ potest infligi per aliquem. ergo nec pœnitentia salutaris.

e ¶ Sequelam.] vt di 40 c. si Euangelica.

f ¶ A iure.] 7. q. 4. si quis suadente.

g ¶ Quem.] idest alium.

h ¶ Excludit.] de istis excommunicationib. maiori & minori habet extra de sent. excõmunicationis, nuper, & c. nouit.

i ¶ Mandatis.] extra de sen. excommunicationis, decætero, & c. ex nosciturs, &c. quãuis.

k ¶ Acrimonia.] hoc verbũ exposui extra 6. lib. de statu regu. c. vnico. §. finali.

nibus pro quibus solemnis est pœnitentia[a] indicenda: Modo eodem excommunicatos respuant, & clericos, qui propter delictum irregularitatem aliquam incurrerunt[b]. Inconueniens[c] enim existimamus, vt à peccato absoluat, qui pœnitentiam ei debitam imponere[d] aut irregularitatis pœnam peccati sequelam[e], vel ex communicationem, quę infligitur maxime à iure[f] quandoque pro crimine, quę ve quem[g] ab ecclesia & per consequens à participatione ecclesiastico rum sacramentorum excludit[h], remouere non potest.

¶ Incendiarios, eosque qui tam enormibus sunt irretiti peccatis, quòd ea rationabilis consuetudo præscripta canonice in episcopatibus aliquibus reseruauit episcopis, similiter non admittant, quam consuetudinem (ex causa, quæ iuste ad animum nostrum mouit) solummodo circa voluntarios homicidas, falsarios, ecclesiarum immunitatis, & libertatis ecclesiasticæ violatores, & sortilegos approbamus. Quòd si forsan antequam ab eo qui potestatem habet, absolui possint, mors talium confiteri volentium verisimiliter timeatur, etiam in prædictis casibus sæpefati fratres eos confiteri volentes audiant, ipsisque beneficium absolutionis impendant sed sub eant iuramentũ quòd liberati se suis episcopis & excommuincatoribus præsentabunt: excommunicantium super his pro quibus ab eis excommunicati erant, & episcoporum pro peccato huiusmodi parituri mandatis[i].

¶ Verum quia post baptismum inter cæteras magis ad salutem necessaria † est propositio verbi Dei, quo audientes illud, quod est victoria nostra, instruuntur in fide, docentur fugien da fugere, & sectanda sectari, a quo per peccatum lapsi resurgunt, pœnitentiæ sacramentum perficiunt: Grandis nobis sollicitudo incumbit, vt tales ad hæc promoueantur fratres, qui oleo dulce edinis verbi eiusdem nostros foueant subditos, a peccatis prohibeant: increpationis vino peccatorum suorum mordeant vulnera, eosque ad illa pœnitentię acrimonia[k] purgandum & tergendum prouocent; & inducant. Ad id vero exequendum sententia † diuinæ legis exposcitur, desideratur ordo, & vitæ integritas etiam postulatur. Scriptum[m] est enim: Tu scientiam repulisti, & ego te repellam, ne sacerdotio fungaris mihi: quia labia[n] sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirunt ex ore eius: aliàs prout ad eum pertinet inter peccatum & peccatum non posset discernere, nec peccator existens, Dei deberet narrare iustitias, & testamentum illius assumere per os suum. Mam cuius vita despicitur, consequens est vt eius prædicatio contemnatur, Quare decernimus, vt Priores & Ministri Generales, & Prouinciales Prædicatorum & Minorum ordinum præfatorum, vel eorum vicarij, de discretorum consilio ad tam salubre officium fratres diuina scientia doctos, discretione vigentes, vita probatos, & expertos moribus (alioquin districtam reddent in futuro examine rationem) eligant & assumant: sic enim quod prædicabunt, facient, quæ arguent, operari cessabunt: & in eis ædificabitur populus verbo pariter & exemplo. Cæterum, licet (sicut prædicitur) de necessitate non sit iterum eadem confiteri peccata: tamen quia propter erubescentiam, quæ magna est pœnitentiæ pars; vt eorundem peccatorum iteretur confessio, reputa-

j ¶ Prouiderent.] hic accipitur in bona parte, vt aliàs, ff. de ædil. edic. quod si nolit. §. qui mancipia.

† Verbi Dei propositio est ad salutẽ valde necessaria.

† forte, scientia.

Osee c. 4.

Malach. 2.

m ¶ Scriptum.] Osee 4. extra de renunt. cap. nisi cum pridem, §. pro defectu.

n ¶ Labia. Malac. 2. & extra de hæret. c. ũ exiniuncto. ver. licet.

Psal. 49.

a ¶ Episcopalis quarta.] de qua habet 12. q. 2. concessu, & trib. c. sequentibus.
b ¶ Rustica prædia.] prædium rusticum ab urbano non loco, sed qualitate secernit, C. de præd. mino. l. si prædium.
c. Non misereatur.] arg. C. ne fil. pro pat. auth. habita.
d ¶ Voluntatem.] arg. extra de excess. prl. nimis, 1. responso.
e Trituratis, Deut. 26. extra de præb. ex tirpandæ. l. respon. & 1. Timoth. 5.
f Necate.] ff. de. a lie & exhib li. necate.
g Inopes.] auth. de coll. §. nullus aũt mo lestetur. coll. 9.
h Immunes.] C. de sacrosan. eccle. sancimus 2. uth. de eccle. ti. §. si quis uero res, coll. 9.
i Falcidiam.] C. ad leg. Fal. auth. similiter. quæ sumitur ex auth. de eccl. titu. §. si autem hæres.
k Portionis.] extra de testa. c. fi.
l Non defint.] C. de sacrosan eccl. priuilegia, in fine.

mus salubre: districte iniungimus, vt fratres ipsi confitentes attente moneant, & in suis prædicationibus exhortentur, quòd suis sacerdotibus saltem semel confiteantur in anno: asserendo id ad animarum profectum pro culdubio pertinere.

¶ Porro vt circa sepulturam apud loca eorundem fratrum eligentium sepeliri, & portionem canonicam de relictis eisdem fratribus minime detrahendam, nequeat in posterum dubitari: iubemus, vt corpora defunctorum, qui apud eorundem fratrum loca elegerint, dum uiuerent, sepulturam, processionaliter cum crucce, thuribulo, & aqua benedicta cantando seu legendo officium mortuorum, vel psalmos, & alienas ingredientes parochias, possint assumere, & ad suas deferre ecclesias tumulanda. De quibuscumque vero relictis præfatis fratribus in communi, vel singulis vltimis decedentium voluntatibus, siue apud eos sepeliendi sint, siue alibi: nulla per parochiales sacerdotes morientium à qua fratres ipsos liberos esse volumus, canonica portio, vel multominus per episcopos episcopalis [a] quarta omnino, cum eis tamquam exempti non subsint, nec etiam debita iure parochiæ, si forsan cathedralis defunctorum esset parochialis ecclesia, detrahatur. De funeralibus autem medietatem, si commode diuisionem recipiant: aliàs eiusdem medietatis æstimationem soluant parochiali ecclesiæ, & sacerdotibus antedictis. Funeralia vero intelliguntur hoc casu, quæ cum funere deferuntur. De candelis vero, quas fratres portant portio non petatur. Moneant autem ijdem fratres & pro posse inducant confitentes sibi vt de proprijs bonis suis parochialibus ecclesijs, eorumque sacerdotibus competenter relinquant, & quæ eis debent parochialia iura reddant. Ad hoc non murmuret quæsumus sæcularis clerus, non gerant molestè prælati, quòd circa præmissa sic duximus prouidendum. Attendant quanta exijs, quæ in primis duobus articulis statuta sunt, salus animarum proueniat. Aduertant quanta tollantur iurgia, & patenter considerent, quod eorum onera cum alijs nostro beneficio salubriter & quasi necessario patiuntur.

¶ Circa tertium vero articulum diligenter intelligant, quòd, fratres ipsi hoc per priuilegia Romanorum Pontificum eis benigne concessa, ante constitutionem eandem hactenus habuerunt. Quòdque sunt pauperes, nil habentes singuli in communi rustica [b] prædia, immo nec vrbana, vel mobilia, eorum alteri vel etiam vniuersi mendicant victum, quærunt vestitum, & eatenus sustinere possunt, quatenus vel uiuorum pietas, aut morientium charitas eis necessaria subministrat. Quis ergo non misereatur [c] eorum qui omnia, voluntatem [d] habendi etiam reliquerunt? Quis non compatiatur eisdem operantibus tam vtiliter in agro prædicto? Certe nullus, nisi qui triturantis [e] bouis os impie alligare velit, aut eos subtractis alimentis necare [f]. Inopes [g] patrimonij onera ipsa non habendi necessitate non sustinent, & a curialibus res ecclesijs vel pijs locis donatas, a quarte præstatione, seu lucratiuorum inscriptionibus lex facit immunes [h]. Relicta paueribus non patiuntur Falcidiam [i]. Et legata ad fabricam, vel pro ornamentis ecclesiæ, aut ad diuinum cultum perpetuum, solutioni non subiacent canonicæ portionis [k]. Pauperes autem (vt dictum est) sunt fratres: & quod eis relinquitur, aut in sua alimenta erogant, aut in fabricam, siue in cultum diuinum, & ecclesiæ ornamenta conuertunt. Propter quod nos, qui debemus intelligere super egenum & pauperem, & non obliuisci eorum, cum humanitatis sit etiam sæcularis principis prospicere egenis, & dare operam vt pauperibus alimenta non desint, non tam pie quam quodammodo iusse in eodem articulo egimus, egenos eosdem (vt præmittitur) reddendo ab onere canonicę portionis exemptos. Hæc autem (dicta constitutione, quæ incipit, Super cathedram, quam penitus reuocamus, alijsque quibuscumque constitutionibus specialibus, & generalibus statutis, priui-

Falcidia nõ dẽtur de relictis pauperibus.

Pauperibus subueniendum est.

Funeralia nõe qã intelligatur.

Psal. 40.

a ¶ Nequaquam obstantibus.] de uiribus istorum non obstantium notatur in Ex. trauaganti, rem non nouã. in fi. loã. Mon.

priuilegijs, indulgentijs, sub quacumq; forma verborum concessis, etiam si de ipsis de verbo ad verbum, vel aliquorum nominibus in nostris litteris oporteret fieri mentionem, conuentionibus, pactis, iuramentis, sententijs, consuetudinibus contrarijs, nequaquam obstantibus [a]) inuiolabiliter obseruari sancimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorũ statuti, denuntiationis, exemptionis, præcepto rum, approbationis, iussionis, voluntatis, reuocationis, & sanctionis infringere. Si quis autẽ, & cætera.

¶ Clemens quintus.

¶ *Rex Franciæ & regnicolæ per extrauagantem, Vnam sanctam. supra de maio. & obed. non amplius subijciuntur Ecclesiæ Romanæ, quàm prius erant.*

CAP. II.

MEruit charissimi filij nostri Philippi regis Francorum illustris syncęræ affectionis ad nos & Ecclesiam Romanã integritas, & progenitorum suorum præclara merita meruerunt: Meruit insuper regnicolarũ puritas ac deuotionis syncritas, vt tam regẽ quàm regnũ fauore beneuolo prosequamur. Hinc est quòd nos regi & regno per definitionem & declarationem bonæ memoriæ Boni facij Papæ octaui prædecessoris nostri, quæ incipit, Vnam sanctam. nullum volumus vel intẽdimus præiudicium generari. Nec quòd per illam rex, regnum, & regnicolæ prælibati amplius Ecclesiæ sint subiecti Romanæ, quàm antea existebant: Sed omnia intelligantur in eodem esse statu, quo erant ante definitionẽ præfatam: tam quantum ad Ecclesiam, quàm etiã ad regem, regnum, & regnicolas superius nominatos.

Regnũ Frãcie Papa fa mte prosequitur.

¶ Eugenius quartus.

¶ *Ordinarii non possunt ferre censuras in suos subditos pro suis negotijs Romam euntes, ibi manentes, aut ab ea recedentes, nec illos priuare beneficijs, quod si fecerint, irritum est.*

Et si beneficia illorum alijs sint collata, tam dantes quàm recipientes ipso facto sunt excommunicati, & à solo Papa absoluendi.

CAP. III.

DIuina † in eminenti sedis Apostolicæ speculo disponente clementia constituti, ad ea libenter intendimus, per quæ officiales præfatæ sedis obsequijs eius (ad quam veluti fidelium omnium matrem, proanimarũ salute quærenda, & iustitia prosequẽda, de diuersis mundi partibus confluit multitudo) tutius & quietius se propriores valeant exhibere: Hinc est quòd nos ex certis rationabilibus causis, motti, etiam nonnullorum prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes, districtius inhibemus locorum ordinarijs, nec non commissarijs & delegatis eorum, cæterisque vniuersis & singulis quacumque potestate & auctoritate præfulgeant, cuiuscunque dignitatis gradus vel præeminentiæ fuerint, ne contra officiales præfatos quocumque nomine nuncupentur, in nostris & dictæ sedis obsequijs nunc & pro tempore existentes, necnõ quoscunque alios pro suis & eorum causis vel negotijs prosequendis ad sedem prædictam venientes, ac in ea (durante negotiorum & causarum huiusmodi prosecutione) moram trahentes, & recedentes ab eadem, procedere, aut in eos excommunicationis, suspensionis vel interdicti, aut priuationis officiorum, aut beneficiorum, seu quãuis aliam sententiã promulgare præsumant.

¶ Nos enim omnes & singulos processus & sententias contra tenorem & mentem nostræ inhibitionis huiusmodi latas & habitas, & in posterum habendas, ac etiam promulgãdas, & quæcumque inde secuta, declaramus nulla, irrita, & inania, nullíusque extitisse vel existere roboris vel momenti. Necnon quicquid in contrarium à quoquam, quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel in posterũ cõtigerit attentari, etiam decernimus irritũ & inane. Et nihilominus in omnes & singulos ordinarios, & officiales commissarios & delegatos eorum qui se dignitatibus ac beneficijs ecclesiasticis quibuscunque officialium, aut negotia huiusmodi apud dictã sedẽ prosequentiũ præ

† Vide cõcil. Trid. sessio. 23. de refor. c. 1. circa finem. & sessio. 24. de reforma. c. 11. §. quæ uero priuilegia.

Xhibita,] a ¶ Cõstitutiõne.] quę incipit, susceptũ. & est una de xx. g. ossaris per Zenzelinũ, & posita sub tit. de elect.] Et inter has repetitur cum gl. Gulielmi de Monte Lauduno in titul. ne sede Vacante.

Dãtes & recipiẽtes quãdoque, equaliter puniũt.

dictorum, eos illis forsan priuando atque priuatos decernendo seu declarando, vel cuiuscumque priuationis prætextu illa personis alijs conferendo, seu de illis in eos quomodolibet se intromittendo, tam in dantes quàm in recipientes, excommunicationis suspensionis, & interdicti latas sententias promulgamus, quas volumus eos ipso facto incurrere. A qua quidem excõmunicationis sententia absolui nequeant, nisi a nobis, vel per nos deputandis, præterquàm in mortis articulo constituti.

¶ Præmissa autem à die affixionis præsentium ad valuas basilicæ principis Apostolorũ de Vrbe, ex certa sci entia quoscunque ligare volumus & arctare. Non obstantibus Apostolicis & quibuscumque generalibus, aut prouincialibus, aut synodalibus concilijs, edictis, constitutionibus, ordinationibus, & Apostolicis priuilegiis, per quæ effectus præsentium impediri posset quomodolibet vel differri, etiam si de illis eorumque totis tenoribus habenda esset in præsentibus mentio specialis: & quæ præsentibus volumus habere pro sufficienter expressis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis [a] declarationis, constitutionis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrũ anno incarnationis Dominicæ M. cccc. xx. ij. octauo idus Martij, Põtificatus nostri anno secundo.

¶ Ioannes xxij. Magistro & Fratri hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitani.

¶ *Præmisso tenore duarum constitutionum, dicit quod hospitalarii sancti Ioannis ex statuto, consuetudine, vel priuilegio habentes annalia beneficiorum vacantium, percipere debent portionem, quam haberent beneficia obtinentes, si in illis essent residentes.*

CAP. IIII.

Exhibita nobis ex parte vestra petitio continebat, quòd dudum post constitutionem [a] per nos editam, qua specialiter & expresse cauetur, quòd habentes annalia in ecclesijs de consuetudine, priuilegio vel statuto, qui ratione dictorum annalium fructus primi vel secundi, vel alterius cuiuscumque sequentis anni beneficiorum vacantium sibi hactenus in totum vendicauerant, nihil ex inde vltra summam pro qua vnumquodque beneficiorum ipsorum consueuit in decimæ solutione taxari, prætextu cuiusuis priuilegij consuetudinis, vel statuti, quouis modo percipere: sed ipsius summæ perceptione dumtaxat deberent esse contenti, totali residuo prædicta obtinentibus beneficia remansuro: nisi forsan illi, qui fructus illos soliti essent cum integritate percipere, mallent, ipsum habere residuum, & obtinentibus beneficia dimittere summam memoratam, quo casu percipiendi quod mallent, erat eis optio derelicta. Quandam aliam declaratoriam constitutionem fecimus, in qua specialiter cauebatur, quòd si huiusmodi beneficium obtinentes in ecclesia, in qua specialiter illud beneficium existeret, minime residerent, ad debitum seruitium impendendum capitulo eiusdem ecclesiæ nihil deberet accrescere, cum cessante causa † cessare debeat pariter quod vigebat. Quodque ex verbis declarationis huius satis innui videbatur: quòd fructus beneficiorum non residentium accrescere debeant habentibus annalia memorata. Verum ex eo quod in declaratione dicta non continetur expresse de perceptione annalium beneficiorum vacantium vobis debitorum de prædictis cõsuetudine, priuilegio, vel statuto, quo ad fructus non residentium in eisdem, qui vobis accrescere debent, nullum adhuc commodum assequi potuistis, licet (vt præmittitur) dicti fructus capitulo non accrescant. Quare nobis humiliter supplicastis, vt quod in huiusmodi declaratione nostra tacite innuitur, declarare expressius dignaremur. Nos itaque petitionem uestram iuri consonam æstimantes, ac propterea in hac parte quieti & indemnitati uestrę prouidere uolentes, præsenti oraculo declaramus, quòd fructus prędictę ecclesię uel beneficij uacantis, cuius annalia in quibus consistunt

† l. adigere, §. quãuis, ff. de iure patr. c. cũ cessante de app.

Annalia percepto multiplici iure potest tẽpestiue.

Petitio iuri cõsona exaudiri meretur.

Beneficiatus a residentia faciendа qñque excusatur.

consistunt, debentur uobis ex priuilegio, consuetudine, vel statuto, etiam pro ea parte, quæ obtinentibus præbendam vel beneficium huiusmodi (si in ecclesia vbi illa consistunt personalem residentiam facerent) deberetur, si non residεat ibidem vere vel interpretatiue, vtpote per speciale priuilegium Apostolicũ, vel aliàs ex causa rationabili ab huiusmodi residentia legitime excusentur, cum dicta pars (vt prẽmittitur) capitulo non accrescat, vobis accrescere debet secundum intentionem, & mentem declaratorię memoratæ. Nulli ergo, &c cætera, vt supra. Datum Auinione Calen. Martij, Pontifi. nostri anno quinto.

De pœnis.

¶ Ioannes xxij.

¶ *Episcopus Caturcen. propter varios excessus per ipsum pertratos, præsertim quia sedi Apostolicæ, suis subditis & sibiipsi iniurio sus fuerat, varias pœnas incurrit, quoniam perpetuæ depositionis sententiam meruit; priuatusque fuit pontificali, sacerdotali, & alio quolibet officio, & ad perpetuum carcerem condemnatus. Doctrina vtilis hic nobis tribuitur, vt scilicet cognoscamus crimina & excessus, quibus prælatus deponi possit. Facit hoc cap. Veritatis, extra de dolo & contu. & cap. ex litteris, & cap. tanta est clauis Petri. de excess. præl. Et nisi antiqui libri hoc capitulum sub titulo, De pœnis, annotauissent, sub titulo, De excessibus prælatorum, positum fuisset.*

CAP. VNICVM.

Diuinis exemplis quæ nostrorum debent esse actuum regula, patẽter instruimur, aures nostras subditorũ à suis præpositis oppressorum indebite, & aggrauatorum iniuste, non obturare clamoribus, sed ipsis ipsas potius compassiuis affectibus inclinare, vt si per solertis inquisitionis indaginem clamores huiusmodi opere † completos esse viderimus, liberationis opportunæ remediũ solicitis studijs apponamus, pœna nihilominus debita punituri in hanc patratorum qualitatem excessuum illicitos oppressores. Omnipotens etenim Dominus audito † clamore populi sui propter duritiam eorum, qui operibus præerant, dolentis, ad liberandum eum descendit: Et summi templi præpósito, qui iuxta nominis interpretationem in uias prauas inique diuerterat, comminando, sic ait: † Expellam te de statione tua, & de tuo ministerio te deponam. Dudum siquidem fama graui, clamore frequenti, & querela flebili subditorum deferentibus nobis, Hugonem Geraldi olim Caturcensem episcopum, de multiplicatis excessibus, oppressionibus grauibus, enormibusque criminibus esse reũ: nos mala huiusmodi nolentes ante credere, quam probare super illis inquisitionem per nos & alios fieri fecimus diligentem. Et demum inquisitionis ipsius viso, & examinato processu, luculenter inuenimus, quod eius fuerat vitiosus ingressus, cum per ambitionem nimiam, & per abrupta simoniacæ prauitatis ad pontificalem ascendisset honorem. Progressus autem eius (vt execrando conueniret initio) iniuriosus extiterat quo ad tria. Primo videlicet quo ad Apostolicam sedem, cui (licet ipsum honorasset in multis, & tandem ad episcopalis dignitatis apicem promouisset) terga vertens, non faciem, contẽptum pro gratia, maleficium pro beneficio, & vituperiũ retulit pro honore: Appellationibus interdum ad sedem ipsam ab eo vel officialibus eius per subditos oppressos emissis, nedum deferre contemptibiliter renuens, sed eas verbo vilipendens, & facto suis præcipiẽdo ministris quod de appellationibus huiusmodi non curarent, ac nihilominus appellantes (quibus contra oppressiones debuerat esse appellatio ipsa remedium) nunc per captionis iniuriam, nunc per spoliationem beneficiorum, & aliàs indebite affligendo multipliciter, non absque vitio ingratitudinis uiolans iuramentum fidelitatis ab ipso præstitum dictę sedi: nec ueritus matris Ecclesiæ transgressionem apertam, nõnullis quãdoque per suas patentes litteras de uacaturis mandauit beneficijs prouideri, uias ad uacationem eorum aperiens nimis illicitas & suspectas: pernicioſus etiam fuit & frequens litterarum Apostolicarum abusus. Secundo uero quantum ad subditos, erga quos non pij prælati uel pastoris peregit officium, quinimo tanquam fur improbus, crudelisque tyrannus sub pallio charitatiui subsidij incussi

† Exodi. c. 3.

† Esa. 22.

Prælati nõ debent esse credeli.

Appellatio est remediũ contra oppressionẽ.

Prelatus erga subditos pastoris officium pera gere debet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

terroribus,violentijs, & iniurijs illatis, dolosis inductionibus & fraudibus exquisitis veluti recursor iniquus, extorsionib. eos intolerabilibus prægrauando, nunc binas in anno, nunc plures in die, nunc aliàs nimium excessiuas & ecclesijs ſportabiles, vtpote multiplicato euictionum numero canonibus †diffinito, interdum per-ſe, interdum per alios procurationes exigendo, pro libito visitationis officio quandoque nullatenus, & regulariter non ad fructum correctionis, ſed ad saturandæ cupiditatis affectum, impenſo, ad alios quæſtus illicitos & damnatos ſuum exacuit frequenter ingenium, nec de modo, nec de causa curauit. Et cum inuenit ſubditos ſuis in hoc reprobandis affectibus non parentes, nec aliàs ab eis exigere potuit concupita, calumnioſas delationes fieri, contra eos lites moueri, & diuerſa eis grauamina ſubdole procurauit pluries inferri. Præterea non citatos legitime, nec conuictos etiam aut confeſſos ſuis priuauit beneficijs, occaſionem pro cauſa confingens, non rationem his, ſed tyrannidem potius proſequens perſonalem. Multa falſa ſcienter inſtrumenta dictauit, per ſuos illa faciens notarios publicari: & ut illis qualem ipſe habuerat ad eccleſias præberet ingreſſum, inſtituere ei præſentatos, ſeu inſtitutionis ſuæ eis concedere litteras ſæpius remuit, niſi primitus certa ſibi & magna pecunia propter hoc exoluta. Multa eccleſiaſtica beneficia, nunc permutationis prætextu, nunc vero ſimpliciter in ſuis manibus reſignata modo iure, (ut prætendebat) ordinario, modo ſuper hoc (ut dicebat) Apoſtolico munimine indulto, de facto ſcienter contulit interuenientibus fraude, pacto, & ſimoniaca prauitate: ſubiectas ſibi eccleſias occupans earum redditus uſurpauit: & ſic in ſuis fuit corruptus iudicijs proceſſum eorum & finem in pecuniarium commodum ordinando, quando que iuſtificans impium, innoxium iniuſte condemnans. ſic & alios corrumpere iudices pro obtinenda ſuper oppreſſionibus inchoatis iniuſta victoria niſus fuit.

Tertio, quantum ad ſe, ut qui ſibi nequam exiſteret, nulli alij bonus eſſet: ſuæ namque famæ prodigus ſe periurijs patenter inuoluit, irregularitatiſque laqueis irretiuit, & (quod referre pudet) in corpus ſuum fornicando peccans per continuatum in continentię uitium, quo ſe dudum fœdauerat, pontificali poſtea decoratus honore, inſua ponere re gloria maculam, & fœmora ſua non erubuit mulieribus inclinare. In his quidem eius ſic reprehendendi ingreſſus, ſic ſcandaloſus, pernicioſus exemplo progreſſus, ut vitio huiuſmodi ſiue culpis neſcius finem imponere & periculoſus egreſſus, cum adeo ſoret in ipſo habituata malitia quod, (remanente ſibi ad ſolita facultate) in iniquitatis opere uoluntas ſibi deficere minimè ſperaretur.

Propter quod ne prioribus peius committeret, illud ſolum eſtimamus ſalubre remediũ, ut quod uelle non poteramus auferre, eripere-mus uel poſſe. Nos itaque ſuper præmiſſis & pluribus alijs eius nefandis exceſſibus cum fratribus noſtris ex ſano conſilio deliberatione cohabita diligenti, in præfatum Hugonem Geraldi, qui ſe omni honore ac dignitate reddidit tam indignum, quippe ob ſuas iniquitates ne præſit, eſt abiectus a Deo, ſuis ligatum peccatis, omnique honore ac dignitate pontificali iam priuatum à Domino, de conſilio omnium, & ſingulorum fratrum ipſorum perpetuæ depoſitionis ſententiam duximus promulgandam: pontificali eum & ſacerdotali, & alio quolibet officio priuantes, & ad perpetuum carcerem condemnantes; ut ibi committendis ceſſantibus, agat pœnitentiam de commiſſis. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ promulgationis & condemnationis infringere, uel ei auſu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Auinione xv. Calen. Iunij, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

†Vide concilių Late. ſub Alexã iij. c. 4 Conciliũ Later. ſub Inn. iij. c. 33. Concilių Oxonienſe. c. vt ſingula. & Concilium Triden. ſ. ſ. 24. de reſor mat. ca. 3.

De pœnitentijs, & remiſſionibus.

¶Bonifacius Octauus.

¶Centeſimo quoque anno viſitantibus baſilicas Petri & Pauli Apoſtolorum pleniſſima peccatorum venia conceditur.

CAP.

ANtiquorum.] ¶ Hæc epiſtola ſatis groſſe fuit compoſita. Et habet ſex partes. Primo, ſupplet remiſſionibus & indulgentijs conceſſis accedentibus ad Eccleſiam principis Apoſtolorum de Vrbe fidam antiquorum relationem cõmemorat. Secundo, §. Nos igitur. remiſſiones & indulgentias hmõi confirmat, approbat & innouat. Tertio, §. Vrautem, accedentibus ad eccleſias beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli de Vrbe, vere pœnitentibus & confeſſis pleniſſimam indulgentiam peccatorum dat. Quarto, §. Statuentes. quid pro indulgentia prædicta dictis vere pœnitentibus & confeſſis fieri oporeat ſtatuendo taxat. Quinto, § nulſ quiſque tamen. antipophorizat. Sexto, §. Nulli. inhibens præmiſſa non infringi. vult, vt ſecus facientes maledictionem incurrant.

CAP. I.

ANtiquorum † habet fida relatio [a], quòd accedentibus ad honorabilem baſilicam [b] principis Apoſtolorum [c] de Vrbe [d], conceſſæ ſunt magnæ remiſſiones & indulgentiæ peccatorum, [e]

¶ Nos igitur, qui iuxta officij noſtri debitum ſalutem appetimus & procuramus libentius ſingulorum huiuſmodi remiſſiones & indulgentias omnes & ſingulas ratas, & gratas habentes [f], ipſas auctoritate Apoſtolica confirmamus, & approbamus, & etiam innouamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

¶ Vt autem beatiſſimi Petrus & Paulus Apoſtoli ea amplius honorentur quo ipſorum baſilicæ de Vrbe deuotius fuerint à fidelibus frequentatæ, & fideles ipſi ſpiritualium largitione munerum ex huiuſmodi frequentatione magis ſenſerint ſe refertos [g]: Nos de omnipotentis Dei miſericordia, & eorundem Apoſtolorum eius meritis & auctoritate confiſi, de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, omnibus in præſenti anno milleſimo trecenteſimo à feſto Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti præterito proxime inchoato, & in quolibet anno centeſimo ſecuturo, ad baſilicas ipſas accedentibus reuerenter vere pœnitentibus & confeſſis [h]: vel qui vere pœnitebunt & confitebuntur [i] in huiuſmodi præfati & quoliber. venia. & pœna æterna debita pro culpa mortali commutatur à Deo in pœnam temporalẽ. Nam ſicut culpa reſpectu illius in quem ꝓmiſſa eſt, fuit infinita, ſic & pœna debet eſſe infinita, cuius infinitas tollitur ꝑ remiſſionem culpæ. Sed quanta remaneat, ignorat miniſter Dei, qui in pœnitentiæ ſacramento aliquam portionẽ illius pœnæ remittit. vnde miniſter Dei poſt præmiſſa arbitratur de pœna, quam credit ſupereſſe ad arbitrium ſuum, & ſic intelligitur, ꝙ omnes pœnitentiæ ſunt arbitrariæ. 16. q 7. tempora. extra de pœnit. & remiſ. quæſitum. &c. ſeq. Tanta tamen poſſet eſſe contritio cõſitentis, ꝙ nedum culpa, ſed pœna prorſus tolleretur; verum ꝙa hoc eſt dubium apud homines, miniſter Dei præſertim vicarius Chriſti & ſucceſſor petri iſtam pœnam certis de cauſis vt hic, & in voto vltramarino, & quibusdam alijs commutat in certos actus ſatisfactorios. Sed pone: iſte miniſter minus diſcrete, ſeu ſine cã legitima taxat: nunqd confeſſus ad plus tenebitur? Dic ꝙ ſic vt ſuppleatur quod de iure deficit. ff. de re iud. l. 4. 6. ſi quis condemnatur, & hoc requirit virtus diuinæ iuſtitiæ, manet ergo petri iudiciũ, vbi cunq; ex ipſius æquitate fertur iudicium.

Qualiter in pœnitentijs ſacramentalibus ſatisfiat diuinæ iuſtitiæ.

Peccati pœna dẽt eſſe infinita.

[a] ¶ Relatio.] ad quã recurrendũ eſt in anti quis, ff. de lega. 3. ſi chorus. §. 1. extra de prob. c. cum cauſam.

[b] ¶ Baſilicam.] ideſt eccleſiã. ext. de relig. dom. c. 1. 16. q. 7. omnes baſilicæ. Et proprie eſt domus regia, uel palatium regis, ſed modo per tranſlationem dicitur eccleſia, quia eſt palatium ſummi regis.

[c] ¶ Apoſtolorum.] ideſt beati petri, qui primatum habuit, & ſucceſſores ſui in Eccleſia Dei. 21. diſtin. nouo.

[d] ¶ De Vrbe] loquitur vulgariter: nam loquendũ eſt vt plures. arg. extra de tranſla. epic. inter corporalia. §. ſed neque. nam re vera eccleſia ſancti Petri non eſt in Vrbe, ſed in ciuitate Leonina, & minus eccleſia ſancti Pauli, de qua etiam dicitur, quòd non eſt in continẽtibus ædificiis. Quid autem importet hoc nomen, Vrbs, villa, ciuitas. not. extra. lib. 6. de ſenten. ex eo commu. ſi ciuitas.

[e] ¶ Peccatorum.] ideſt pœnarum pro peccatis debita rum, ſic ponitur 2. Machab. 12. in fi. ibi, ſancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluãtur.

[f] ¶ Habentes.] per hãc ratificationẽ & confirmationẽ non ratificantur niſi legitime conceſſa. extra lib. 6. de reſcrip. ſi gratioſe. §. ſi. extra de elect. dudum 2. §. pen.

[g] ¶ Refertos.] non refectos, quia refecti o proprie eſt corporis, ſed refertio eſt proprie mentis; vnde dic, refertos, ideſt plenos, bene fartos, obeſos ſeu craſſos. Et deſcendit refertus de refercio, cis, quod componitur de re & farcio. cis. Ioan. Monachus.

[h] Et confeſſis, ꝙui eſt vere pœnitẽs & cõfeſſus, hẽt veniã culpæ, quam ſolus Deus in contritione remittit ꝙ non datur niſi correcto, extra li. 6, de reg. iur. peccati

[i] ¶ Confitebuntur.] facto, ſunt tñ confeſſi propoſito, aliàs non ſunt filij Dei, ſed inimici. Tu dic: confitebũtur & propoſito & facto. Sed cum opera uiua ad vitã æternam valeant, & mortificata viuificari poſſint, dic qualiter opera mortua vt labor itinerationis hic expreſſus in mortali peccato factus poſſit prodeſſe ad remiſſionẽ pœnarũ ꝙ peccatis debitarũ, licet poſt laborẽ hmõi ſit vere pœnitens & confeſſus. Et notãdum 2, quod ad hoc quod indulgẽtiæ valeant, quattuor principaliter requirunt, & quintum ẽt huic propoſito poteſt addi ratione materiæ. Requiritur enim auctoritas in concedente, idoneitas in recipiente, pietas in fine, vtilitas in opere, & quintum quod addi poteſt, cõgruitas in tẽpore. Primo ergo requiritur auctoritas in concedente, ꝙ typica eſt, & principaliter reſidet in ſummo Pontifice, ſicut. n. videmus quod in corpore natu-

1 Diſpẽſare vade dicitur.

2 Indulgẽtiæ vt valeãt quot requirit ſita exigant vide beatũ Th. in qõni ad 2. ar. q. 25. ar. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

naturali vnicũ est caput, in quo positi sunt oẽs sensus, sic in corpore mystico quod est Ecclesia, est ponere caput vnum habens plenitudinẽ potestatis Hoc. n. fic est voluit ordinatia diuina. Et huic concordat rõ recta: voluit namq; diuina ordinatio, ꝙ ecclesia militans repræsentaret Ecclesiam triumphantẽ de quib. no. sup 6. lib. de ele. fundamenta. Vnde Io. in Apocaly. Vidi, in quit, Hierusalẽ descendentẽ de cælo: quia Hierusalẽ terrestris, hoc est Ecclesia militãs, exemplificata est & formata ad instar cælestis Hierusalẽ. q̃ sursum est, quę est mater nostra: videlicet Ecclesiæ triũphãtis. Ibi autem ſm beatum Dionysium nouẽ sunt ordines angelorũ sub triplici hierarchia dispositi Et est ordo sub ordine, & tãdem oẽs sub vno capite qđ est vnus Deus & si ibi velimus amplius ascẽdere, inuenie mus ꝙ pluralitas diuinarũ personarũ reducit ad vnitatem essentiæ, rõnem illius ordinis diuina sapientia in Ecclesia militante voluit exemplari. Vñ. in Iob. dr: Numquid nosti ordinẽ cæli & ponis rõnem eius in terra? Si aũt in Ecclesia militãte esset ponere duo capita de pari se habentia, quorum vnum alteri minime subderetur, non esse rõ cælestis ordinis congruenter in ea posita. Sed tũc rõ cælestis ordinis proprie & pfecte in terra ponitur, sic cuncti gradus platorum & principatuũ sub vno capite collocentur, & ei obediant & subdãtur: hmõi aũt est solus Romanus Põtifex vicarius Christi & successor Petri, cui in hmõi designationem dictũ est à Dño, Tu vocaberis Cephas qđ interpretat caput: huic ẽt veritati cõcordat rõ recta. Nã ſm Proculũ, oĩs multitudo reducitur ad vnitatem. Et ſm Philosophum, in vnoquoque genere est reperire vnum primum & supremum, quod est mensura & regula omnium aliorũ in illo genere contentorum. Et alibi, Monadem sequitur dyas. Oportet igiſ ꝙ multitudo hoĩum reducatur ad vnum, & in genere hoĩum sit reperire vnũ hoĩem primum, qui sit supremus in illo genere, qui sit mẽsura & regula oĩum aliorũ hoĩum: hmõi aũt est Romanus Pontifex, qui est inter oẽs homines supremus, exiſtẽs mensura & regula directiua oĩum aliorum cui plene oẽs catholici simpliciter sunt subiecti. Ad vltimũ aũt intantum se extendit ista subiectio, ꝙ qñ plenitudo gentium intrauerit, vt oĩs Israel saluus fiat, sicut dicit Apostolus ad Romanos 11.c. Tunc oẽs nationes orbis terrarum hnic vnico capiti subijcientur, & obedient. Et tunc implebitur illud quod ait Saluator in Io. Erit vnum ouile, & vnus pastor. Sicut ergo in corpore materiali est ponere caput vnum, in quo sunt oẽs sensus, seu plenitudo sentiendi; sic in Ecclesia militante (ne sit tamquam corpus monstruosum si duo haberet capire) est tantum ponere vnum caput, videlicet Romanum Pontificẽ, in quo est plenitudo ptãtis, & auctoritatis, q̃ si quidem ptãte contulit ei Dominus qñ beato Petro dixit, Quodcunq; ligaueris super terram erit ligatũ &c. & quodcunq; solueris, &c. Ipse aũt Romanus Pontifex est qui concessit istam indulgentiam, & in ipso (vt iam ostensum est) plenitudo residet ptãtis.

Hierusalem est & terrestris & cælestis,

Cephas dicitur caput.

Indulgẽtiæ solis idoneis Concedit.

Et sic patet primum, vid elice ꝙ est auctoritas in concedente. Secũ est idoneitas in recipiente. Nam ſm Philosophum actus actiuorum sunt in patiente dispositio. Nam thesaurus Ecclesiæ non applicatur nisi ei q̃ est mẽbrum Ecclesię. 21. q. 3. nihil sic debet. 23. q. 4. si quis à catholica. Et certum est ꝙ remanẽte culpa non remittitur pœna, quia ſm Auguſt. non dimittit Deus dedecus culpæ sine decore iustitiæ. Si aũt manẽte culpa remitteretur pœna, esset dedecus culpæ sine decore iustitiæ, & sic esset aliquid inordinatum in vniuerso: quod diuina sapientia non permittit. arg. in auth de hæred. & falc. §. inordinatũ. coll. 1. Oportet ergo ꝙ capax indulgentiæ sit purgatus à culpa, quod sit in contritione, ille ergo est habilis indulgentiam recipere, qui est vere pœnitẽs & cofessus. Et hoc tangit in forma indulgentiæ, cum dr ꝙ vere pœnitentibus & cõfessis hæc indulgentia sit concessa, non alijs. arg. C. de re milit. cum alii gaũ. li. 12, ca. 1a de appel. pastoralis.

2 Al. pudore.

in fine. Tertio requiritur pietas in fine, hoc est honor Dei & exaltatio fidei: in omni. n. concessione indulgentiarum ecclesiasticarum finaliter dẽt attendi, vt ꝙ hoc Deus honoretur, & fides exaltet catholica. Quartum est vtilitas in opere, hoc est, ꝙ opus quod pro indulgentia obtinenda imponitur, sit vtile & ordinabile ad finem prædictum, s. ad honorẽ Dei, & exaltationem fidei. Circa quod aduertendum est, ꝙ in cõcessione indulgentiæ non attenditur quantitas operis, sed genus operis: indulgentia. n. principaliter respicit gratiam, non meritum, aliàs non diceretur indulgentia. Si. n. quis offendisset regem vel principem, ita ꝙ pp offensam hmõi nierertur ſm legem patriæ manu vel pede truncari, & vt liberaretur à tali pœna, quam meruit, offerret principi duo vel tria millia florenorum, talis liberatio remissio dici nõ mereretur, sed potius redemptio & quædam commutatio. arg. ff de contrahen. empt. l. 1. Si aũt rex condonaret ei pœnam hmõi liberaliter, vel ei pro pœna vitanda aliquid leue imponeret; tunc talis liberatio remissio vocaretur: ergo indulgentiæ ecclesiasticæ principaliter respiciũt gratiam, non meritum; meritum dico proprium, respiciunt tñ meritum alienum, s. meritum Christi, immo super illud fundantur, & ex illo sumuntur. Passio nãque Christi excessiua fuit, vnde & excessus vocatur in Luca: ubi dr quod in transfiguratione Christi apparuerunt Moyses & Helias cum eo, & dicebant excessum, quem completurus erat in Hierusalem, vnica enim gutta sanguinis tem pretiosi sufficisset pro redẽptione totius mundi Nam pp coniunctione humanitatis cum diuinitate, quantulacunq; passio Christi, perpessa pro redemptione nostra, habebat pretium infinitum. Noluit aũt Christus quod excessus iste frustra fuisset, & ꝙ de nihilo nobis seruiret sed voluit ꝙ esset thesaurus ecclesiæ per suum vicarium Romanũ Pontificem pro fidelibus loco & tempore dispensandus, dispensatur aũt cum eis, cum indulgentiæ concedũtur. Nam pp vnionem capitis & membrorum, meritum capitis attribuitur & applicatur membris, & quia sic per alienum meritum, non per proprium meritum liberantur à pœna, ideo quantum ad ipsos liberatio dr remissio, seu indulgentia, licet quo ad Christum qui hoc nobis meruit, vocetur redemptio copiosa. vnde in Psal. Apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Nec est timendũ seu phantastice optandum, ꝙ per talem dispensationem thesauri, q̃ fit in collatione indulgentiarũ, præfatus thesaurus in aliquo minuatur: Nã ſ oẽs catholici vtriusque sexus per vniuersum orbem dispersi, in hoc anno centesimo pro hac indulgentia obtinenda venirent ad vrbẽ, & perfectæ præfatã indulgẽtiam obtinerent, tota eorum indulgentia in minori portione se haberet, ad thesaurũ, ex quo sumit, quàm sit proportio vniusguttæ aquæ ad totum oceanum, vel vnius grani milij ad mortem sancti Bernardi: quia finiti ad finitum est proportio aliqua: finiti vero ad ad finitum nulla: pp infinitatem. n. suam præfatus thesaurus ex dispensatione sua non diminuitur, nec decrescit. Versus.

Mille licet sumant, de perit inde nihil.

Quia ergo indulgẽtiæ respiciũt principaliter gẽram non meritum proprium: ideo in indulgentijs conferẽdis non attenditur principaliter quantitas operis, vñ in præsenti indulgentia, Romanis, qui visitando Apostolorũ basilicas fatis parum laborant, plenissima concediũ indulgentia, sicut eis qui de vltimis Galliæ, Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, Hispaniarumque finibus accedunt cum magnis laboribus & expensis. attenditur ergo in istis indulgentijs conferẽdis principaliter nõ quãtitas operis, sed genus operis: hoc est dictũ, ꝙ opꝰ ꝙ pro dicta indulgentia obtinenda imponitur, sit opus tale, quod ordinetur ad finem præfatum in collatione indulgentiarũ intenũ qui est videlicet honor Dei, & Exaltatio fidei, & primatus Ecclesiæ ī vibe existens. Peregrinatio vero ad præfatas beatorum Apostolorum

Indulgentia est cõcessa in honorem Dei & exaltatione fidei.

Remissio differt à redẽptione.

Indulgentia semper Christi meritum fundatur.

Thesaurus Ecclesiæ per diuinam ordinationem administratur.

stolorũ basilicas, ad honorẽ Dei, & exaltationẽ fidei, vt plurimum ordinat ꝑ hoc enim ꝙ ex tali peregrinatione sancti Apostoli honorãtur, Deus in ipsis se reputat honorari. ipsi enim pro Christi honore conseruando & dilatando, seipsos exposuerunt supplicijs in vita pariter & in morte: ipse autem Dominus se honorantes honorare decreuit unde dicit in 1. li. Regum. 2. c. Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum: q̃ autem contemnunt me, erunt ignobiles. Ex hac enim peregrinatione fides catholica non modicum exaltatur, eo ꝙ ex omnibus Christianitatis finibus fideles confluunt ad ortum fidei, ad basilicam videlicet sancti Petri. Nũc eernit apertissime beatus Petrus orationem illam exauditam, quam Christus ad patrem suum fudit pro eo dicens. Ecce rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. videt enim ꝙ vndiq; cotidianatim ruunt fideles populi ad ipsius basilicam, fidem catholicam ꝑfitentes, vñ fit videlicet ꝙ eius fides ſm Christi rogationem non deficit, sed magis ꝑficit manifestissimis incremẽtis. Num verum esse poterat ꝙ Bernardus dicit. An non limina Apostolorum magis ambitio q̃ deuotio teritꝰ sed nunc econtrario potest dici, ꝙ deuotio, non ambitio limina Apostolorum terit, & eorum basilicas frequentat, seu frequentare facit. O quantum credendum est beatissimos Apostolos exultare, cernentes suas basilicas à populo Christiano cum intẽso feruore fidei populosius & frequentius q̃ soleront, & vrgente deuotione populi accedẽtium ordine non seruato, impetuosius frequẽtari, non sunt à dieb. antiquis tanta deuotio, nec tãtus fidei feruor in populo Christiano, ex quo gaudent nõsoli Apostoli, sed totus etiam cęlestis exercitus, & confunditur diabolus & angeli eius. Sic igiſ patet veritas & soliditas hmõi indulgentiæ, in quam sic excellentiſſime confluunt quatuor causæ prædictæ: quæ ad hoc ꝙ indulgentiæ valeãt principaliter requirunt. Quintum quod potest adijci, est congruitas ex tempore cocessa: est enim hæc indulgentia in tempore congruo. videlicet in anno Iubileo. In Leuitico siquidem legitur, ꝙ annus quinquagesimus erat Iubileus, in quo ſm legis ꝑceptum clangebant tunc tubis, & remittebant peccata: hic legalis Iubileus typicus erat, & verum Iubileũ, qui in aduentu Christi sumpsit initium, figurabat. Ad hoc enim Christus venit, vt remissionem & indulgentiam ꝑdicaret spiritualium debitorum, videlicet peccatorum. vñ ipse ꝑ Esaiam dicit. Esa. 61. c. Spiritus Dñi super me: eo ꝙ vnxerit me: ad Euangelizandum ꝓ pauperibus misit me. Et sequitur: vt prædicarem captiuis indulgentiam. Ecce tuba prædicationis, Ecce indulgentia sine remissio debitorum. Et in exordio prædicationis suæ sic orsus est: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cęlorum, in quo verbo, forma & efficacia præsentis indulgentiæ continetur. hæc enim indulgentia solis pœnitentib. & confessis concedit: & eis regnum cœlorum propinquissimum esse facit. Et qa Christus in ortu suo secundum communem cursum humanæ naturæ fari non poterat: iõ in Iubileo isto clangentes præmisit, vt dr in Luca secundo c. Facta est cum Angelo multitudo militiæ cęlestis laudantium Deum, & dicentium, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus, &c. Quamdiu enim est in peccato aliquis, non est ei pax cum Deo: qa ſm Esaiam c. 48. Non est pax impijs: dicit Dominus: remissa culpa tremanente pœnæ debito nondum est pax perfecta: sed vtroq; remisso plenissima pax hominib. habetur cum Deo: quod per istam indulgentiam obtinetur. A natiuitate igitur Domini nostri Iesu Christi, in qua verus Iubileus incepit, quilibet sequens annus quinquagesimus vocari potest rectissime Iubileus. Quod aũt summus Pontifex non in anno quinquagesimo, sed in centesimo indulgentiam istam ꝓcederet (sicut ego ex ore ipsius audiui) duplex rõ mouit eum. Primo, qa vulgatum est ꝙ talis indulgentia in annis centesimis à natiuitate Christi olim concedi solebat. Et qa, vt dicit commentator, Sermo qui famatur ab omnib, non est oĩno falsus. Et quia istud sic publice famatuũ erat & vulgatum, noluit summus Põtifex ꝙ hoc anno centesimo in tpe sui regiminis ſm cursum temporis accedente, populus Christianus hoc munere fruſtraretur. Alia causa fuit, quid ob fauorem indulgentiæ transmarinæ, q̃ similis huic extitit, hanc indulgentiam, non in anno qnquagesimo, qa frequẽter euenit: sed in hoc centesimo concedere voluit: & deinceps in quolibet anno centesimo secuturo, eo ꝙ periodus humanæ vitæ annum centesimum (nisi in paucissimis) non transcẽdit. Ad hoc etiam adduci pũt aliæ congruentiæ, ex quib. sequentes assumo. Prima est, qa ꝑ istam indulgentiam, quæ vere pœnitentib. & confessis concedit, duplex indulgentia, cuiꝰ pæ videlicet & pœnæ habetur: & iõ congrue non in quinquagesimo, q̃ simplicem remissionem denotat, sed in centesimo concedit. qui duplicem continet lubileum Secunda congruẽtia est, qa secundum Bedam & Hieronymum numerus centesimus transit a leua ad dexteram, sicut etiam dicit gl. sup illud de parabolis seminis: Aliud cecidit in terram bonam, & attulit fructum: aliud quidem trigesimum, aliud sexagesimum, aliud centesimum. Quando autem aliquis migrat ab hoc sæculo purgatus a culpa, sed non liberatus à pœna, non transit a leua ad dexteram, sed a pœna ꝑfecti transit ad pœnam purgatorij, sed quando migrat liberatus à culpa & pœna, transit a leua ad dexteram. Et quia ꝓsens indulgentia sic disponit hominem, vt si pœna adempta decedat, transeat absq; medio a leua præsentis aduersitatis ad dexteram æternæ felicitatis: & ideirco in anno centesimo congrue concedit q̃ quidem centesimus est numerus tranſiẽs a leua ad dexteram, sicut dixi. Tertia, quoniam ille Iubileus de quo agit Leuit. 25. redire faciebat temporalia, sed iste spiritualia: & iõ non est mirum si duplicetur tempus. Quarta, hæc indulgẽtia plenissima ꝑ numerum magis ꝑfectum, vt est centenarius, debuit designari: pro tanto, quia vsq; ad ipsum fit ascensus ꝑ continuam adiectionem vnitatis ad ꝓcedentem numerum: & vltra ipsum tali modo non procedit, sed fit regressus ad principium numeri, s. ad vnitatem. Et vltẽrius tali modo vsq; ad alium centenarium fit processus, quod non est in aliquo alio numero. Quinta, quadragesima est numerus abundans, reddens in sua abundantia quinquagesimam. Et est duplex quadragesima: vna deletiua mali, vt vulgaris: alia operatiua boni, vt illa q̃ est inter Pascha & Ascensionẽ Dñi: & ꝑ has duas quadragesimas hñs gratiam in duabus quinquagesimis abundat. Et ꝑ hanc in centesimo abundanter in gloria crescit. Et dic arg. ꝙ iste textus non dat liberationem puram, sed sub conditione & q̃ aliquid est concessum sub conditione, non respicit tempus ipsius concessionis, sed conditionis existentis, ff. de cond. & dem. l. eum qui, & ibi no. ff. de leg. 2. l. non oportet, & ideo in hac concessione respiciam non tempus concessionis ipsius, sed conditionis existẽtis. Et ꝙ hic sit conditio liquet sic: quia hæc dictio, qui, iuncta cum verbo futuri temporis, condõnem importat, ff. de le. 1. l. Stichuum, ff. de auro & ar. le. Quintus. Et tunc ad ar. hic non consequit quis indulgentiam ex operib. mortuis, vt concludit arg. sed ex existentia cõditionis, vt est ostensum: vñ considerato opere, quod est virtuosum de genere, & ab agente sit piũ, & recta intentionis ſm dictamen rectæ rationis, quo ad bonum homo naturaliter inclinatur: tale opus põt dici aliquo modo viuum & meritorium, licet non ꝑfecte, saltem meritorio ꝓgruit, licet non meritoꝺigni. Et ꝓ tali opere dari põt indulgentia, cum fuerit dispositus ꝑ pœnitentiam subsequentem. Sed ponamus ꝙ Papa alicui existenti in gratia concedat indulgentiam sine cã rationabili non facienti opus bonum, pro quo est indulgentia merito concedenda, quęritur, vtrum valeat. Vr ꝙ sic: quia Papa habet plenitudinem potestatis, nec hẽt superiorem, quem sequi debeat, & à quo debeat regulari: ergo si det sibi indulgentiam, tenet: & valet ei cui datur, quia capax est, sed Papa qui omnia & præcipue

Fides Petri nõ deficiet.

Annus Iubileus typicus verũ Iubileũ figurauit.

Annus Iubileus nõ fine ei fuit cẽtesimo quoq; anno.

Vita humana periodus cẽ tũ annos nõ tũ ascẽdit, nisi in paucissimis.

Numerus cẽtenarius est perfectus.

Quadragesima duplex.

Indulgentia alicui ꝓcessi sine cã an valeat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

præcipue maiora agere dēt cum discretione & secundum iudicium rectæ rationis, peccat in sic concedendo. Sed dicendum ꝙ licet Papa hēat plenitudinem pātis quantum ad omnia bona ecclesiastica, temporalia & spiritualia, non habet tamen illam vt dominus, sed vt minister & dispēsator domini principalis: vñ licet non habeat superiorem in terris, eum tamen hēt in cęlis. Et sō dispensatio talium bonorum ab eo non dēt fieri, nisi in illis casib. in quib. verisimiliter appareat, ꝙ dominus, cuius sunt huiusmodi bona, consensum adhiberet vt potestas super ratione restringatur, 1 q. 3. ill. a. constat autem ꝙ Deo non placet, ꝙ tanta bona, sua sine cā rationabili concedantur: & sō talis concessio nō valet. Quamuis ergo ille, qui est verus dās alicuius rei, si illam det alicui sine causa rationabili, potest tenere talis donatio, quia fit de consensu dñi: non meretur tamen donans, nec agit fructuose, sed potius peccat: quia cum quilibet ea quæ agit, teneat agere sm iudicium rectæ rōnis: & qui sic agit, fructuose agit & meretur, oportet ꝙ quicunq; agit contra iudicium rectæ rō nis, peccet. Item quæritur, quidam in bono statu fecit partem istorum dierum: & ante completionem habit in mortale peccatum: & tandem illis dieb. completis ante annum confitetur, an habeat indulgentiam? Dic ꝙ non, quia dicta verba respiciunt peccata commissa, non committenda. Nam indulgētia ista completa dat remissionem pēnæ, si adsit vera confessio & pœna intra hunc annum, quib. remittit culpa effectiue p solum Deum, sacramentaliter p sacramentum pnīæ: & ministerialiter per ministerium debitum ecclesiæ, & indultum non respicit futuras pœnas, sed præteritas, argu. extra de confue. c. ex parte. Item hæc tota indulgentia per xv. dies facta commutat pœnas omnium peccatorum aliàs debitas in hunc laborē, & sic hæc indulgētia non respicit culpas commissas post iter peregrinationis arreptum, sed ante. Secus diceremus in tali casu: Confiteor in spāli quæcūq; scio, & in generali de aliis: dolens super eo, ꝙ alia quæ commisi nescio reminisci tandem sum memor vnius peccati grauis: iste (vt habetur 4. sententiarum) de isto peccato potest habere purgationem post mortem: quod non esset, si non esset vere confessus: & sic vera cōfessio hoc casu tollit pœnam. Nec obstat ꝙ sciens & memorans de peccato illud remanet confiteri: ergo non est plene confessus. Dic ꝙ peccatum est remissum: sed sit iterato confessio spālis ne videatur contemptus: nam postquam scit, nec confiteatur: ex suo contemptu nouo ligatur extra de sen. excom. per tuas, §. nos igitur. vnde sicut vere cōtritus hēt remissionem culpæ, hūs propositum confitendi postea: & si non confiteatur cum potest, peccat: sic confitens in genere de neglectis, & postmodum reminiscēs tenet ad confessionem: primo tñ erat remissio culpæ: & per consequens pœnæ p hanc indulgentiam. Item quæro. Aliquis fuit vere pœnitens & confessus añ istam indulgentiam & multa fuerunt sibi iniuncta nec loquor de iniunctis tangentib. partem, ut in furto: quia hoc hac indulgentia non remittitur. Nam licet Deus ꝙ ueram contritionem & confessionem dimittat peccatum: damnum tñ vel iniuriam illatum seu illatam homini non dimittit. Sic. n. Deus & quilibet alius grām dēt facere, vt ius alterius non absorbeat, ar. C. de emāci. li. nec auus, ff. ne quid in lo. pu. l. 2. §. si q à principe. nunquid ista iniuncta tollentur p istam indulgentiam? Et uī ꝙ sic: Ponamus ꝙ iste non fuisset confessus ante istam indulgentiam: constat ꝙ p istam indulgentiam omnia fuissent ablata: & cōstat ꝙ iste tantum expectando fuit fatuus, sed in alio casu consitendo fuit sapiens: & fatuus non dēt esse melioris cōditionis tus. ff. quod vi aut clam. l. seruus. extrali. 6. de pb. eum qui. Cum igitur secundo casu pœna tollatur, multo magis & primo. Item hic remanet pœna pro peccato: ergo illa tollit p indulgētiam, quæ est plenissima, vt hic dicit: quæ plenissima non potest dici quo ad cordis contritionem, nec oris confessionem, qui hic supponunt: ergo erit plenissima quo ad satisfactionem. Item in particularib. indulgētijs fit in tanto: ergo in plena. vt est hic, fiet remissio in toto. ar. ff. de rei ven. l quæ de tota. Sed ꝑ spālis obtō p generalem absolutionem nō tollitur, cum ligatio & solutio sibi inuicem rādere debeant, extra de pœnit. & remiss. c. n. ergo iste confessus spāliter se ligans, non soluetur eius obligatio p solutionem generalem non facientem mētionem de spāli obligatione, extra, 6 lib. de const. c. 1. extra decim. ex multiplici. ff. de ver. obl. l. doli clausula, ff. de pœnis, l. sanctio. & est ratio. ex quo enim iste confitens specialiter sibi, ꝓuidet: generalis prouisio prouidet, & prouiso non prouidetur, C. de pac. conuen. tam super dote quàm dona. propter nup. l. vlt. vnde Papa hoc hic non exprimens pœnitentiam iam iniunctam & acceptam non sustulit. nec dico quin Papa remittere potuerit: sed non sustulit quod non expressit. Item vt apparet ex hoc texta. q. sunt, vel qui erunt intra centesimum annum vere pœnitentes & confessi hāt hanc indulgentiam, facientes quod ꝫ. sequit: & sic non claudū tur confessi ante hanc indulgentiam, aliàs bene fuit dispensatum. Item dato ꝙ non essent verba illa: oib. in psenti anno, &c. adhuc idem vī ꝙ verbum, vere pœnitentes & confessi, non importat qui fuerant, sed q. sunt dumtaxat: nisi forte ex admisto t, vt in hoc sophismate, album fuit disputandū disputent artiste. Sed ad hoc vltimum pōt rāderi, ista non hre locum vbi adiectiuū nō respicit certum tps, ut cum dr homo alb. Nam inter adiectiuum talē & substantiuum, intelligit q est, secūdum Priscianum, sed secus in adiectiuo tps discernēte, vt in verbo, cōfessus, quod est præteriti temporis, & actus in eo designatus est præteritus: sed terminus adhuc potest esse psens vel iam præteritus. Et iō in suppletione ꝓteriti, deponentis, vel passiui, ponit. q. est, vel qui fuit. vnde si fui confessus ante hanc indulgentiam, si remansi in gratia, est veritas ꝙ sum confessus, i. remaneo in illa vera cōtritione, & dato ꝙ labar in peccatum, & postea verè confitear, adhuc illa confessio prima vere remanet, & opera prima reuiuiscūt. Item datur particularis indulgentia vere pœnitentib. & confessis. pone vnius anni: si non daretur nisi illis, q sunt actu in confitendo, ridiculum esset: ergo extenderetur ad illos qui confessi sunt. Et Papa declarauit confistorialiter, ꝙ pnīæ ante iniunctæ dēt tolluntur p commutationem operis satisfactorij hic positi. Dixit dēt ꝙ vota (excepto Hierosolymitano, & ingressu religionis) tolluntur p hanc indulgentiam. Et ego dixi hoc verum deuotis, quæ essent pp commutationem pnīæ, vel essent imposita in satisfactionem peccatorum. Secus videbatur de uotis hoc non respicientibus: v. g. Aliquis existens in periculo maris, vouit ire ad sanctum Iacobum, vel existens infirmus: vnde tale votum cum non sit pp pœnam peccati, quam tollit hæc indulgentia, qualiter tollitur per hanc indulgentiam satisfactoriam de pœnis peccatorum? Respondit tamē mihi Papa, ꝙ etiam tulit hoc totum tolli p hanc indulgentiam: quod potest Papa, licet verba indulgētiæ hoc non patiantur: & est locus qñ peccatum vel votum tangit tertium: quia hoc non tolliturper hanc indulgentiam, sed quando proponitur sancto, hoc est ordinatum in Deum: vnde tale votum p hanc indulgentiam tollitur. Declarauit etiam ꝙ sui pnīarij nihil debent iniungere vltra iniunctionem hic positam: aliàs (vt dicebāt) indulgentia frustraretur: nisi confitens volens facere opera supererogationis, voluntarie, pnīam satisfactoriam aliam ab hac taxata reciperet: nisi ad alium finem iniungeret: v. g. Pœnitentia nedum est ad remissionem pœnarum pro commissis & omissis debitarum, sed ad cautelam futurorum: & quo ad istud forsan potest pœnitentia iniungi. Item quæro, monachus ab abbate humiliter requirit, vt veniat licentiatus ab abbate pro dicta indulgentia acquirenda. Quæritur an abbas iuste possit hāc licentiam sibi concedere? Et vī ꝙ sic. nam monachus pro vtilitate monasterij recedere

Pœna ꝙ peccatis iniuncta añ indulgētiam p illam an tollatur.

Stultus non dēt esse melioris cōditionis tus. ff. quod vi aut clam. l. seruus. extrali. 6. de pb. eum qui.

Vota an tollātur p indulgētiam añ iubilei.

Monachus an possit ab abbate licentiari, vt eat ad annum iubileum.

cedere potest abbate impetrare, extra de post. c. ex parte, 16. q. 1. monachi, 2. Cōtra vouēs votū peregrinationis celebertimę, & tandē religionē intrās, nō vī fractor voti: quia illud in melius cōmutat, extra de vo. & vo. red. scripturæ, extra de iureiur. peruenit 2. ergo melius est vouere religionē & ꝓsequi, q̄ ꝓsequi dictam indulgentiam: ergo cū ab bas de meliori debet prospicere monacho suo, dictam licētiam pp maius bonum admittendum concedere nō debet. Respondeo ꝙ potest, vt cōcludit prima ratio & eo efficacius recipit indulgētiam, quo magis est dispositus interi⁹ p virtuosa exercitia religionis. Ad arg. in oppositum dicendum est, ꝙ actus peregrinandi compatitur secum omnia illa q̄ sunt essentialia religionis: & ideo cum utrumq; religio & peregrinatio sit qd bonū, necesse est, ꝙ ambo simul sint maius bonum quàm alterum tantum, s. obseruātiam religionis tantum: quia omne totum est maius sua parte: & ideo ambo simul tamquam maius bonum, magis disponunt ad gratiam suscipiendam & bonum indulgentiarum. Ratio autem in oppositum procedit, ac si obseruantia religionis & peregrinationis essent inuicem incompatibiles: quod non est verum, & facit 20. q. 4 monachum, §. si. Sed cōtra, monachatus omnē maculam abstergit. auth. de mo. in prin. colla. 1. & abstersum facit crescere in opera virtuosa: sed p indulgentiam p̄dictam nō habet nisi primū: ergo monachatus melior. Sol cum p tramites communes procedit, bñ arguis: sed in hac indulgētia procedit p semitam, compēdij, ut est ꝓmissum. Sed quæro, aliquis vere pœnitens & confessus inchoauerat hujusmodi indulgentiam, & firmiter proponebat eam ꝓficere: sed infirmitate supervenīente mortuus est. nūquid dēt hmōi indulgentia gaudere, ac si eam perfecissent? Vī ꝙ non: quia hæc concessio non est pura, sed conditionalis, ut superius est probatum in gl. super uer. confitebunē, q̄ conditio uī defecisse, ut arg. ff. de condi. & demon. l. qui hæredi. §. fi. Contra uī fauore indulgentiæ, quæ animam liberat à pœna: sicut seruus cui legata est libertas, si per certum tempus seruieret, libertatem cō sequitur, licet per aduersam fortunam fuerit impeditus seruire. ff. de statu. li. l. cū hæres, §. Stich⁹ 1. C. de cōinser. l. fi. Dic, aut infirmus uiuit usq; ad tēpus ꝙ peregrinari debuit, & sic uī liberatus, ut dicto §. Stichus, aut nō, & tūc nō est liberatus. Et est tō, quia concessio indulgētiarū nedum est sub conditione (ut est dictū) concepta, sed in diem, vnde oportet utrumq; subesse, quia ꝓ infirmitatem non dēt plus consequi, quam si in veritate dictam indulgentiam perfecisset, ut dicta l. cum hæres, §. seruire, & §. Stichus, & eo. ti. l. si hæreditas, . respon. ff. de uerb. obl. l. in illa stipulatione, & l. insulā, extra de ele. 6. lib. commissa. 1. rñ. Quicquid sit de iure, Papa declarauit quod illi qui inceperunt uenire, licet non peruenerint: morte uel alio legitimo impedimēto detenti, vel si venerint, nec cōpleuerint, habeant hanc indulgētiā: Itē q̄ro, cui sufficit hoc casu cōfiteri et ijs q̄ sedis Apostolicæ uel epis referunt? Et vī ꝙ simplici sacerdoti: quia lōge maiorē iniūctio nē simplex sacerdos pōt facere, quam sit pœna contē ta. Contra die quia confitens eget discreto confessore nedum propter pœnitentiam sibi iniungendam, vt argais: sed ēt ꝓp cōfitentis directionem, q̄ melius fiet ꝙ maiorem quam ꝙ minorem. Nam sicut in foro iudicij maiores causæ requirunt maiores iudices: extra de appel. vt debitus, in fine extra de bap. maiores, in princ. sic in foro animæ maiora peccata maiores iudices requirūt. nec est verisimile: ꝙ Papa vno uerbo gradus cōfitētiū uoluerit absorbere. extra de ele. eccla uestra 2. §. deniq;. C. de Iosaphat. l. si quando, in princ. Est enim ordo ecclesiasticus iste: qa est summus sacerdos vt Papa, & magnus sacerdos, vt episcopus, & est sacerdos, vt curatus, & isti in republica clericorum sunt dant intētionē suam de iure communi. summus sacerdos in omnibus: magnus sacerdos, & sacerdos in suis territorijs, 21. dist. in nouo, extra de pœnitentijs & remissionibus. cum cām, extra de paro, & alie. paro chis, c. significauit, & c. super eo. Nec prosequor quid cuique istorum cōpetat, & de hoc no. c. fi. ꝙ cathedrā, edito post publicationem Sextili. Nec dico confitendum discretiori ex præcepto seu necessitate, sed ex cō silio seu congruitate.

Indulgētia plenaria an ꝓcedat iter peregrinationē qui dā morte ꝓuentus impleuit. Dubio vera ad quæstionem.

Cōfessor discretus est melior vtilis.

Curiales cū nō sint peregrinātes, an possint ꝑdulgentias mereri.

a ¶ Plenissimam.] sed quomodo ista compatiuntur, plenam, largiorem, & plenissimam? Dico Papam interpretatum fuisse in consistorio me præsente hāc indulgentiam adeo plenam, prout clauium potestas se extēdit, quod intelligo prout uerba patiuntur.

b ¶ Veniam.] quot modis dicitur venia, no. extra lib. 6. de reg. iur. peccati.

c ¶ Peccatorum.] ideest, pœnarum pro peccatis debitarum, ut ꝫ. eo. c. 1 respon.

d ¶ Statuentes.] concessit, ꝫ. eo. §. proxi. nunc statuit qui & qñ erunt participes huiusmodi indulgentiæ.

e ¶ Continuis.] ut quia successiue triginta dies complent sine interruptione: vnde continuum est uicinū sine interpositione: qua simul teneatur.

f ¶ Interpolatis.] per unum, l. ab inter, & polus: unde interpolare est obscurare & interrumpere, ut hic, ubi quis quia fuit prima feria, & interpolate fuit, ideest interrupit: quia in secunda feria non fuit, sed tertia. Interpolatio quid sit.

g ¶ Et saltem semel in die.] hæc uerba Papa in consistorio sic est interpretatus cum præcedentib. ut continuatio, sed interpolatio etiam prosit, si sit semel facta in die in una dictarum basilicarum uerbi gratia. Semel in die mado ad utramq; basilicam, & sic est cōtinuatio quo ad illam diem, siue sit cōtinuatio siue interpolatio quo ad dies præcedentes posset ēt esse interpolatio ut semel in die uadam ad sanctum Petrum dūtaxat & alia die ꝓxime seu interpolate ad sanctum Paulum dūtaxat, & tūc istæ duæ itinerationes erūt ꝙ una die.

h ¶ Peregrini.] de quibus habetur extra de peregrino. uno, & extra de cleri pere. per totum.

i ¶ Forenses.] ideest, qui uenientes de foris nō uenerūt ēā peregrinationis, uidentes tñ hanc indulgentiam cō sequuntur eandem. Quid de curialibus existentib. in curia Papali? Rīdet Sixtus Papa, illos facere dēre, xxx. dies. Et est ratio, quia isti nec uere peregrinant, nec uere sunt forēses, sed ut morituri in curia accedunt, ut Cardinales, officiales curiæ, aduocati, procuratores, & in curia manentes, qui terminum sui recessus ignorāt, cum legem Papæ imponere nequeant, ut causæ eorum finem accipiant extra de appel. ex infinuatione.

k ¶ Simili.] f. die. continuis seu interpolatis & saltē semel in die, unde similis modus est ut rubique licet terminus ex una parte sit resistor.

l ¶ Consequet.] aliàs assequet. Sed quomodo hoc pōt esse cū isti habeāt plenissimā indulgētiā, ꝫ. c. §. ut aūt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Indulgẽtiã no, vltra quẽ nõ cõtingit ꝓgredi, & cõparatiuus eadẽ an possit ob qualitatẽ dicat extẽsam, tñ circa terminũ. & positiuus tineri m- candẽ significat absolute. Sol ingredi aulã gloriæ recior pvnũ q pit plus & minus. Nã si quis est in gratia ꝑ verã cõfes per alium. sionẽ & verã pœnitẽ tiã, & est sine obligatione ad pœnã, p hãc indulgentiam eo fic mortuo statim enolat, & sic habet statim plenissimam indulgẽtiã quãtum ad ingressum domus celestis, verũ si iste idem cum prædictis se ornasset credo deuotius & efficacius tunc ingrederet domum regni cælestis melius intensiue, qa vt habetur in Ioan. In domo patris mei mãsiones multæ sunt, vnde dicit gl. in lic. patris, dispositi ꝓ dignitate meriti. vnde dic ꝙ cõsequi efficacius põt referri ad fructum, quẽ quis ex indulgẽtia cõsequit, sic videlicet ꝙ maioris pœnæ remissionẽ obtineat. Et sic verba ꝓdicta non possunt hẽre veritatem, quia superlatiuus gradus qui ꝑ superabundantiã dr, otium gradũ consummationem includit. Item ista indulgentia per quam fit totalis culpę remissio & totius pœnæ, in quadã priuatione seu negatione cõsistit, in priuatione aũt & negatione non inuenit magis & minus. Vnde qa ingredi in regnũ cælorũ inquãtũ includit adeptionem gloriæ est quid positiuum, & in quo inuenit magis & minus, põt dici ꝙ aliquis efficaci & ꝑfectius põt ingredi regnum cælorũ. Itẽ hoc aduerbiũ, efficacius, põt referri ad medium ꝙ quod aliquis meretur illud ꝓ ꝙ hmõi indulgenciam consequatur, ꝙ est opus operatum & deuotio operantis, sic videlicet intelligendo ꝙ agens ad hoc ꝙ indulgentiæ fructum determinatũ inde cõsequat efficacius, agit ad hoc ꝙ illum valeat obtinere, quia si ageret pauciora opera, & cum minori deuotione, nihilominus verum fructũ indulgẽtiæ cõsequeretur. Cum aũt plura opera, & ex maiori deuotione facta, quantum est de se, sint efficaciora ad aliquid promerẽdum, quãto aliquis deuotius & frequentius agit opus dictæ peregrinationis, tanto efficacius fructum dictæ peregrinationis consequitur.

a ¶ Nostræ confirmationis.] approbatæ, ℨ. eo. §. nos igit.
b ¶ Concessionis. ℨ. eo. §. vt autem.
c ¶ Constitutioni.] ℨ eo. §. statuentes.
d ¶ Infringere.] vel ei ausu temerario cõtraire. Et hoc quentabit. Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam nostræ confirmationis, approbationis, innouationis, cõcessionis b & constitutionis infringere d, &c. Datum Romæ apud sanctum Petrũ viij. Calen. Martij. Pontific. nostri anno sexto.

¶ Clemens sextus archiepiscopo Tarraconẽ. eiusque suffraganeis.

¶ Annus Iubileus, siue plenaria remissio, quæ olim dabatur quolibet centesimo anno omnibus veræ penitentibus & confessis visitantibus basilicas beatorum Petri & Pauli, per istam extrauagantem ad annum quinquagesimum reducitur.

CAP. II.

VNigenitus Dei filius de sinu patris in vterum dignatus est descẽdere matris, in qua & ex qua nostræ mortalitatis substãtiam diuinitati suæ, in supposito vnitate, ineffabili vnione coniunxit, id quod fuit permanens, & quod non erat assumens: vt habe

anno. M. ccc. qui incipit à Natiuitate Dñi ſm vsum Ecclesiæ Romanæ, Papa fecit indulgentiã plenam ter in anno: primo die Iouis sancta his qui principaliter venerãt ꝙ ꝑ hãc indulgẽtiã, ẽt si nõ fuissent ad basilicas dictorũ à postolorũ nisi semel. Et die dedicationis basilicatũ dictorũ Apostolorũ, q̃ẽ die octaua post festũ beati Martini hyemalis. Et die Natiuitatis sequẽtis, Io. Mon. Cardin.

ADDITIO. Addeq̃dã notanda in simili indulgentia plenaria cõcessa crucem assumentibus contra infideles: examinata ꝑ Io. And. in nouella, in c. ad liberandã, de Iudæis. Adde etiam q̃dam pulchra decisa ad propositum per Hostien. in sum. de remissionibus, post titulũ, de pœnitentijs, in §. quibus prosint, & in §. ad quid valẽt, & inquantũ, & alijs §§. seq. Adde ẽt nonulla pulcha in simili per Card. Flor. in clem. si dãm, de reli. & vene. san. in fi. Et an verba tertia vel quarta pars pœnitentiæ, quæ ponunẽ in cle. 2. de pœnit & remi. ponãtur exẽplificatiue tm, vide Old. in consi. 10. ꝙ incipit: Factũ tale est dñs Clemẽs, &c. in vlti. dicti cõsilijs. Et ad de ꝙ dñs Clemẽs vide anno. M. ccc. l. reducit Iubileũ ad annum quinquagesimum in ꝑpetuum, per bullam suã & decretalẽ, q̃ incipit: Vnigenitus Dei filius, &c. Et addidit tertiam ecclam visitãdam, videlicet sancti Ioannis Lateranẽsis, vbi etiam inter alia declarauit, ꝙ accedentes ad indulgentiam huiusmodi, post iterarreptum impeditile gitime quo minus ad vrbem illo anno valeant peruenire, aut in via, vel dierum prætaxato numero non completo in vrbe decesserint, eandẽ indulgẽtiam cõsequãtur: & insuper nihilominus omnes & singulas indulgentias, tam per eum q̃ per ꝓdecessores suos Romanos Pontifices, tam ꝑfatis trib. ecclesijs, q̃ alijs de dicta vrbe concessas confirmauit & innouauit Pontificatus sui anno. 1. in Auinion. Quomodo deinde Martinus v. magis abbreuiauerit. Et Paulus ij. ẽt reduxit ad vicesimumquintum. Et deinde Sixtus iiij. confirmauit cũ reuocatione olim aliarum plenariarum indulgentiarum, & plura alia examinaui super glossis, quas feci ad dictam decr. vnigenitus, ſ. Clementis 6. Et ibi poteris videre, vide etiam aliqua per Iac. de Zoch. in repetitione capitu. omnis vtriusque sexus, de pœnitent. & remiſſ. in vlt. parte 1. Ioan. Fran.

† Ad Galat. 4.

† 1. Cor. 1.

† Ad Hebre os. 9.

† 1. Pet. 2.

† Esaiæ 61.

Tantæ

tantæ effusionis miseratio redderetur, thesaurum militanti Ecclesiæ acquisiuit, volens suis thesaurizare filijs, pius pater, vt sic sit infinitus thesaurus hominibus, quo qui vsi sunt, Dei

† Lucæ 10. amicitiæ participes sunt effecti. Quem quidem thesaurum non in sudario † repositum, non

† Matth. 13. in agro † absconditum, sed per beatum Petrum cęli clauigerum, eiusque successores suos in terris vicarios commisit fidelibus salubriter dispensandum, & proprijs, & rationabilibus causis, nunc pro totali, nunc pro partiali remissione pœnę temporalis pro peccatis debitæ tam generaliter, quàm specialiter (prut cum Deo expedire cognoscerent) vere pœnitentibus & confessis misericorditer applicandum. Ad cuius quidem thesauri cumulum, beatæ Dei genetricis, omnium electorum à primo iusto vsque ad vltimum merita, adminiculum præstare noscuntur: de cuius consumptione seu minutione non est aliquatenus formidandum, tam propter infinitã Christi (vt prædictum est) merita, quam propter eo quòd quanto plures ex eius applicatione trahuntur ad iustitiam, tanto magis accrescit ipsorum cumulus meritorum. Quod felicis recordationis Bonifacius Papa viij. prędecessor noster pie (sicut indubie credimus) considerans, & attenta meditatione reuoluens, quantum apud homines glorioſi principes terræ Petrus & Paulus (per quos Euangelium Christi Romæ resplẽduit, & per quos Ecclesia religionis sumpsit exordium, qui facti Christiani populi per Euangelium genitores, gregis Dominici pastores, fidei lucernæ, Ecclesiarum columnæ, præ cæteris Apostolis peculiari quadam prærogatiua in ipso Saluatore fidei virtute præcellunt: Quorum vni, scilicet Apostolorum principi, sicut bono dispensatori, claues regni cælorum commisit: Alteri tamquam idoneo doctori, magisterium Ecclesiasticæ eruditionis iniunxit) in speciali veneratione haberi debeant, & debita honorificentia venerari, pro ipsorum memoria recolenda crebrius, & reuerentia à cunctis Christi fidelibus eis deuotius adhibenda, ipsorumque patrocinio fauorabilius assequendo, inconsumptibilem thesaurum huiusmodi pro excitanda & remuneranda deuotione fidelium voluit aperire: decernens de fratrum suorum consilio, vt omnes qui in anno à Natiuitate Domini M. ccc. & quolibet anno centesimo extunc secuturo, ad dictorum Apostolorum basilicas da vrbe accederent reuerenter, ipsasque

Thesaurus Ecclæ ex sanctorũ meritis adiuuat: nec consumi potest.

Petri & Pauli laudes.

si Romani, ad minus triginta, si vero peregrini aut forenses fuerint, viginti-quinque diebus continuis, vel interpolatis, saltem semel in die; dumtamen vere pœnitentes & confessi existerent per sonaliter visitarent: suorum omnium obtinerent plenissimam veniam peccatorum.

¶ Nos autem attendentes, quòd annus quinquagesimus in lege Mosaica † † Leuit. 25. (quam non venit Dominus soluere, sed spiritualiter adimplere) Iubileus remissionis & gaudij, sacerque dierum numerus, quo lege fit remissio, censebatur: quodque ipse quinquagenarius numerus in testamentis, veteri quidem ex legis datione, nouo ex visibili Spiritus sancti in discipulos missione, per quem datur peccatorum remissio, singulariter honoratur. Quòdque huic plura & grandia diuinarum adaptatur mysteria scripturarum, & clamorem pecularis populi nostri Romani, videlicet hoc humiliter supplicantis, ac nos ad instar Moysis & Aaron per proprios & solemnes nuntios ad hoc destinatos specialer orantis pro toto Christiano populo, & dicentis: Domine aperi eis thesaurum tuum, fontem aquæ uiuæ, desiderantes benignius exaudire, non quidem vt sicut illius Israelitici populi indurati cesset murmuratio, sed vt istius prædilecti populi & cunctorum fidelium augeatur deuotio, fides splendeat, spes uigeat, charitas uehementius incalescat: Volentesque quamplurimos huiusmodi indulgentię fore participes, cum pauci multorum respectu propter vitæ hominum breuitatem valeant ad annum centesimum peruenire, de fratrum nostrorum consilio prædictam concessionem indulgentiæ ex suprascriptis & alijs iustis causis, ad annum quinquagesimum duximus reducendam: Statuentes de fratrum consilio prædictorum, & Apostolicæ plenitudine potestatis, vt vniuersi fideles, qui uere pœnitentes & confessi in anno à Natiuitate eiusdem M. ccc. quinquagesimo, proxime futuro, & deinceps perpetuis futuris temporibus de quinquaginta in quinquaginta annis prædictas eorundem Petri & Pauli Apostolorum basilicas & Lateran. ecclesiam (quam † inclytæ recordationis Constantinus, postquam per beatum Siluestrum, sicut per eosdem Apostolos Deo reuelante cognouit, renatus fonte baptismatis fuerat, & a contagio lepræ mundatus, in honorem Saluatoris construxisse, quamque

Vitæ hoĩum est breuis.

† Cõstãtinus ꝑ B. Siluestrũ baptizatus ecclesiã Lateranensẽ cõstruxit, vide Nicephorũ Callistũ li. 7. historiæ Ecclesiasticæ, c. 49.

idem

Universidad de Deusto
Biblioteca

idem beatus Siluester nouo sanctificationis & chrismationis genere dedicasse legitur, & in cuius Ecclesię parietibus præfati Saluatoris imago depicta primum toti populo Romano visibiliter apparuit deuotius veneranda, quam ex his & alijs certis & rationabilibus causis, vt ipsa Ecclesia pariter indulgentiæ prædictæ priuilegio decoretur, & deuotius ab eodem Saluatore, qui in præfatis Apostolis mirabilis prędicatur, eorum meritis & prębus indulgentiæ mereatur percipere largitatem, in hoc confuimus veneranda,) causa deuotionis modo prædicto visitauerint, plenissimam omnium peccatorum suorum veniam consequantur: ita videlicet vt quicunque voluerint indulgentiam huiusmodi assequi, si Romani, ad minus triginta si vero peregrini aut forenses, modo simili quindecim die us ad prędictas basilicas, & ecclesias accedere teneantur: Adijcientes vt ij etiam qui pro ea consequenda ad easdem basilicas & ecclesias accedent, post iter arreptum impediti legitime quo minus ad vrbem illo anno valeant peruenire, aut in via, vel dierum prætaxato numero non completo in dicta vrbe decesserint, vere pœnitentes (vt præmittitur) & confessi, eandem indulgentiam consequantur. Omnes nihilominus & singulas indulgentias per nos vel prædecessores nostros Romanos Pontifices tam prænominatis, quàm alijs basilicis & ecclesijs de dicta vrbe concessas, ratas & gratas habentes: ipsas auctoritate Apostolica confirmamus, & approbamus, ac etiam innouamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reductionis constitutionis, & cętera. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & dictorum Petri & Pauli Apostolorum sese nouerit incursurum. Datum Aum. vj. Calend. Fabruarij, Pontificatus nostri anno primo.

¶ Quocirca fraternitati vestrę per Apostolica scripta mandamus, quatenus singuli vestrum in singulis vestris ciuitatibus & dioecesibus, prędictas nostras litteras subditis vobis clero & populo publicetis, & intelligibiliter exponatis, vt annuente domino ad promerendam huiusmodi indulgentiam se disponant. Cæterum quia præsentes li terę nequirent forsan propter viarum discrimina vel alia legitima impedimenta singulis vestrum commode præsentari: volumus quòd per te frater Archiepiscope dictarum litterarum transumptum manu publica scriptum, tuoque munitum sigillo, vobis fratres suffraganei transmittatur: Cui velut originalibus litteris adhiberi volumus plenam fidem. Datum, & cętera.

¶ Paulus Venetus Papa secundus.

¶ Constitutio casus Papæ reseruatos comprehendens, certis ex causis hic ponitur: à quibus nullus potest absoluere sine speciali licentia sedis Apostolicæ.

CAP. III.

ET si Dominici † gregis saluti semper intenti, singulis cum humilitate poscentibus ea benigne concedere studeamus, per quæ (peccatorum mole deposita) salus ipsa succedat, & ab hostis humani generi seruitute ereptas animas lucrifaciamus Altissimo, qui nobis eas sua bonitate commisit: id tamen propensiori studio prębauendum esse censemus, ne cuiusuis indulgentię remissionis, vel facultatis obuętu Christi fideles procliuiores ad illicita in posterum committenda reddantur, aut venię faci'itas † eis peccandi tribuat incentiuum. Hac itaq; consideratione habita, olim emanauit à nobis constitutio tenoris sub sequentis, videlicet: Sanctissimus in Christo pater & dominus noster dominus Paulus diuina prouidentia Papa secundus, qui pridem super plenarijs remissionibus, quę semel in vita, & semel in mortis articulo conceduntur, formam instituit, ne passim sine exceptione quorumcunq; criminum procliuiores redderentur homines ad peccandum: per regulam in cancellaria Apostolica publicatam statuit & ordinauit quòd in quibuscunque concessionibus & facultatibus absoluendi, casus infrascripti tamquam speciales sedi Apostolicę reseruati semper intelligerentur excepti: Videlicet offensę ecclesiasticæ libertatis, Violationis interdicti ab eadę sede impositi, Criminum hęresis, Cōspirationis in personam aut statum Romani Pontificis, seu cuiusuis offensæ, inobedientiæ seu rebellionis eiusdem Pontificis vel sedis Apostolicæ, Presbytericidij, Offensæ personalis in episcopum seu alium prælatum, Inuasionis, Deprędationis, Occupationis, aut deuastationis terrarum Romanæ Ecclesię mediate vel immediate subiectarum, ac etiam inuasionis Romipetarum seu quorumcunque aliorum ad Romanam curiam venientium, Prohibitionis deuolutionis causarum ad dictam curiam, Delationis armorum & aliorum prohibitorum ad partes infidelium, Impositionis nouorum onerum realium vel personalium ecclesijs vel ecclesiasticis personis, Simonię super ordinibus vel beneficijs assequendis in eadem curia vel extra contractę; Et generaliter in casibus contentis in bulla, quę consueuit in die cœnę Domini per prædecessores suos Romanos Pontifices publicari: Considerans quòd plerunque contingit suam sanctitatem huiusmodi facultates & confessionalia tam præsentibus quàm absentibus, etiam oraculo viuę vocis concedere (ne prętextu concessionis huiusmodi vel pœnitentes, vel confessores in suprascriptis casibus fallantur & fallant) statuit & decreuit, suę intentionis fuisse & esse per quascunq; concessiones & facultates per suam sanctitatem tam scripto, quàm verbo factas, & in posterum faciendas, nemini licere irretitos dictis casibus absoluere sine speciali suę sanctitatis licentia: quinimmo concessiones & indulta prędicta quo ad casus exceptos huiusmodi nulli penitus suffragari.

† Præter casus hic Papę reseruatos, plures alios sibi reseruat Papa singulis annis in processu bullæ in cœna Dñi. Et vide Concil. Trident. sess. 14. c. 7. de casuum reseruatione.

† Veniæ facilitas incentiuũ tribuit delinquẽdi, c. vt clericorũ, extra de vi. & ho. cle.

¶ Vt autem ipsa constitutio (quę dudum, scilicet quinto Calendas Aprilis, anni ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi M. cccclxvj. Pontificatus nostri anno secundo, publicata fuit) eisdem Christi fidelibus plenius innotescat, nullusque illius ignorantiam prætendere valeat in futurum, prędictis inseri fecimus, vt ad maiorem omnium peruenire notionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prędumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurũ. Datum Romę apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicę M.cccc.lxviij. v. nonas Martij, Pon. nostri anno quinto.

Casus Papales.

¶ Sixtus quartus.

¶ Bulla confirmationis anni Iubilei, publicata apud sanctum Petrum in die Natiuitatis Domini, in qua continetur, quòd annus Iubileus est ad breuius tempus reductus, quàm olim esset, quoniam vigesimoquinto quoquo anno cunctis fidelibus basilicas Vrbis Romanæ hic expressas visitantibus illius indulgentiæ conceduntur: Et illo durante aliæ indulgentiæ vbique cessant.

CAP. IIII.

VEmadmodum † operosi vigilisque pastoris solertia ones suę custodię deputatas curat à ferarum prędeuare incursibus, & ad statum prosperum fœtu mul tiplicato producere: ita quoque & nos (quibus dispositione superna vniuersi gregis Dominici sollicitudo commissa est) & supremis desideramus affectibus, & studijs nitimur indefessis cunctos Christi fideles, quos à iustitię semita hostis humani generis diabolica fraude auertit, deposita peccatorũ sarcina, suo reconciliare auctori, ut ętern̄ę felicitatis prędmijs nostri redemptoris inæstimabili charitate media potiantur, sintque nostræ operationis ministerio, vtilitate publica suadente, etiam per gratiarum susceptionem quod eorum saluti conueniat, atque ad nostram & prędecessorum nostrorum ordinationes salubres debitis effectibus mancipentur. Olim siquidem felicis recordationis Paulus Papa ij, prędecessor noster, rationabilibus causis tunc expressis inductus, de venerabilium fratrum nostrorum tunc suorum, (de quorum numero tunc eramus) consilio, annum Iubileum ab breuius tempus prouida moderatione reducens, illũ ad annum uigesimum quintum Apostolica auctoritate restrinxit ac uoluit, statuit, & decreuit ex causis prędictis, quòd singulis xxv. annis Iubileus annus prędictus celebrari deberet: quoquo anno Domini M.cccclxxiiij. proxime futuro, videlicet à vigilia natiuitatis Domini nostri Iesu Christi idem annus Iubileus inciperet, & vt se quitur finiretur: ac vniuersi & singuli vtriusq; sexus fideles, qui beatorum Apostolorum Petri & Pauli basilicas, Lateranensi quoq;, & sanctæ Marię maioris almę vrbis ecclesias statutis diebus deuote visitarent, omnes & singulas in-

† Vide extrauagãtẽ Gregorij xiij. in ci. Dñs ac redẽptor, qua indi it̃ sanctus Iubileũ ad ann. 1575.

Universidad de Deusto
Biblioteca

indulgentias & peccatorum remissiones consequerentur, quas idem pontifex suique prædecessores anno iubileo huiusmodi basilicas & ecclesias prædictas visitantibus deuote concesserant, per quasdam primo, & deinde nos qui (dicto prædecessore sicut Domino placuit sublato de medio) fuimus diuinadisponente clementia ad apicem summi Apostolatus assumpti, & per nostras litteras eiusdem Pauli prædecessoris ordinationem, voluntatem, & statutum, ac omnia & singula in eisdem suis litteris contenta, de fratrum eorundem consilio approbantes: Similiter statuimus, & ordinamus, quòd annus Iubileus prædictus cum eisdem indulgentijs & remissionibus plenarijs peccatorum anno proxime futuro à vigilia Natiuitatis eiusdem incipere & vt sequitur, continuari deberet, prout in singulis litteris prædictis (quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis) plenius continetur.

¶ Verum quia postmodum tam nos, quàm idem Paulus prædecessor noster dum in humanis ageret, animarum saluti fidelium intenti, multorum principum & aliorum Christi fidelium ac deuotarum personarum pulsati precibus, diuersas indulgentias & peccatorum remissiones plenarias nonnullis ecclesijs monasterijs & pijs locis duximus concedendas, propter quas populorum forsan concursus ad basilicas & ecclesias antedictas retardari, aut ipsius anni Iubilei celebritas minui vel intermitti posset, cum animarum non modico detrimẽto: Nos qui vniuersorum credentium profectibus & saluti prospicere ex debito ministerij pastoralis adstringimur (ne propter aliarum indulgentiarum hactenus à nobis, seu eodem Paulo, vel alijs prædecessoribus nostris concessarum huiusmodi effusionem, hoc sanctum opus ac remissionis & gratiæ annus Iubileus intermittatur, aut fideles ipsi a tanto munere reddantur expertes) remediis opportunis prouidere volentes, omnes & singulas plenarias, etiam ad instar Iubilei, ac etiam commutandi vota, aut super eis & male ablatis in certis, aut per vsurariam prauitatem & alium illicitum modum extortis, dispensandi & componendi, aut illa sub certis modo & forma remittendi & deputandi confessores cum potestate absoluendi, etiam in casibus sedis Apostolicæ reseruatis, facultates concessiones, & indulta à nobis & eadem sede, vel illius auctoritate quibuscunq; ecclesijs, monasterijs, hospitalibus, & pijs locis, vniuersitatibus, fraternitatibus quibuslibet, tam in perpetuum, quam ad certum tempus, in vita seu in mortis articulo, quouis modo, aut quauis causa quomodolibet concessas & concessa, & in posterum forsitan concedendas vel concedenda, auctoritate Apostolica tenore præsentium de Apostolicæ potestatis plenitudine, vsque ad nostrum & eiusdem sedis beneplacitum suspendimus, illasque durãte beneplacito nostro & sedis prædictæ suspẽsas esse volumus, nec interim alicui suffragari: indulgentijs tamen basilicarum & ecclesiarum dictæ urbis in suo plenario robore durãtibus: Districtius inhibentes alias indulgentias (præter istas dumtaxat) in locis publicis vel priuatis prædicari aut nuntiari, earumque prętextu à quæstoribus † aliquid exigi quoquo modo. Quinimo quæstores & prædicatores quoscunque per locorum ordinarios a prædicationibus & quæstis huiusmodi faciendis, volumus & mandamus præsentium auctoritate arceri, sub censuris & pœnis ecclesiasticis, de quibus visum fuerit opportunum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum suspensionis, inhibitionis, mãdati & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit, in indignationẽ omnipotẽtis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Tybure, anno incarnationis Dominicæ. M. cccclxxiij. iiij. Cal. Septembris, Pontificatus nostri anno tertio.

Papa cunctorũ credẽtiũ saluti prospicere adstringitur.

† Prædicatores, quæstus omnino aboleuit concilium Tri. sess. 5. & refor. c. 2. 6. vlt. & sess. 21 de reform. 9.

¶ Idem.

¶ *Sixtus tempore suo multas concesserat indulgentias, quas certis ex causis hic reuocat.*

CAP. V.

Humiliter postulantibus, quos gerendus est.

ET si Dominici gregis saluti semper intenti, singulis cũ humilitate poscentibus ea benigne concedere studeamus, per quę (peccatorum mole deposita) salus ipsa succedat, & ab hostis humanigeneris seruitute ereptas animas lucrifaciamus Altissimo, qui nobis eas sua bonitate commisit: id tamen propensiori studio præcauendum esse censemus, ne cuiusuis in

a Aimæ sũt a Deo Papæ cõmissæ.

indulgentiæ, remissionis, vel facultatis obtentu, Christi fideles procliuiores ad illicita in posterum committenda reddantur, aut facilitas veniæ eis peccandi tribuat incentiuum. Cum itaque (sicut multorum fide dignorum testimonio accepimus) ob multitudinem facultatum per nos, vel auctoritate nostra concessarum, tam verbo, quàm in scriptis confectis exinde litteris vel non, prælatis & personis ecclesiasticis, etiam religiosis & sæcularibus vtriusque sexus, capitulis, collegijs, conuentibus, hospitalibus, confratrijs, & vniuersitatibus, tam in genere quàm in specie, sub electione vel deputatione confessorum, qui eligentes eosdem vel pro indulgentijs per nos concessis consequendis, ad ecclesias & alia pia loca confluentes, seu ad aliqua pia opera manus porrigentes adiutrices, earundemque confratriarum confratres, & sorores, ac in hospitalibus prædictis decedentes, seu deseruientes, aut eis pia aliquid relinquentes, vel aliqua alia meritorum ministeria exhibentes, & in ordinibus professitentes, eorum confessione diligenter audita, in singulis etiam sedi Apostolicæ reseruatis casibus semel in vita, & in alijs totiens quotiens, ac in morte plenarie, vel alias etiam ad effectum consequendi quascunque indulgentias plenarias, vel non plenarias, absoluere & pœnitentiam saluta rem eis iniungere, emissa quoque vota per illos quæcunque in alia pietatis opera commutare libere & licite valeant, fideles præfati ad peccandum & ad alia illicita committendum, nonnunquam procliuiores existant, in non parum periculum salutis animarum suarum: Nos qui Deo propitio eiusdem gregis Dominici (meritis licet insufficientibus) curam gerimus, & illum spiritualis thesauri elargitione cupimus ipsi Deo reddere acceptabilem: ne exinde clauium auctoritas deducatur in contemptum, ipsique ad peccandum procliuiores (vt diximus) liberius prolabantur: Ex præmissis & alijs rationabilibus causis animum nostrum mouentibus, motu proprio (non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera voluntate & deliberatione) auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus & ordinamus, quòd decætero prætextu facultatum huiusmodi concessarum a nobis, vel auctoritate nostra, & quas concedi quomodolibet continget in posterum verbo litteris, aut quauis alia scriptura, etiam cum clausula, quòd sola signatura sufficiat, etiam in fauorem fidei & crucis, nullus confessorum eorundem quemuis cuiusuis status, gradus, ordinis, vel conditionis existat, & quacumque ecclesiastica, etiam episcopali vel maiori, aut mundana, etiam regali & maiori dignitate præfulgeat, qui offensæ ecclesiasticæ liberationis, violationis, interdicti ab eadem sede impositi, seu hæresis, postquam fuerint de ea sententialiter condemnati, delicti, seu publice diffamatis conspirationis in personam aut statum Romani Pontificis, seu cuiusuis offensæ, inobedientiæ, aut rebellionis eiusdem Pontificis, vel dictæ sedis, mutilationis membrorum, vel occisionis cuiuscumque in sacris ordinibus constitut: offensæ personalis in episcopum seu alium prælatum: inuasionis, depredationis, occupationis, aut deuastationis terrarum Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiectarum: ac etiam inuasionis Romipetarum, seu quorumcumque aliorum ad Romanam curiam venientium: prohibitionis deuolutionum causarum ad dictam curiam: delationis armorum & aliorum prohibitorum ad partes infidelium: impositionis nouorum onerum realium vel personalium ecclesijs vel ecclesiasticis personis: simoniæ super ordinibus vel beneficijs consequendis in dicta curia vel extra eam contractæ, criminum quomodolibet reus foret: Et generaliter in casibus contentis in litteris, quæ consueuerunt in die cœnæ Domini publicari, prætextu huiusmodi facultatum absoluere, & per eos emissa peregrinationis vltra marinæ, & visitationis liminum Apostolorum Petri & Pauli, in Compostella, & caritatis ac religionis vota: Nisi ex speciali licentia & certa scientia nostra, de qua demum constare censeatur, cum in signatura nostra de super manu nostra scriptum, aut in litteris nostris expressum fuerit, nos ex certa scientia & de speciali gratia id concedere cum derogatione præsentis constitutionis, illius de verbo ad verbum inserto tenore: non autem per clausulas id importantes: vel in articulo mortis constitutum, & tunc in casibus, in quibus satisfactio fuerit impendenda, facta satisfactione, vel

Indulgẽtiæ ob pia opera iniũcta decẽdæ.

Gregis Dominici cãm gerit papa

Indulgẽtiæ uariomodo cõcedũtur.

r idonea

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXcõmunicamus.] Hæc pronuntiatio repe
ritur in prouincialt cancellariæ. Et cum
quidam scriptor papæ diceretur incidisse
in eam, Bonifacius papa octauus hanc pro
nũtiationẽ innouauit, & eam publicari in
audiẽtia fecit. Et diui
ditur in quinque par
tes. Nam primo pa
pa dantes & promit
tentes. acceptantes,
& recipientes pro iu
stitia vel gratia sub
quacũque forma ver
borum assequenda,
excommunicat. Se
cundo §. [Illos.] ad
scientes hæc, & intra
triduum non denun
tiantes dictam excõ
municationem pro
rogat. Tertio, §. [De
cernimus. Jabsolutio
nem dictæ excommu
nicationis sibi reser
uat, statuens quid
primitus sit agẽdum
pro huiusmodi absо
lutione assequenda.
Quarto, §. [Iustitiã.]
iustiam obtẽtã post
dictã excommunica
tionem incursam cas
sat & irritat. Quinto
§. [Sed & sciẽter.] vẽ
tes scienter sic obten
tis, post dictam excõ
municationem præ
missis pœnis alligat.

† Vide ꝯcil. Trid. sessio. 14. de casuũ reseruatione c. c. 7.

1 Excõica-tio qñ ꝓ fer tur de qua intelligit.

a ¶ Excommunicamus 1. ǀnunquid per hoc verbum intelligitur excommunicatio, maior uel minor? Et vī ꝙ minor. extra lib. 6. de reg. iu. in pœnis. & ibi no. extra li. 6. de excep. pia. vbi ꝓponendo excommunicationem, requirit expressio speciei excommunicationis ꝙ non esset necesse, si maior excommunicatio intelligeret. Dic contra, extra de sent. excom. c. si quẽ. & est ratio, quia verbum, excommunicatio, de vi vocabuli importat maiorem, quæ excludit à fidelium communione, vt ibi. Item decre. pia. loqtur in proponendo, vbi impingitur parti, quæ non declarat propositũ: hic in pronunciando seu statuendo, cuius interpretatio est intelligenda prout verba sonãt. extra de spõ. ex litteris 1. Ioa. Monachus.

